stis cœpit, qui fœda barbariei castra, infami conductus mercede, contra præsen-
tis seculi lucem, & tacitum bonorum consensum, sequitur. Ut interim ne dicam
quid, quantumue doctissimis illis rei pub. literariæ moderatoribus, eorū nomie,
quos uelut in acie ciuicam coronam meriti, seruarunt, debeamus. Iam in T. Liui-
um temporum feritate scuitum esse scimus: & frequentibus barbarissimorū eru-
ptionibus mutili Curtius, Gellius, & Marcellinus, ut paucos tantum nominem,
facti sunt: nobilissimis interim latinorū, M. Varrone, & Trogo Pompeio in pri-
ma statim acie sacrilegis horum manibus cōfectis, qui Liuius ne nomen quidē,
nedum uitam residuam esse uolebant, nemine, quod mireris, strenuorū, qui pro-
pius pugnassent, non saucio. Nam C. Plinii uarium & ingens de historia naturæ
opus, tot ulcerum mendis, tot cicatricum næuis oblitum, interuersum, adultera-
tum fuisse fidem nō capiebat, nisi in tenui & planè Vlyssæo Pomponii Melæ ter-
ra mariq; iactati, & nihil non experti scriptoris corpusculo, tercentum loca post
infamem illam pugnam reperta fuissent: quæ partim purulenta coaluerant, par-
tim exesa tabo marcorem in reliquū traxerāt corpus, præsentia haud dubie uene-
no classicū authorē confectura, si nō Hermolaū illū Barbarū, quē Plinianæ uale

*Barbarorum
acies inermis.*

• PRAEFATIO •

tudinis Aesculapiū uocare soleo ad ulciscendā barbariem, & Pomponiū etiā ex integro curandū, literarū miserta demū fata destinassent. Ac de Plin. quidē, qđ ad praesens institutū atti net, fatētur eruditi nō solū inesse ei quod Hermolao debeat, uerū etiā ingenuo exēplo uiam quādam, & modū ab hoc doctissimo uiro praescriptum esse, quo in aliis aestimandis, quae ille aut consulto praeteriisset, aut in festino, ut fit, labore uidere nequierit, pari cādore, grauitate, & iudicio posteritas uteretur. At mihi quidē nuper Pomponiū interpretato, incōparabili eruditione sua ita prauiuit, ut paucissimis in locis, & quos uolentē transiuisse rectius quā non aduertisse credas emendandi, ac restituēdi laborē reliquerit. Equidē ut cōsiliū nostri rationē studiosis expediā, & quid Hermolao uel Pomponii noīe debeamus ostendā, praclarū illū de orbis situ scriptorē, cōmētationibus nostris onustū, in lucē & studiosae iuuentutis Germanicae manus exire hac tantum causa uolebā, ut studio bonarū literarū, quod paucos intra annos incredibili doctrinarum accessione amplecti illa coepisset, locorū terrae notitiā, caeli ratiōe adhibita, quā Cosmographiā appellāt, potissime coniungeret, gustu indelibato, quo uelut hilariori in symposio delectata: mox ad ea quibus uberius inesse doctrinarū haustus crederet, sine labore promoueret, & ad uniuersam rē literariā tractandā habilior fieret. Est enī, ut equidē sentio, secūdum studia illa, quae ad religionē, & pietatē attinēt, & hoīem illius, qđ Graeci dixere, *ῥυθμι δεαυτορ*, cōmonent: quibus certe oīa debemus, regia ad perdiscēdā Philosophiā, & ipsas naturae opes noscēdas uia, si huic disciplinā innixi, terrarū sitū, marium flexus, amniū decursus, montium tractus, ciuitatū, populorum, gentium ritus, mores, ingenia, deniq; & animalium effigies, naturā, discrimina, duce Geographia, quae haec ferē uniuersa secūtrahit, & caelum etiā ambit cōmoda ad usum uitae ratione perdiceremus. Quae itidem causa adducti sumus, ut locis Melae nō paucis (oībus nō potuimus) ex illustrium scriptorum cōsensu indicato lucē daremus. Et fatemur difficultate, ut id ageremus rarius coactos fuisse: hoc magis spectabat animus, ut celebriū autorum testimoniis, haud quidē oībus, sed praecipuis tātum (famā ex lectiōe nō libebat aucupari) adductis, ipso uelut in limine ostēderemus, quid de aliis uida literarum iuuentus sperare posset, si his deuoratis fatiari uellet. Qua occasione & Melae fidē, opinor, nō segniter adiuuimus, & obiter in transcurso, quātum equidem obseruare potuerim, quae cōsona Melae sentētiā, rursus quae dissona forēt, prodidimus, modūq; dedimus illō contendendi, quō equidē nondū perueni. Quibus & id accessit, quod subobscuri passim loci poëtarū explicati sunt, & interim Pliniana quaedā in quaestione uocata, minime dissimulato iudicio nostro, quod utiq; liberum, cādūm q; tātum abest, ut cuiusquā nomis authoritati mācipare uoluerim, ut cum Philoxeno illo, cuius ad Atticum Cic. meminit, in carcerem redire malim, quā in ueritate perquirenda, & bonis studiis iuuādis prauaricatus uideri cuipiā possim, ea de causa uel à Mela dissentire ausi. Quāquā ne in hoc quidē studio id egimus, ut uenditasse diligētiam, & nomē doctrinae uel ostentasse obicere quilibet possit, adeo candide nimirū testati, cessuros nos meliora prodētibus: proinde & in ea nos pariter opera futuros, ut captentur, tradantur, & indigna fide fiant, quae incautius, aut praefidētius admisa, indicare na

Hermolai laus

Quo cōsilio in
Melam Vadianus
scripserit.

tiis argumentis nō prēmolestus, nec odio denigratus cēsor perrexerit. Equidē
 nec stomacho quicquā, nec odio dedi: cādide prāterea, & citra oblatrā di studiū
 quā digna annotatione uisa sunt, protuli. Atq; utinā mihi ad æquanimitatē (qđ
 citra iactantiā dictū uelim) propēso, id aliquorū diligētia prāstitisset, ut probare
 pleraq; magis, quā improbare potuissem. Iā illud nouum nō est, sentire tecum
 illis non posse, qui qđ tractes argumētum, aut nō intelligunt, aut nā intelligen-
 do faciunt, ut nihil intelligant, uelut est apud Terent. diuersa interim sentiētes, &
 prāalto supercilio despiciētes quā doces: quorū morosissimā obstinaciā, & obsti-
 nacissimam morositatē, ne illi quidē æquo tulerint animo, qui uersipelli astutia,
 uerū, falsumq; dummodo rei interim priuata nō desint, iuxta æstimare assolēt.
 Cōperta autē uel corām, uel aliorū relatione diligētissime perquisita, redditaq;
 quā priores me nō attigerunt, sicubi bona fide nostris infulsimus, æquo uelim
 animo studiosi accipiant, interminā esse naturæ opulētiam cogitādo, quā certe
 nō una aliqua ratiōe, nec ab uno, ne dicā ab oībus, tradi literis, & memoriæ pos-
 sit. Etenī parerga ad pietatē & religionē attinētia, quibus testari obiter, quā ab
 Ethnicorū uanis persuasionibus abessemus, uoluimus, credo iuuētuti nō tā frugi-
 fera, quā amœna futura. Erat enī iam pridē in uotis, ut sicubi nō importune ui-
 deremur, uarietati, quā satietatis expultrix est, studeremus: & ante alia (qđ pauci
 ē nostris solēt) Christianū negocium in Ethnicorū profitendis, libris exprimeremus,
 aliubi monitis lectoribus, ne qđ illi traderēt, temere sequerentur: prāterea
 quē in usum oīm bonarū artium peritia posset, imō uero deberet accōmdari, spe-
 ctatæ indolis adolescētibus uno & altero in loco nobilium authorū testimoniis
 adductis, & frugifera, ut sic dicā, uersura facta, innueremus. Porrō ne quis me in
 his Cōmētariis nostris gloriolā quæret, & me ipsum uelut in machæra (qđ aiūt)
 Peleū quēdā demirari existimet, doctissimorū quorūq; literarū professorū cēsura
 acquiescā: nec dubitabo stilum uertere, si quid horum iudicium mutandū elimi-
 nandumue decreuerit. Didici enī eatenus literarū honori, quo penes me nihil an-
 tiquius est, hunc locū cedere, sciens uesaniā esse, nō iudicium, si sua retinere, & de-
 fendere quis malit, quā alienis acquiescere, dūmodo itelligat patrociniū se bo-
 norum carere, & esse quod alii melius dixerint. Tumultuarios autē labores, quos
 nuper auctis plerisq; & emēdatis pro meo iure recognoui, in prima æditōe no-
 stra Francisco Abbati apud diuum Gallū, Antistiti nō tēnendo adscribēdos esse
 duxi, ut simul & uerēdi patroni auspicio prōdarent, & alieni magis, quā nostri
 nominis autoritate seruarentur. Quo consilio meo cum male profecissem, sta-
 tui alia uia nitilitigatoribus obistere, si iniqui esse demū nō desierint. Porrō ma-
 gnā horum partē surda aure trāsmittā, qui corrupto iudicio, & tumida iactati-
 one nō alia causa nostra obtrectant, quā qđ citra etiā riuālē nimis impēse sua
 deamāt: ad hāc nimirū operā nati, ut cassū, friuolūq; buccis, ut ille ait, crepitātibus
 deblatterent. Satis superq; operæ precium respōderit, si bonorū existimatio-
 ne hac quātulacūq; sedulitate nostra iuuētuti Germanicæ aliqua saltē parte pro-
 fuisse dicar. Nā candidus purusq; qđ locis propē oībus integritati suæ redditus
 Pōponius iādudum studiosorum manibus uersatus est, nō mihi debetur, sed exi-
 mio illi māsuetiorū literarū reditegratori, qui nos prāiuit, qđ iuuit Hermolao.

*Franciscus
 Abbas.*

IOACHIMI VADIANI

HELVE TII RVDIMENTARIA IN GÆOGRA
PHIAM CATECHESIS.

QVID GEOGRAPHIA, COSMOGRAPHIA, TOPOGRAPHIA,
TOPOTHESIA, CHOROGRAPHIA.



VNT VOCABVLA, QVAE TERRAE ORBIS
que situm scrutantibus frequenter incidunt, non nihil
diuersa, plerumq; tamen confusa scriptoribus, gæogra
phum eunden. & cosmographum alterutrum profi
tentem, appellantibus. Gæographia tamen, si Ety
mon uocabuli sequimur, proprie ea est quæ terræ sitū,
ut extra intraq; ad Oceanū nostrumq; mare se habet,
cum locorum passim iacentium enumeratione descri
bit. Qua in re quia uetustissimis authoribus multa me
tiēda terræ, interq; maria & regiones, quod ad spatū
attinebat discernendi, Plinio teste, sollicitudo fuit, fa

ctum est, ut tota illa quæ tractat de lineis, quæq; ex lineis constant, figuris cognoscen
di ratio, Gæometriæ nomen obtinuerit: cum tamen in cœlo non minus hæc q; in ter
ra locum habeat. ab illa Gæographi dicuntur, quibus terræ describendæ per singu
las, ut expansa est, aut celebres magis regiones cura fuit, tales Plinius, Dionysius,
Strabo ferè, & Mela: nisi q; & hic quanq; paucissimis, à primi libri principio, de to
to mentionem facit: uerum nec aliter q; Gæographum decebat, nec multis, narratio
ne tanq; intra professionis & instituti argumenti limites cohibita. Cosmogra
phia uero quanquã utriusq; cœli inq; & terræ rationem habet, magis tamen id cu
rat, ut quibus terræ extantibus partibus, quod cœli secundum longitudinem latitudi
nemq; spatium adsit, ostendat. Cumq; Gæographus præter locorum enumeratio
nem, & historiam addat, & plerumq; quæ ciuitatum, quæ gentium, nationum, po
pulorum origo fuerit, atq; inde data rebus nomina, tum & illustria non nunquam
naturæ siue miranda opera indicans, in terræ situ multo esse uberius solet: Cosmo
graphus non alio sine regiones, oppida, amnes, maria, montesq; enumerat, quam
ut uel terminos statuatur regionum: quæq; exordia, & qui fines sint enumeret, uel sub
qua cœlestis superficiē parte illa uniuersa sint demonstrat: hoc propè unice curans,
ut sub quo cœlo sita loca, quæ longitudo, quæ latitudo, præterea quæ Gnomonis
umbrarumq; pro locorum latitudine differentium (unde breuitatis, longitudinisq;
dierum ratio manat) diuersitas sit intelligatur: Ad hæc, quæ locis sydera (ut sic dicā)
uerticalia, quæ in arcton, quæ in meridiem inclinent, nō nunquam aliunde deprom
pta adijcit, ortusq; & occasus eorundem, qui locis diuersam latitudinem & longi
tudinem habentibus uniformes esse nequeunt, cōsiderat. Interualla & climata ob
seruat, idq; persæpe cum ingenij, loci & naturæ aëris dispositionis explicatione. Un
de & illa Strabonis lib. i. uerba sunt. Quicumq; locorum proprietates edifferere ni
tuntur, proprie rem attingunt, cum cœlestium terrestriumq; mensurarum figuras
& magnitudines, interualla & climata, calores & frigora, & simpliciter aëris natu
ram manifestant. hæc ferè Strab. Addo quod instrumentorum ad illiusmodi dimen
siones attinentium, & picturarum similiter terræ cum debita meridianorum paral
b

telorumque descriptione, tota ratio ad Cosmographiam attinet: quam primus propè
 omnium, post multiplicem ueterum diligentiam, absoluisse existimatur Cl. Ptole-
 mæus, Aegyptius natione, qui Antonini temporibus floruit, Mathematicus uniuersæ
 citra controuersiam princeps. Constat autem Gæographiæ cum Poëtica, cumque
 historia conuenire, uel ea causa quod nõ dissimili in reddendis locis describendi mo-
 do utitur: unde magna Straboni, Plinio, cæterisque, si diligentius paulo perpenderit-
 mus, ex Poëtis & Historicis in locorum terræ descriptione, auxilia fuerunt, ut Plini-
 us lib. i. Strabo ubique (nam eius opus Homeri doctrina illustre factum est) indicat.
 Cosmographus ad Gæometricam Astronomicamque inclinans, aliorum, præter ea
 quæ retulimus, propè securus est. Sed coeunt tamen, suntque adeo inter se connexæ
 Gæographiæ, & Cosmographiæ, ut alteram sine altera, utcunque traditam mancã
 esse facile constare possit periculum facientibus. Et mihi quidem dubitanti quãdoque
 ultra præstantior foret, uisum est acutiorem esse Cosmographiam, talem tamen quæ
 intra arctiores traditionis limites claudere: Gæographiam, multa uariorum autho-
 rum lectione nitentem, leuioris operæ, & captus facilis, mirifice tamẽ ubere fructu,
 & cuius neminem unquam poenituerit. Illud etiã discrimen est, quod Cosmogra-
 phiã cum certis quibusdam axiomatibus utatur, certa sibi que constans manet. Gæo-
 graphiã cum seculorum decursu, tum uero multifaria illustrium scriptorum traditi-
 one (ut omnia mortalium opera tempus mutat) nec semper consona sibi, nec certa
 est. Hanc tamen (ut dicam quod sentio) uiro prudenti, illam sapienti commodiorem
 esse confirmo. Non uero sum nescius uel à Ptolemæo lib. i. Cosmographiæ ratio-
 nem, Gæographiæ uocabulo intelligi, cum inquit, Gæographiam imitationem esse
 picturæ, meminisse tamen debemus isthæc, ut paulo ante dicebam, cõfundi. Nos au-
 tem hoc loco exactiorem paulo horum nominum rationẽ sequi. Natiã & Topogra-
 phiã historiæ est magis: quemadmodum & Topothesia poëtarum; per illam histo-
 riã locum quempiam, ut est, effigiat: hæc ficta adeo depingit, ut ita esse credas. Desy-
 derat enim rerum gestarum ratio, ut quò fidelius referant historici, nonnunquam
 ad locorum descriptionem deflectere necesse sit: Quemadmodum qui fabulosam
 narrationem instituunt, cum parum à rerum gestarum argumento illa differat, simi-
 lia quædam in locis effigiandis efficere solent. Sic Cyrtæ situs in Iugurtino apud
 Sallustium: Epidamni apud Apianum in secundo bel. Ciuiliũ: sic lib. decimoquar-
 to Silius Siciliam: sic Statius syluarum primo, Vopisci T. burtinum describit. Apud
 Plinium lib. epistolarum octauo, uillã ad lacum Larium, ubi humiliorem Comœdi-
 am, editiorem Tragœdiam nominans: sic Sardinia apud Claudianum in bello Gil-
 donico descriptio. Ficta autem portuum aliquot apud Virgiliũ descriptio: & apud
 Statium lib. septimo, Domus Martis, & comitum: apud Ouidiũ regiæ Solis libro
 transf. ij. & .xi. libro, portus Thessalici, in Thetyos raptu. his sunt similia apud alios
 innumera: quorum quidem usurpatio, nec Gæographo planè, nec Historico, si mo-
 do officium uterque suum sequitur, concessa est: sed, ut dixi, Poëtæ. Chorographiã
 est quæ loca seorsum, tãquam separata à cæteris, picturæ similitudine obseruata pro-
 sequitur: ut si quispiam Romam eiusque ad proxima sitæ formulam, ut re ipsa est, ta-
 bella effigiet. Quod si uere id, & pictura loco quem exprimit respõdente, prosequi-
 tur, Topographo adsimilis est: sin ficte, cum quadam tamẽ uerisimilitudine, id quod
 hodie propè pictorum licentia solet, Topothesiæ accedit, quam Poëtarum usurpat
 licentiã. His enim (ut bene Horatius dixit) Quidlibet audendi semper fuit æqua po-
 testas. Chorographiã à Cosmographiã, siue ut Ptolemæus, Gæographiã, in hoc di-
 uersa est, quod Gæographiã tanquam summaria quadã designatione terram, eiusque
 partes præcipuas, ut deprehensæ sunt ac cognitæ, formula quadam & picturæ imi-

ratione profèquitur: Illorum more, qui ante consummatã corporis per picturam re-
 præsentationẽ, potioribus lincis ipsum ambiunt, potioraq; membra describunt. Cho-
 rographia sanè nõ ita. Proinde, ut Ioannes Vernherus, Cosmographiæ doctissim⁹,
 in Paraphrasi primì cap. primì libri Ptolemæi scribit: In pingendi arte sic fieri solet,
 ut cum corporum seu rerum simulacra describuntur, principalium imagines mem-
 brorum in primis & necessario compaginantur, atq; sub quadam simetria constitu-
 untur: deinde huiusmodi simulacra, quantum ad discretionem suorum membrorũ
 attinet, varijs colorum differentijs distincta, sub stata ab artificis & pictoris aspectu
 distantia collocantur, quo artifex uisus iudicio facile discutiãt, quid in eis simulacris
 desit, desiderariq; ualeat, aut quod iam sortitum sit artis consummationẽ & comple-
 mentum. Haud secus fieri cõtingit Gæographiæ & Chorographiæ. hæc enim par-
 tium orbis figuras & imagines in minimis etiam suis particulis depingit, & adamus-
 sim repræsentat. Illa autem considerat & describit integras prouincias cum his quæ
 ad generalem earum formam spectant, tanquam præcipuas & primarias orbis ter-
 rarum partes, tam magnitudinibus, quàm simetrijs seu commensurationibus rite di-
 spositas. Locorum deniq; situs, quos ex regionibus seu prouincijs terrarum orbis,
 Chorographia tractat, neutiquam congruunt ueris earum positionibus, quas in tel-
 luris superficie possident. Ipsa nanq; circa locorum & locandorum qualitatem, ma-
 gis quàm quantitatem uersatur: quia locorum peculiare similitudines omni modo
 nititur explicare. Simetriæ uero positionis locorum omnem ferè curam, & diligen-
 tiã studium negligit. hucusq; Vernherus. Quæ quoniam scitu mihi non indigna
 uidebantur, erudiendæ gratia iuuentutis in hunc locum transfulimus.

QUARTAM UTILITATEM IN SE GÆOGRAPHIÆ STV-
 DIUM HABEAT.



Adrianus Imperator, quemadmodum de eo Spartianus scribit, Gæo-
 graphiæ studioissimus, cum apud terræ mensores descripta loca quã-
 docq; esset admiratus, nihil cunctatus est, quantiscunq; expensis, quin
 ad ea uidenda, aut terra, aut mari pergeret. Quod ipsum antea Germa-
 nicum Cæsarem assolitum legimus: quem incredibili cupiditate uete-
 res locos & summa celebres uisendi, Græciam, Thraciam, oram Asiæ,
 & ipsas demum Armenias peragrassè Tacitus scribit. nec satis erat uidisse Asiã,
 in Aegyptum profectus est: idq; ut iusta causa facere uideretur, curã prouinciæ præ-
 tendit, cum reuera antiquitatis gratia cognoscendæ illuc transisset: quemadmodum
 idem author refert. Atqui testes illi nobis locupletissimi sunt, ita natura comparatũ,
 ut in locorum perquisitione sese animus non exsatiat, nisi coram ita sita uideat: aut dũ
 cernendi copia non est, picturæ fide, quæ rerum propè omnium æmulatrix est, præ-
 scripta, tanquam coram spectet, intueatur. Porro hæc est ætem animi humani, dum
 corpore ambitur, cognoscendi fors, ut nisi à sensibus profecta interior intellectus ca-
 pere nequeat: & quæcunq; cogitare & imaginari solemus, ea omnia certis figu-
 ris atq; imaginibus circũscribamus: quo fit, ut ad ea demum cognoscẽda, quæ terræ
 sunt, hoc est sedis hominum, maxime omnium necessariam esse Gæographiam, quæ
 omnia ceu picturæ nobis beneficio indicare solet, ipsa cognoscendi ratio fatetur.
 Cumq; hodie, & linguarum diuersitate, & quod magis obstat, gentium religioni
 nostræ infestarum immanitate datum non sit, ut ad uetustæ diligentia imitacionem
 terras peragrarè, maria ingredi, insulas uisere, facile queamus: quid commodius,
 quid etiam desidijs, & magnos labores, tum & itinèrum pericula uitantibus, ma-
 b 2

gis frugiferum esse poterit, quàm in ocio, in uno loco, eoq̄ tam angusto, ut non nisi hominem cum depictæ terræ tabella capiat, eam sequi cognoscendi rationem, quæ minime uana cogitatione, addiscentis animum, ceu liberum à corpore, & in aërem elatum per totam terræ, ut habitatur, utq̄ deserta est, extantem planiciem circūducatur. An nō iure quispiam illum pertusæ mentis, habetis animi, sensusq̄ alieni esse dicat, qui mundum ex angusta locorum tabella, ut re ipsa situs est, cognoscere nolit. Strabo certe libro primo non semel indicat, inciuiles illos esse, & ad publica munia minus utiles, qui Gæographiæ partem non attigerunt. Ego non inciuiles solum, sed inhumanos esse assero, qui eam artem negligunt, per quam omnibus alijs ingenuis disciplinis aliquid ornamenti accedit. Vlysiem Homerus in primo Odyssææ tanquã à magna sapientiæ parte comendaturus, eam esse dicit, Qui mores hominum multorum uidit, & urbes. Nos quoq̄ uenerari, & cum admiratione quadam eos, qui in Alexandriam, in Aegyptum reliquam, in Iudæam Palæstinam, ubi Christi saluatoris sepulchrum est, ut in alia mediterranei maris litora profecti, cum reduces in patriã reuertuntur, suspicere solemus. Quis non uidet quàm magnum, quàm decorum hodie in ipsa uulgi æstimatione sit, uidisse Hispanias, limina diui Iacobi pulsasse: non religionis tantum gratia, quæ nunquam satis commendatur, sed ob id quoq̄ quod longa illi itinera emensi externos populos, & tanquam alium ingressi mundum, alios mortalium mores, aliam terram referunt: quin & torquibus ex auro insignes esse suo quodam iure solent, qui Syriam attigerunt, & è Palæstina reduces sunt, cum tamen ea nauigatio longe minus quàm putat uulgus, periculosa sit. Quo non torque dignus est, qui duce Gæographia terras non ingreditur solum, sed ambit, omniãq̄ ceu Ciceronis ille Africanus, desuper circumuectus contuetur. Hic enim fructus est Gæographiæ, ut terræ totius sicut inhabitatur, primum partes præcipuæ, mox insignia ut sita sunt loca, maria, sinus, amnes, montes, fontes, specus, lacus, aliãq̄ innumera, ex pictura scriptorum authoritati accedente, & locis quæ prosequitur respondente cognoscantur. Quodq̄ pulcherrimum est, ordine in omnibus seruato, & regionum initijs finibusq̄ inspectis. Addo, quod illa duce, quæ singulis terris secundum cardinum mundi diuersitatem, circumcirca confinia sunt, illico & citra difficultatem cognoscimus: ut si quis obiter de Numidia quærat ubi illa sit, quasq̄ terras proximas habeat, postquam id semel ex authoribus ad picturã adhibitis, didicero (adeo memoriam pictura iuuat) facile dixero esse Numidiam Africæ regionem, ob Massinissam illum, maximum & laborum tolerantissimum regem, maxime celebrem: habere uero ab occasu Mauritaniam: ab ortu Africam, quæ minor cognominetur: à Septentrione mare nostrum: à meridie Atlantis iuga, & Getulos. Simile fieri & in alijs potest. Illud interim dixerim, nullam aut historiam, aut fabulam recte sine Gæographiæ cognitiõne accipi posse. Addo & philosophiã magna parte laborare, si Gæographiam nescias, nam, ut Strabo libro primo scribit, philosopho cū primis illa quæ de orbis situ est, tractatio ad manum esse debet. Dicerem & sacerdotes nostros & Theologos multa ignorare in suis historijs, neglecta Gæographia: sed uereor, ne quæ studio ueritatis dico, in malam illi partem accipiant. Verum, ut sentio, dico: nec dissidet à uerbis animus. Euar. gelij captus sine Gæographiæ capti mactus est: quod ita accipias uelim, ut intelligas ne æternam quidem doctrinam ab his recte tradí posse, qui regionum, marium, ac insularum ignari sunt. idq̄, gratia exempli adductis locis aliquot, pro mea uirili ostendam. De historia non est quoc̄ multa referam, cum rerum serie, ut dixi, postulante, nullus non locus, quo quicquam insigniter gestum est, per illam accuratissime reponatur. Cæterum utcūq̄ illa suis in locis graphice scribantur, nisi ad picturam primum omnium, dehinc ad illustriũ authorum de situ

terræ, testimonia referas, recte haudquaquam intelligi licet. Nam cum apud Suetonium, Florum, Virgilium, cæteros lego, M. Antonium ab Augusto nauali prælio ad Actium promontorium uictum esse, quid de Actio cogito: aut quorsum memoriæ aciem tendo, si Gæographia duce cum Epiri tractum non cognoui, in quo haud longe à sinu Ambracio Actium est: Quid si ab Alexandro Darium aut ad Granicum Phrygiæ, aut ad Isson Ciliciæ, siue ad Arbela Assyriæ, graui clade afflictum, apud Iustinum, Plutarchum, Diodorum, Curtium, cæteros, legis: quid tibi Granicus, quid Issos, quid Arbela sunt: At Strabonem peto, Plinium peto, Melam, Solinum, Cornucopiæ (ut illi solent qui proximis sibi cõsulant) Perotti, alios: & quo nam in mundo illa sint disquiro. Esto, uerum nõ magis ac prius intelligis, nisi hos authores ad picturæ euidentiã contuleris, id quod Gæographia iubet, huius illud insigne exemplum fuerit. Tacitus lib. xvij. de Vespasiano: Igitur, inquit, oram Achaiæ & Asiæ ac læua maris præteruectus Rhodum & Cyprium insulas inde spatijs audentioribus Syriam petebat. Quo in loco illud quod ait (spatijs audentioribus) non nisi picturæ ratione intelliges. Simile est in his quæ ad naturæ historiam attinent alijs alijsq; locis celebribus: ut cum scio, ab litore Indico margaritas afferri, Adamantem in India insignem, ex Eudæmone Arabia thus myrramque asportari, Citrum ex Atlante Mauritanicæ, Loton ad maiorem Syriam, Spartum in citeriori Hispania nobilem, ad Anticyram helleborum, ad Tyrum purpuram, in Paro marmor, sed minus insigne in Numidia, in Aegypto Crocodilos Hippopotamosq; ad Hyrcanos tigres memoratas. Huiusmodi mille, nisi candidi lectoris fastidium formidarem, recensere possem, quorum nullum belle sine illo Gæographiæ quod commendamus studio accipias.

Poëtæ qui uerbis liberiores, ad picturam locorum propius historijs accedunt, siue ficta, seu uera sequuntur, Gæographiæ capti maxime omnium indigent. Proponam autem loca uulgaria ex his, ne quis de industria ex obscurorum inquisitione me Gæographiæ suffragari uelle suspicetur. Virgilius: Pars Scythiam & rapidum Cretæ uenimus Oaxem. Quid in rustico carmine sine ingenua illa noscendarum terrarum doctrina ages: sequeris Seruium: at lapsus est, ut in Gæographia frequenter solet: nam & huius peritia non nihil honorato alioqui grammatico defuit, sequeris Landinum? Ne hic quidem bene sentit: uterq; enim Mesopotamiæ fluuium facit falso, adijcit ultra Landinus eum intra Caspium & Hyrcanum per regionem quandam fluere: tanquam aliud à Caspio sit Hyrcanum, contra omnium scriptorum sententiam: quanquam Mela lib. tertio in Caspio sinum occiduum intrantibus per eius fretum à septentrione, Caspium: meridianum uero ab accolis Hyrcanum nominat: uerum nulla regione intermedia, nisi uero post Angelum Politianum peritissimum grammaticum, ipse quoq; Hermolaus apud Plin. lib. sexto cap. decimosexto hunc Virgilij uersiculum explicuisset, errorem traxisset amplius opinio, illis etiam doctissimis interpretibus annuentibus. Alius enim est in Scythia Oxus, alius in Creta Oaxes, ubi & Oaxum oppi. In ægloga secunda, ubi ille uersas est, Amphion Dyræus in Actæo Aracyntho: Aracynthum Seruius Thebanum montem nominat, falso: ut & Beroaldus, diligentissimus Grammaticus adnotauit: nam Aracynthon capit. secundo lib. quarti Plinius in Acarnania ponit. Prætereo multa, ne institutam in excutiendo Pomponio operam præuertam. Singulis enim locis, cum id nobis negocium mouebitur, singula pro nostra uirili afferemus. Notare tamẽ nobis cursim, & tanquam (ut aiunt) è Nilo canis gustare placuit. Carthaginensis portus in primo Aeneidos, tempestatis item ad Syrtes descriptio, atq; (ut summam aliqua referam) tota illa nauigationis Aeneæ per mediterraneum ratio, quomodo sine excussis Gæographiæ rudimentis saltem, intelligi queat: In Lucano lib. primo de Rubicone: Et

Gallica certus Limes ab Aufonijs determinat arua colonis. Hunc uersum, nisi picturæ obseruatione habita, nemo intelligit: sicut nec illum eiusdem loci, Thetis maioribus undis Hesperium Calpen summumque impleuit Atlanta. Quid de Padis, & aliorum amnium complurium, de Apennini, de Brundusij descriptione, in secundo libro. Quid de Catalogo auxiliorum Pompeij, lib. tertio. In quarto de Clupea, Bragada, & Antæi regno. In quinto de Phocidis, Parnassi, & Oraculi Delphici situ: & inibi, de Euboea, Chalcide & Caristo, ipsoque Eurypo, tum & Rhamnunte, Aulide, aliisque. In sexto, Thessaliae descriptio. quid non sudoris ignaro terræ situs pariter: & ut multa præteream, quis illum in octauo locum non Gæographus explicet? Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum: Caspiæque immensos seducunt claustra recessus: Et polus Assyrias alter noctesque diesque Vertit, & abruptum est nostrum mare, discolor unda, Oceanusque suus: regnandi sola uoluntas. In nono de Pallade Tritonia, unicus Mela interpret esse potest, tum & ille inibi de terrarum diuisione locus, alibi (ut cætera) nobis explicabitur. Addo & illum ibidem: Non Asiam breuioris aquæ determinat usquam Fluctus ab Europa, quamuis Bizantion arcto Pontus & Ostriferam dirimat Chalcedona cursu. & cum his quæ sequuntur. In decimo, Nilii descriptionem pictura indicat, quamuis diuersa, magnis authoribus sentientibus, depingi non nisi una facie potest: ut aut ex Nuchul lacu ortus à Mauritania profluat, ut Iuba, authore Plinio sentit: aut à lunæ montibus, & ipso austro per arena interioris Africæ, & ipsos Aethiopas in Aegyptum descendat, ut Ptol. & ferè alij. Cæterum de hoc in Cõmentario, ad reliquos transeo. Apud Claudianum lib. contra Rufinum primo: Instabilesque olim Symphlegades, aut freta remis Indicyta Thessalicis, celsa qua Bosphorus arce Splendet, & Othrysijs Asiam discriminat oris. Et infra paulo: Est genus extremo. & ubi Scytharum gentes describit. In secundo post principium, quid non Gæographiam habet: ubi gentes à Ruf. in arma concitatas enumerat. rursus infra paulo, Galli (inquit) quos Rhodanus uelox, Araris quos tardior ambit, Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus, Quosque rigat retro perniciosus unda Garumnæ Oceani pleno quoties impellitur æstu. quorum uersuum ultimum nihil aperit exactus illis, quæ de Garumna lib. tertio Pompo. scripsit. In Gildonico inter plura hoc Gæographicum est: Priuato iure tenemur, Exigui specie mundi, quod Nilus & Atlas Dissidet, occiduis quod Gadibus arida Barce, Quodque Parætonio secedit littore Ganges. Quid alia referam: in Epigramatis portus Zakinensis Topographiam, Nilii priuatam descriptionem: iam raptus Proserp. adeo insignibus montium, urbium, lacuum, amnium locis refertus est, ut piaculum mihi uideatur, si quis Gæographiæ expers, tam eruditum poemata attingat, nedum euoluat, profiteatur. In Stiliconis contra Alaricum uictoria, præter Larij & Retiæ descriptionem, hic quoque locus Gæographiæ est: Irriget Aegyptum Tanais, Mœotida Nilus: Eurus ab occasu, Zephyrus se promat ab ortu, Caucaeisque iugis calido nigrantibus Austro, Gætulas aquilo glacie constringat arenas. In secundo uero in Eutropium, ubi Phrygiæ limites describens, Thynorum Bithynorumque meminit, quem alium quam Gæographum Claudianum dixeris: transeo Encomia in Stiliconem: uel ob hoc maxime erudita, quod locis Gæographiæ explicandis refertus est. Catalogi Poëtarum locorum enumeratione non minus quam historijs fabulisque constant, ut ille Virgil. decimo Aeneid. qui copias Aeneæ in Turnum proficiscentis complectitur: & alius sep. lib. locorum Italiae cõfertissimus. Valerij Flacci lib. i. de Argonautis: & ille exercitus Thebanorum apud Statium lib. septimo. apud Silium lib. tertio de populis ab Hannibale excitis: apud quem alias passim frequens admodum locorum mentio est, ut Carthaginis situs libro decimo quinto: Siciliae, Aetnae, lipares in decimo quarto descriptio: in octa-

IN GÆOGRAPHIAM CATECHESIS.

uo defectus gentium Italiae & uicinarum, ad Cænensem pugnam, eruditissima per-
 cenſio. In primo, Hispaniæ, Sagunti ſitus. In tertio, fontis ſolis, Oraculi Hammonis
 ad Cyrenaicam: In quarto Apennini, & multorum Italiae locorum deſcriptio. Quis
 uero Valer. Flacco in Pontici littoris deſcriptione, quam quarto libro proſequitur,
 copioſior: quis in illo catalogo, quo ſexto libro Perſæ copias enumerat, eruditior
 elegantior: ue eſſe poſſet: alia trecenta prætereo, quæ ſingula ſingulis Gæographiæ
 præceptionem expoſtulant. In Stati locis percenſendis nullus eſſet modus, ſi paulo
 diligentius exquirerem. Horatius in terris reddēdis, ut amœnus & proprius eſt, ita
 non niſi in loco id agit, reliquis non raro de industria in locorum depictionem di-
 greſſis. Senecæ difficultatem Gæographia peperit. Ouid. ut ubiq; uerborum ſenten-
 tiarumq; ubertate redundat, ſic ubi poſtulât ratio, adeo commode, adeo erudite loco-
 rum meminit, ut nullo ſit inferior. Cæterum ut pauciſſima libemus, libro Meta. xiiij.
 Has ubi præterijt, & Parthenopeia dextra Mœnia deſeruit, læua de parte canori
 Aeolida tumulum. Quem locum niſi Gæographicis membranis adhibeas, intelli-
 gere nō poteris. Item lib. viij. & iam Iunonia læua Parte Samos fuerat Delosq; Pa-
 rosq; relicta. Dextra Lebinthos erat fecundaq; melle Calydne. Et lib. xi. Dextera
 Sygai, Rhœteilaæua profundū, Ara panompheo uetus eſt ſacrata Tonati. In quibus
 omnibus dextri & ſiniſtri reſpectus ex tabularum pictura, hoc eſt ipſo loci ſitu acci-
 pitur. Hæc ex latinis, nec his quidem omnibus. Quid Græcos ſuſpicemur: quorum
 princeps Homerus lib. Illados ſecundo, quanta locorum, quanta rerum copia refer-
 tus eſt: in illo præſortim Græcorum ad Troiam nauigantium catalogo: in cæteris ea-
 dem locorum copia, ſicut Strabo teſtis eſt, in cuius toto opere tot inſignia ex Home-
 ri poëmate tralata loca paſſim ſunt, & explicantur. Ex his per me hæcenus addu-
 ctis locis, quancam operam noſcendæ terræ principes illi uates adhibuerint, patere
 poteſt. Ridiculi uero ſunt, qui imitando, ſimilia, aut eadem quæ illi retulerunt, deſcri-
 bi poſſe exiſtimant: quaſi Gæographiæ ſtudio in his noſcendis nō ſit opus. Si ridere
 artificē ſolemus, qui nihil ſine icone, nihil ſine exemplo ſuoſte ingenio præſtare po-
 teſt: cur illum non merito doctiores rideant, qui è riuo quam fonte dulcem doctri-
 narum hauſtum facere mauult: deniq; qui id ſtudeat imitari, quod ignorat: cū ad imi-
 tandum tamen accuratiſſimo iudicio, & præcipuo eius, quod uelis imitari, intellectu
 ſit opus: nec planè ſtudioſis diſcendæ ex poëtis terræ locus eſt: raptim enim, & ut ar-
 gumētorum ratio poſtulat, ſine ordine, tum & ſeorſum iam hæc, iam illa, quæ tamē
 haudquanquam abſq; Gæographiæ principiis intelligas, deſcribunt. Ut uero ad ea
 quæ ad religionem attinent noſtram, huius artis cum primis egentia, perueniamus:
 Deſcendā mihi noſtrorum temporum, neſcio deſidia ne, an inſolentia magis laboran-
 tium, calamitas uidetur. Sequimur artes ingenuas: at eas ſequimur quæ præter uile
 famulitium in reliquarum doctriinarum conlegio nihil prorsus muneris habent. Et
 ſunt qui, ut Gellij uerbis utar, totam uitam in iſta futili ac puerili meditatione argutia-
 rum, nihil ad uitam, neq; tuendam, neq; ordinadam promoente conterunt, male ni-
 mirum ſeriat: atq; utinam nō ſolo propè nomine, & pallio philoſophi: quodq; Epi-
 ctetus dicere ſolebat, ἀνευ τοῦ πράττειν, μέγχι τοῦ λέγειν. Præterea magna hodie ſtudioſo-
 rum, & cum primis ſcholæſticae Theologiæ pars non alios magis artium peritos no-
 minant, quam qui Grammaticen, & quidem hanc quantulamcunq; Logicen non
 omnem, ſed ſpinofam illam, quæ quiſquiliarum multum, frugis minimum retinet,
 Phyſicenq; utcunq; proſequitur. Interim Arithmetice, ſine cuius peritia ne hominē
 quidem humanum eſſe Plato iudicauit: Rhetorica, quæ orationem condit flexani-
 mam, ut Cicero ait: Aſtronomia, quæ coelos, & immunia naturæ caducæ corpora
 ſolet ambire. Gæometria, unde omnis demōſtratae mēſurationis origo eſt: Muſica,

quæ laborantium animorū molestiæ uel unica succurrit: in postremis apud illos sub-
 fellijs locum habent. Adeo prohdolor, ut si Musicum aliquem dixeris, leuis & con-
 uualis (ita ipsi aiunt) no minetur: si reliquo quadruuio, ut uocant, doctum, hominem
 illi autument naturæ plus quàm deo tribuentem, aut stellis inhærentem magis, quàm
 his quæ ad securæ rerum aliarum uitæ frugem faciant. Ut lapsum uidelicet Paulum
 existimemus, qui cap. ad Romanos primo, ex creaturæ & operum Dei cognitione
 ad inuisibilia Dei, ipsamq; æternam eius potentiam & diuinitatem peruidendam, cõ-
 scēdi animo posse indicat. Eloquar an sileam? Volunt illi cœlum, resq; cœlestes igno-
 rari, nolunt ut quicquam demonstretur, & interim Academicis coniecturis inuol-
 uunt omnia. Quodq; ex professo, nec Musicam, nec Arithmeticam, nec Astronomi-
 am planè Aristoteles (ut ipsi autumant) libris demandauerit, eas artes ut exoticas ne-
 gligi sine doctrinæ aut eruditionis dispendio posse sibi persuadent. Idem in Gæogra-
 phiæ studijs euenit: quæ illi ne hili quidem facientes, totam situs terræ rationem ne-
 gligunt: credo, ne à cœlestibus suspensi, terrestribus immerferentur, si terram amplio-
 ri scrutinio inquisierint. Sed utinam non auro magis multi quàm terra delectarentur:
 nec illo à diuinis omnibus flexi, in terra magis thesaurizarent quàm in cœlo. Iam
 dixi homini sacrarum literarum studioso ita Gæographiam adiumento esse posse, ut
 sine ea multa ignoret, plurima uero non nisi magno labore intelligere queat. Lucæ
 uerba sunt (ut obiter aliquot exempla adducam) cap. Euangelij sui secundo: Exijt de-
 cretum à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. & c. Illi, ut à nō parum
 eruditjs audire soleo, descriptas omnes orbis uel magis terræ partes autumant. Verū
 ut illud omittam, quod nesciūt pleriq; omnes, eo in loco, quid descriptio sit, aut quo
 sine Augustus orbem describi uoluerit: quod authore Ambrosio discere poterant:
 unicus mihi ex Gæographia error annotandus est. Totum orbem existimant descri-
 ptū. At nec Aethiopiæ, nec Indiæ, nec Scythiæ planè Augustus ius habuit: addo Ar-
 menias, Sarmatiam, Germaniam, multa Galliæ, multa Hispaniæ: ut ea quæ in ulterio-
 rem Arctoi Oceani procursum attingent, omittam. Quid igitur? non totum orbem
 Augustus describi iussit, sed eum qui sibi subiugus, suæ ditionis frena sustinuit. Qui
 quantus fuerit, aut quibus clausus limitibus, historiarum mihi fides adperit. Hanc ue-
 ro nisi ad Gæographiæ certam demonstrationem adhibeat quisquam, cassa erit co-
 gnitio. Atq; ut de me loquar, non aliter credidi adolescens, quàm Romanos, & Au-
 gustum ante alios orbe terrarum fuisse potitos: nulli ex Floro, nulli ex Lúuio, Diony-
 sio, Suetoniæ, ac ferè cæteris, tanti imperij limites adparebant. Florus primus me se-
 duxerat, qui in secundi belli Punici descriptione, uictam Carthaginem secutum fu-
 isse terrarum orbem ait. Sed postquam illam habitatæ terræ uastitatem unica historia-
 rum lux Gæographia mihi reclusit, cognouit quid Rōmani olim uicissent, quid inua-
 sissent partis uictorijs, quid retinuissent, quid alijs sui iuris libertate fuerint utati. Et ra-
 tione habita, deprendi multo minus dimidio mundi, hoc est terræ Romanis, eo etiã-
 num tempore quo florentissimum eorum imperium fuit, paruissse. Inunc, & totum
 ex Augusti edicto mundum descriptum fuisse tibi persuadeto, ac non potius figura-
 te dictum ab Apostolo puta quod dixit. Quid illa memorem, quæ de mari Tiberiã-
 dis, Galileæ, de alijs id genus, Euangelicæ traditiones referūt? Transeo ad Paulum,
 qui ad Romanos decimoquinto cap. à Hierusalem se ait, & circumiacentibus terris
 usq; ad Illyricum euangelium Christi impleuisse. Quas terras intelligis? cum inter Il-
 lyricum & Hierusalem in meridiem magis intersit mare nostrum. At si dixerō Syri-
 am maritimam, Ciliciam, Pamphyliam, Asiam, & in nostris Macedoniam, Achaiã,
 Dalmatiam, usq; in Illyricum, Paulum intellexisse: æq; ac prius quid referã ignoras.
 Picuram enim non uidisti: situm terræ, & regionum, ut se sequuntur, suisq; distant
 finibus.

finibus, non obseruasti: & ut uere dicam, Gæographia irrita cōtemptaq; nunquam didicisti. Addo illud ex eiusdem decimosexto capite: Commendo autem uobis Phœben, quæ est ministra ecclesiæ Cenchreenfis. & c. Vbi Cenchreæ sunt: Pomponius secundo libro, in eo inquit (Isthmum intelligens) est oppidum Cenchreæ, fanum Neptuni. & c. Plinius quoq; quarto libro, ubi de Isthmo: Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus sinus: Lecheæ hinc, id est ab litore Isthmi occiduo, Cēchreæ illinc ab ortu scilicet angustiarum termini. Vbi Hermolaus ait Corinthios portus suos λέγειν dicere solere. Lecheæ enim Corintho magis uicinæ sunt. Cenchreæ autem in ortu sitæ in Saronico: ubi illa Paulo Ro. commendata Phœbe ministra fuit. Ptol. libro tertio de generibus indubie uocabulis, nisi uitiatus est codex, alterum Letheum, alterum Centrum nauale nominat: situm autem indicat ex pictura tab. Europæ decima. Quin & ipse Paulus aliubi ad Galatas quarto cap. ut eorum quæ refert aperior sensus esset, locum scribens: Nam Agar, inquit, Sina mons est in Arabia: confinis est autem ei quæ nunc uocatur Hierusalem. Verum cū triplex Arabia sit, dubium est ubi Sina sit. Sed in Petrea esse supra Palæstinam in meridiem Gæographia indicat. Ptol. Melanem nominat, hodie est mons diuæ Caterinæ, memoria legis Mosi data insignis, ut Raphaël scribit. Iam illi Actorum libri, qui uitæ apostolorum historiam continent, locorum mentione cōfert, sine magno terrarum cognitioni impenso studio, ne utiquam intelliguntur. Sunt in promptu mihi loci, nec pauci: quos, nisi mihi ad alia acceleranti paulo maior, quàm institui, præfandi labor pareretur, perlibenter recenserem. Verum è nō ille huiusmodi, libasse paucissima sat sit. Actuum secūdo: Nōne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt: & quomodo nos audimus sua quisq; lingua qua nati sumus: Parthi, & Medi, & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Iudææq; & Cappadociæ, Ponti & Asiæ, Phrygiæ & Pamphylia, Aegypti & partium Libyæ, quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæiq; & Profelyti, Cretes & Arabes: audimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. & c. Nemo nō Gæographus hunc locum intelligit. Item cap. decimoquarto eiusdem: Peragrataq; Pisiadia, uenerunt Pamphyliam: & cum locuti essent uerbum Pergæ, descenderunt in Attaliam, ut inde soluerent Antiochiam. & c. Et uicesimo primo cap. Ego sum (dixit Paulus) Tharsensis, Ciliciæ non obscuræ ciuitatis ciuis. Vbi sit Tharsus in Cilicia, Gæographorum est ostendere: nam minime satis est, cuiuscunq; illud excutienti interpreti acquiescere, nisi picturæ fide per terræ uastitatem ducaris. Idem de Damasci intra Libanum & Antilibanum situ assero: cuius intellectum uicesimo secūdi cap. historia desyderat. Nocturnis uero sunt oculis ad Solem, qui illotis huius artis peritia manibus, & deside ad terræ opes ingenio ultimum ac penultimum eiusdem historiæ caput legere audent. In his equidem non acta solum Apostolica, sed regna, sed maria, oppida, insulæ, tum & ea quæ ad historiam, & quæ ad Physicam attinent (ut ille est de Castore & Polluce locus) litera quidem simplici, at uero sensu haudquaquam facili, nec nisi peritioribus obuio. Postremo Theologis nostris historiæ sunt de sanctis passim & beatis, quas barbaro nomine Legendas appellant, in quibus cum sint multa nec apte admodum, nec historice relata, sunt tamen præcipue obscura, quæ regna, urbes, oppida, terras, utcunq; legenti offerunt. Estq; in primis is anceps in Bartholomæi historia locus: Indiæ tres ab historiographis asseruntur. Prima est India, quæ ad Aethiopiam mittit. Secunda, quæ ad Medos. Tertia, quæ finem facit. Nam ex uno latere tenebrarum regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. Quo in loco, quid per tenebrarum regionē (ut alia taceam) intelligendum sit, quaeritur. Est & apud diuum Hieronymum illustrium in religione & fide nostrorum uirorum Catalogus: cui nisi illam difficultium itinerum ducem Gæographiam adhibeas, nunq;

iuxta melam, ut aiunt, intelliges. Transeo quod scholasticis sacrarum literarum interpretibus in libro Sententiarum secundo, distinc. decima septima, ubi de Paradisi situ, & commoda sub æquinoctiali habitatione, ingens inter eos certamē est, multa haud quaquam satis excussa, ob Cosmographiæ ignorantiam, in medium afferuntur: de quibus alio in loco nobis percensendi occasio fortasse dabitur. Nunc Gæographiæ pro uirili ostensa commoditate, ad reliqua instituti laboris pergemus.

QVOMODO PRO SITV TERRAE, MARIS, INSVLARVM APPRE
hendendo, picturæ ratione obseruata, bene ordiamur.



Illocorum descriptioni ex Piniō, Strabone, Mela, cæteris, picturam tabularum diligenti scrutinio habito adplicuerimus, nihil Gæographiæ facilius amœniusq̃ est. Sin seorsum, & neglecta picturæ obseruatione, cursim quæq̃, ut scripta sunt, strinxerimus, nihil omnium difficilius Gæographiæ, nec aliud propè studium, quod cogitantis aciem magis obruat, uarietate & numero memoriam eludat. Testis mihi est perpetuum in hac arte multis mensibus, ac uere dixerim, annis studium. Quamobrem ipsa multis remota seculis uetustas, uidens locorum serie terræq̃ forma, quæ oculis exhiberetur, ad ueram rerum experientia deprehensarum cognitionem opus esse, tabulis usa est, suis etiam parallelis utcunq̃ distinctis, ut libro tertio satis indicat Strabo. Sunt porro & apud alios eiusdem rei testimonia. Plutarchus in uita Thesei, interprete Lapo, Quæ admodum, inquit, in orbis terræ situ describendo historici solent, ut ad quæ ipsi cognitione aspirare non possunt, extremis tabularum partibus supprimentes, quibusdam adijciunt locos esse uastos, arenosos, & cælo terræq̃ penuriam aquarum, aut limum insuperabilem, aut montem stiticum, aut astrictum frigore Pontum, &c. Vbi ostendit priscos, qui in locorum situ explorando fuissent occupati, tabularum picturis, quatenus per experientiam licuisset, omnia explicuisse. Herodotus uetustissimæ historiæ scriptor, ait in Terpsichore, Aristagoram tyrannum Milesium ad Cleomenem Spartanorum regem aliquando uenisse, allata tabella quadam ærea, in qua totius terræ ambitus erat incisus, cunctumq̃ mare, atq̃ omnia flumina. Apud Propertium libro quarto, ad maritum suum Lycotam sic scribit Arethusa: Et disco qua parte fluat uincendus Araxes, Quot sine aqua Parthus milia currat equus. Cogor & è tabula pictos ediscere mundos, Qualis & hæc docti sit positura dei, Quæ tellus sit lenta gelu, quæ putris ab æstu, Ventus in Italiam qui bene uela gerat. Ouidius quoque percallens ad locorum cognitionem pictura opus esse, hæc ad Vlysem Penelope uerba tribuit. Iamq̃ aliquis posita monstrat fera prælia mensa, Pingit & exiguo Pergama tota mero. E uetustissimis autem post Hogneri tempora, Anaximandrum Thaletis familiarem & conciuem de situ orbis descriptam edidisse tabulam, Hecateum autem Milesium codicera eius rei reliquisse, Strabo scribit libro primo. Necesse igitur mihi uideatur, ut is, qui fidelia non Gæographiæ modo, sed & Cosmographiæ fundamenta iacturus est, à pictura ordiatur, & ea maxime quæ terræ marisq̃ attententem effigiem continet. Licet me non prætereat, tenuem esse terræ notitiam, si cæli ratio huic non respondeat. Quod ad Eratosthenem scribens Hiparchus satis testatus est, quando terrenæ descriptionis notitiam capessere sit impossibile absq̃ rerum cælestium & eclipsium ante alia obseruatione: sicut Alexandria Aegypti deprendi nequit (ut ex eodem Strabo refert) utrum magis quàm Babylonia in Septentrionē, quàm in Austrum sit exposita, nec quanta illarum distantia sit, sine Climatorum obseruatione dinoscitur: Simili modo urbes ad orientem, & ad occasum magis minusq̃

accedentes, nullum sanè exacte cognoscere, nisi per eclipticas Solis & Lunæ comparationes: Tamen quia prius terræ noscendæ mortales incubuerunt, & hinc tanquã ad altiora profecti, cœli dimensiones, terræ, ut erant, applicuerunt, recte agit qui terram prius, cœlum uero loco secundo inuestigat: hoc enim modo & memoria fit firmior, & celerior cogitatio, & omnium parallelorum, qui aut latitudinẽ discernunt, aut longitudinem indicant, quos illi locos ambient, & quatenus attingant, intellectus certior existit. Primo igitur, cum terræ uisendæ desyderio animus rapitur, in generalis descriptionis tabulam introëat: nam nisi ex cohærente partium orbis pictura uiderit quispiam quo modo singulæ regiones coëant, quibusquẽ finibus discretæ pandantur, maris fluxu, introitibus, & litorum intra extraque forma obseruata, nunquã ille partim aut hanc, aut illam seorsum regionem inspiciendo proficiet. Inde illud est, quod multi, dum totum extantis terræ corpus non apprehendunt, ne partes quidem eius, quæ apud Ptolemæum singulæ in singulas tabulas redactæ sunt, recte unquam accipiunt. Multum autem iudicio meo refert, qua picturæ ad prospectum applicatione utatur, qui loca terræ demonstraturus est, aut ipse recto ordine inspecturus: nam tabularum generalium, quas Mappas uocant, effigies & formula, Cosmographica ratione, & eo, quo solet Ptolemæus, modo ferè describitur: ut uidelicet proportione quadam parallelorum ab æquinoctiali, & meridianorum à polis ductorum inter se distantia, terram illam quæ in arcton latitudine excurrit, ita fastigient, ut inspicienti sursum uersus eleuetur, parte altera meridiana deorsum uergente: quod quidẽ alio modo fieri nœquit, maxime si cœli rationem huiusmodi terræ superficiẽ adhibuerimus. Porro & hæc eius rei causa fuerit. Quod terra latissime citra æquatorem in Septentrionem patens nusquam habitatur frequentius: & Ptolemæi etiã ætate quæ in meridiem abeunt, nõ admodum comperta explorataquẽ fuerunt. In illo uero terræ cognoscendæ studio, quod supra Gæographiæ proprie intellectæ tribui, cum præter mediatoris & Tropicorum cognitionem, alia interim non sit opus, tabulam inuerti, modoquẽ contrario aspici fortasse non erit inutile, hisquẽ in primis qui hæc studia à rudimentis ordiuntur: nec facile dixerim, quam parua in his neglecta noceant, obseruata iuuent. Ego studiosis adolescentibus, & prouectæ ætatis uiris insignes Gæographiæ scriptores aliquando interpretatus, utroquẽ modo demonstrandi sum usus. Verum in illo superiori hæserunt plerumquẽ ex sola aspiciendi ratione, nõ parum eruditi: cum, tanquam ad meridiem stantes, proxima sibi esse Africa extrema, & ipsum Indicum Oceanum iudicarent, longe aut in Arcton abeuntem Europam suam, in qua essent, prospicerent, à qua sollicitudine propè nulla, tabulæ eos inuersio liberauit: quum in Europa stare sibi, & ex eo loco in quẽ essent, ingentes terræ partes, ipsaque maria, ut in meridiem, ortum, occasum, ex Europa eo modo, quo iacent, spectari possent, contueri uidebantur. Et me hercule fieri nequit, ut in meridiem prospiciens, ortum, occasum, & omnia in meridiem uergentia, quispiam ex Europa, eo tabulæ situ, quo eam Ptolemæus locat, hoc est, polo nocteo eleuato, conspicuoquẽ, se prospicere, uel imaginari possit. Cum ergo minimum sit, quod ab Europa in Septentrionẽ, præsertim in Germania sitis, restat, si ea introspexeris, quæ minori latitudine parallelorum in ortum, occasum, & Austrum excurrunt. In hac sententiam ita uel pedibus eo, ut modum ex inuersa tabula demonstrandi non solum non damnem, sed & uehementer probem. Ordinata igitur ad idoneum aspectum tabula, obseruandi sunt communes cardines, ortus scilicet, occasus, meridiem, & septentrio: mox demonstrandum, quomodo terræ habitatæ extrema in eos pandantur, quod quidem commode fieri poterit, si prius tres potissimas terræ partes cursim ostendamus. Inde Asiæ litora indicabimus, quomodo à Nilo per sinum Arabicum, Persicum, Gangeticum, Ma-

gnum, usque ad flexuram, quæ in ortum uergit, in meridiem excurrant, inq̃ mare, quod Indicum à longissimo tractu litoris Indiæ nomē habeat: hinc Eoa litora, & mare Eoum: tum & illa quæ in septentrionem uersa adusque Ryp̃hæos excurrunt, & sinum admittunt Caspium. Inde Tanais monstrandus, ut oritur, ut in paludem Mæotim defluit, qui Asiam ab Europa illic seungit: E regione uero Nilus, qui ab Africa eandem discernit. Hinc Mediterranei maris ortus, excursus, & quæ passim litora abluat, fideli demonstratione picturæ indicetur. Tunc referendum, totum hoc quod trans Nilum & Mediterraneum in occasum & meridiem panditur, Africæ nomen habere: quæ à Septentrione interfluo mari ab Europa discernatur, ab occasu Oceanum habeat Atlanticum nominatum: à meridie Austrinum, siue Aethiopicum: orientalem autem oram partim Oceano, partim Nili defluxu terminari. Nec incommodum fuerit inibi narrare, ea quæ in meridiem hodie explorata habeamus, recentiorum industria obseruata esse: Ptolemæum autem plerq̃ illic latuisse, quemadmodum & in Eoa Indiæ parte multa hodie deprensa, quæ uetustiores latuerunt. Postremo Europam referemus, ut cæteris omnifariam mortalium frequentia magis insignem, ita multo minorem: eam uero ab ortu, dicto Tanai, Mæotide, Euxino: à meridie, Propontide, Aegæo, Ionio, & in summa, nostro mari abluat: ad Occasum Oceanum Atlanticum extimæ Hispaniæ litora lambentem: à Septentrione eundem Oceanum uerum alijs, alijsq̃ nominibus terminum habere. Hinc insignium montium mentio fieri poterit, ceu in Africa Atlantis, in Asia Tauri, in Europa Pyrenæi, & Alpium: quatenusq̃, & qua facie terras dirimant ostendendum. Postremo per membra harum partium potissimas regiones, quicq̃ in ipsis maximi amnes, quicq̃ crediti termini, quæ potissimæ ciuitates sint, paulo diligentius referendum est. Ut in Europa, si (gratia exempli) ab Hispania orsus, eam ab Gallijs, Pyrenæis montibus seungi indicem, ipsam autem Hispaniam in citeriorem & ulteriorem parti. Citeriorem Pyrenæis proximam, & à Septentrione in occasum usq̃ procurrere, in ea Iberum maximum amnem esse. Ulteriorem prouincias habere, Bethicam, quæ in angustias freti, ad quod Herculis sunt columnæ, uergat: ibiq̃ de columnis quicquam referendum. Nec oberit, aliquando aut fabellam, aut historiam, quæ consona loco sit, ad oblectationem, animosq̃ horum, qui prospiciunt, alliciendos enarrare: dictu enim difficile est, quàm exacte illa omnia ad picturam collata intelligantur. Hinc dicam Bethim in ea maximum fluuium: eumq̃ ut pictus est bacillo indicabo: Lusitaniam alteram esse prouinciam, quæ à Bethica, Ana fluuiio seungatur: amnem in ea esse Tagum, poetis maxime celebrem: & Vlisbonem ciuitatem, quæ hodie Lisbona dicatur, regis Portugaliæ sedem. & c. Quod de Hispania refero, in alijs omnibus per Europam regionibus faciendum est. Nec interim negligenda maria, ut & ipsorum tantilla saltem notitia habeatur. Quod si eius rei studioso præceptor defuerit, mutis (ut aiunt) magistris utendum est, & insigni semper ad manum habita pictura, priuata diligentia omnia exquirenda: quanquam in hoc magnus labor, sicut in alijs quoq̃ insignibus doctrinis, quæ sine præceptore discuntur, tum & tempus dispar: quid enim capitur citius quàm cuius præuium monstratorem habemus? Optimum uero est, cum illuc peruentum fuerit, ut per partes terra demonstretur, præceptorem uel optimum, negotium haudquaquam accelerare: ne aut multitudine traditionis diuersæ picturæ animus addiscentis obruatur, aut (quod sæpe sit) rudimentis raptim, & negligentius, quàm oportebat, propositis, reliqua, quorum maior labor est, inale subnixa dilabantur. Proderit ergo hora una Hispaniam, modo quo dixi, uel, si lubet, paulo exactius demonstrari: subinde uero illis, qui uiderint, tempus paulo iustius dari, quo ad picturam astantes, attentissimis oculis omnia illa dispiciant: iamq̃ longius, iam propius in-

tuentes

tuentes picturam ita hauriant, ut cum abierint, ea ipsa sensibus imbibita, eadē cogitatione prosequi ualeāt. In hoc, ut expertus sum, uerus profectus est. Præterea plurimos simul erudiri nolim, nil enim exacte satis nisi magno labore multitudinī demonstratur. Satius est igitur certo numero tanquam in classes diuisis, diuersas horas destinare, quàm simul omnes admittere. Vbi uero totam terram hac diligētia quis emensus est, ut qui didicerūt, maris ut extra intrāq̄ est, & potiorum regionum situm, procursum, & trium illarum partium ad se inuicem proportionē, quamq̄ effigiem quælibet seorsum præsentet, edidicisse planè, & memoria tenere uideant: referre potest diligens magister, uetustos, cū per longam experientiam terræ amplitudinē in tres partes diuisissent, in cōmunibus terminis non conuenisse: aliquos em̄ Mediterraneo & amnis Nilo ac Tanai limites signasse: plerosq̄ terra potius intermedia fecisse partium terminos: præterea duas tantū partes multos fecisse, nec eas quidē pari modo. De limitibus à terra sumptis Dionysius satis explicat in Periegesi, siue Rufum, seu Palæmonem quis legit: meminit & Strabo. Quæ uero ad partiū numerū attinent, ut mihi in præsentia succurrūt, hæc sunt. In diuisione orbis (inquit in Iugurthino Sallustius) pleriq̄ in tertia parte Africā posuerunt, pauci tantūmodo Asiam & Europā esse, sed Africam in Europa. Quam sententiam secutus Lucanus, libro .ix. sic scribit: Tertia pars rerum Libye, si credere famæ Cuncta uelis: at si uentos, cœlumq̄ sequaris, Par erit Europæ: nec em̄ plus litora Nili, Quàm Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt. Vnde Europa fugit Libyen: & littora flexu Oceano fecere locū, sed maior in unam Orbis abit Asiam: nam cū cōmuniter istæ Effundant Zephyrū, Boreæ latus illa sinistrum Contingens, dextrumq̄ Noti descendit in ortus, Eurū sola tenens & c. quem locū nemo prorsus Gæographiæ ignarus, utcūq̄ uel sexcentos interpretes legat, sine picturæ fide intelligere potest. Idem Orosius cap. secūdo libri primi aliquibus placuisse refert. Plinius tertij libri cap. primo scribit Europam plerosq̄ merito non tertiam portionē fecisse, uerum æqua, in duas partes ab amne Tanai ad fretum Gaditanū uniuerso orbe diuiso. Quo in loco indicat Africā multorū sententia ad Asiam reiectam fuisse, & duas tantū terræ partes, uerū alio quàm Sallustio & Lucano uisum est, modo statuisse. In hanc sententiā Silius lib. primo sic scribit: Aestiuo Libye torquetur subdita Cancro, Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris. Sed receptū illa illa est orbis in tres partes magnis authoribus descriptio: de qua illa Plinij à principio tertij libri uerba sunt: Ferrarū uniuersus orbis in tres partes diuiditur, Europā, Asiam, & Africam: origo ab occasu solis & Gaditano freto, qua irrupens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur: hinc intranti dextra Africa est, læua Europa. Inter has Asia est, terminj amnes Tanais & Nilus. Cū hæc explicata sunt, ostendendus circulus est æquinocctialis, deinde utrinq̄ pari interuallo distantes tropici, ab illis autem in utrūq̄ polū inclinātes hinc arcticus, illinc antarcticus. Vt ex huiusmodi dimensione cōmonstrari possit, quæ inter tropicos terræ pateant, q̄ uetustis ob æstū inhabitabilis creditæ sint, quæ sempiterno frigore gelidæ ad polos decumbant, quomodo intermedia terræ temperatæ & habitabiles sint: id qd̄ satis ex Zonarū descriptione, quæ passim est uulgatissima, intelligetur. Proinde nollem ita noscendæ terræ studio sum, & ingenui animi hominē operā impedere, ut nō interim rudimētis astronomiæ uacaret: multū em̄ illius cū hoc, ut dixi, cōmertū est. Curādū igit̄, ut ex libello de Sphæra Iani de Sacrobosco cœli superficies, & generalijū circulorū ratio, si non pari studio, saltē subcisiuis horis, attenta diligentia cognoscat: ex horū etenim coitu spatiorū terræ cœliq̄ absoluta noticia prouenit. Cū illa studiosis eo q̄ mihi uisum est modo (quancq̄ neminē nostra sententiā coactū uelim) pposita sunt: tum primū locus est, ut in intima & penitissima quæq̄ regionū, ut sibi coherēt, ingrediamur, quod fit, cū scri-

ptorem interpretandum suscipimus, & pro uirili singula per singulos tractus annotata loca in pictura, uel uera omnino, uel uerisimili, ut sita sunt, indicamus. Monitum uero uelim studiosum adolescentem, ne, si locum à scriptore notatum ipse in pictura non consequitur, angustetur, ut scrupulo sinat: quis enim omnia à uetustis recentibusque posita loca unam in tabellam congerat? Satis igitur superque satis est, si, dum regionis situm nouit, ad unum illustrem locum, quem aut Ptolemæi, aut aliorum tabulis deprehendit, reliqua quæ inserta in pictura non sunt, prouida coniectura ad eius loci comparationem, ubi sita sint, animo statuit. Hoc enim modo, ut mihi uideatur, intra certæ cogitationis limites animus sistet: & in labore, quem Plinius infinitum nominat, magno sibi ad omnium locorum certitudinem remedio consulat.

QVO TEMPORE MELAM FLORVISSE VERISIMILE SIT,
ET QVAE EIVS PATRIA.



Pomponium Melam Hispanum fuisse ex Mellaria Bethicæ oppido, è libro eius secundo notum est: ubi hæc uerba sunt: In eoque Cartheia, ut quidam putant, aliquando Tartessos, & quam transfuciti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos sumus, cingente freto, Mellaria. Melam autem cognominatum uel à familia, uel quacunque ratione alia, magis quam à patria crediderim: quanquam sint qui contrarium sentientes, Mellam propterea l. litera geminata scribant & pronuncient: qui præter hoc, quod doctissimorum usu, & uetustorum exemplarium fide redarguuntur, rationem Grammaticam haud satis custodiunt. Nam à patria Mellarius potius dicendus erat, ut huiusmodi dictionis origo postulat. Porro eruditorum authoritas eos, ut cum alijs sentirent, multo magis admonere debuit. Quanquam me non præterit Annæi Mellæ ex Hispania oriundi in decimo quinto angustalis historiae Corn. Taciti mentionem factam. qui locus credo illos animauit, ut l. litera in Melæ nomine geminam fecerint. Miror tamen putare eos posse, eundem ab Hermolao non uisum, qui nusquam Mellam, sed ubique Melam agnoscit. Sed de hoc contendere aliorum est. Multi qui à uero non abesse uidentur, Dictatoris eum Cæsaris temporibus floruisse, & illud de situ orbis opus ædidisse, coniectura colligunt non obscura ex uerbis suis, quæ libro tertio in Britannia descriptione ferè sic leguntur: Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora, & magis explorata dicentur. quippe tamdiu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitum modo ante se, uerum ignotarum quoque gentium uictor, qui propriarum rerum fidem, ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat. &c. Ab his tamen ego pariter ut ab illis dissentio, quod me non iactationis cuiuspiam, sed ueritatis studio facere studiosi sibi uelim persuadeant. Suetonius in Cæsare author est, ante Dictatorem Britanniam pop. Rom. ignotam, aut ignotos (ut suis uerbis utar) Britanos fuisse: id quod & ipse Cæsar de se Commentario quarto belli Gallici scriptum reliquit, in hæc uerba: Cæsar magno sibi usui fore arbitratus, si Britanniam adisset, & genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus, cognouisset, quæ ferè Gallis erant incognita: neque enim temere præter oram maritimam, atque eas regiones, quæ sunt contra Gallias, nota sunt. &c. Quod si Gallis ignota Britannia, quanto magis tum Romanis fuit: ut Suetonius uoluit. Quid ergo ante Cæsaris aduentum ex Gallijs certi Pomponius habuit, quod literis demandasset? Verum si ad Cæsarem referas, scripsisse hæc Pomponium ante Cæsaris reditum sua uerba indicant. Porro quorsum illa pertinent, quod Mela ait, Mox certiora & magis explorata dicentur: Nimirum ad alius principis ante se tempora respiciens, ma-

IN GAEOGRAPHIAM CATECHESIS.

gis comperta, quàm ante fuerant, per principem suum allatum iri sibi persuasit. Nam & Cornelius Tacitus in Agricolaë uita Cæsarem Dict. qui hostem teruit, & litoris bus potitus est, uideri eam ostendisse magis posteris, quàm tradidisse ait. Ad cuius sententiam & illa Melæ uerba accedunt. Cæterum, ut adhuc habuimus, inter septentrionem & occidentem profecta, & c. ut adhuc habuimus, id est ut è rerum à Dictatore gestarum historia deprehensum est: ita enim intelligo. Verum ne hoc nos moretur, illud apud me pluris aestimatur, q̄ libro primo Solos Ciliciæ oppidū, Pompeio polim dictum ait, postquam Pompeius id ipsum Pyratibus à mari pulsus, habitandum tradidit. Quo in loco, longe antea quàm hæc scriberet, hoc factum esse satis testatus est: quod recenter locis imposita nomina tardius in tantum usum abeunt, quàm insinuari cæteris, quæ nota sunt, usucq̄ protrita, facile possint. Quid, quod libro tertio in litoris Hispanici ad Septentrionem uergentis descriptione, iuxta Astures tres aras, quæ Sestianæ uocentur, in peninsula federe, & Augusti nomine sacras esse, scriptū reliquit: Nemo ergo dubitet post Augusti tempora Melam scripsisse, Nam de Sestianis aris Augusto in hoc litore sacris Plinius quoque cap. uigesimo quarti libri meminit. Adde quod Cornelij Nepotis libro tertio, ubi de Scythico litore, & ubi de Africæ interioris locis mentionem facit, tanquam recentis scriptoris meminit. Sunt eius libro tertio uerba hæc: Cornelius Nepos, ut recentior autoritate, sic certior. & c. Nepotem autem Ciceronis familiarem, in Augusti tempora iusta uitæ parte incidisse, ea quæ ipse de Pomponij Attici uita scripsit, indicant. Quid igitur? Melam assero, non Dictatoris, non Augusti, non Tyberij, non Caligulæ, sed Claudij Imperatoris temporibus, hoc quicquid est operis edidisse: idq̄ quod Dictatori tribuunt alij, id ego in Britanniaë descriptione Claudio tribuo, Suetonij, Taciti, & Eusebij haudquaquam aspernabili autoritate motus. Suetonij in Claudio uerba hæc sunt: Britanniam potissimum elegit, neq̄ tentatam ulli post diuum Iulium. & infra: Quare à Massilia Gessoriacum usque pedestri itinere confecto, inde transmisit, ac sine ullo prælio, aut sanguine, intra paucissimos dies parte insulaë in deditionem recepta, sexto quàm profectus erat mense Romam redijt, triumphauitq̄ maximo apparatu. Ad Suetonij sententiam hæc Melæ uerba accedunt: Quippe tamdiu clausam aperit ecce principum maximus: nec indomitum modo ante se, uerum ignotarum quoque gentium uictor, propriarum rerum fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat, & c. Quod maximum principem Claudium dixit, nihil mirum: nec statim id ad Cæs. Dictatorem retorferis, nam nemo non principem suum maximum nominat. Quod indomitum ante se gentium uictorem ait, ex rebus gestis fidem habet: nam Orchades insulas, quæ post Britannia sunt, Romano imperio Claudium adiecisse, in Chronicis Eusebius testatur. Tum illud quod ait, triumpho declaraturus portat, Cæs. Dictatori nõ conuenit: quinquies quidem triumphauit Cæsar, at de Britannia, ut Suetonius testis est, minime. Cur enim triumpharet, qui nõ uicit? Ostendit uero magis posteris Britanniam, quàm tradidit. Adde his Strabonis libro quarto hæc uerba: Diuum Cæsarem bis in Britanniam transisse constat: unde re nulla quidem magnifice gesta, euestigio reuenit, nec longius introgressus insulam: cum inter Barbaros in Gallia, militesq̄ suos ortæ seditiones essent. & c. At Claudium de Britannis triumphasse, præter Suetonij. Eusebius scribit, ubi Britannia maxime nota esse coepit. Et lib. xv. Tacitus finem belli à Claudio in Britannis coepti describēs: Vnde, inquit, fama eius insulaë euecta, & proximas prouincias peruagata, per Italia quocq̄ celebrabatur: auebantq̄ uisere quis ille per tot annos opes nostras spreuisset. & c. Caractum autem intelligit uictum, & in Claudij triumpho, quem iam dicto loco describit Tacitus, Romæ ductum. Ideoq̄ illi Principi, authore etiam Seneca, tem-

plum

phum propter apertam rursus insulam prope Camulodunū erectum est. Inde illud Melæ est: Mox certiora magis & explorata dicentur. Indubium uero est Plinio priorem fuisse Melam, cū eum non citarit modo, sed & plerunq; uerba eius in sua transtulerit. Scribit Tacitus (ne quid dignum scitu præteream) Britannia situm inter ueteres Liuium, qui facta Cæs. Dictatoris secutus est: recentiores autem (ad sua referas tempora) Fabium Rusticum, eloquentissimos authores, descripsisse. Melam ego medium statuo, siue malumus, primum: ex quo & Liuius & Rusticus, in illa sua ingenij foetura cladem passi sunt. Verum cursim hæc, & eo animo, ut si quis euidentiora adduxerit, libens suis sim cessurus.

QVEM ORDINEM IN SINGVLIS LIBRIS MELA
SERVAVERIT.



Postquam pelagus nauibus ingressum est audax hominum genus, maritima loca, frequentiora, & exulta magis facta sunt, nisi ubi aut frig⁹, aut calor infestat, his enim multa loca deserta sūt. Cæterum maximas & potentissimas urbes, penes quas magna rerum imperia & hodie sunt, & olim fuerunt, maritimas esse, aut à mari parum abesse uidem⁹. Eam ob rem Pomponio cū in animo esset loca stringere magis insignia (multa em̄ alijs memorata præterijt) à maritimis ordiri, & ut litora procurrunt, ita sequi ea calamo libuit: Oram mediterranei duobus libris, utpote frequentiora, & notam magis, locisq; memoratu minime indignis, prosecutus: Tertium librum toti illi, quod terrā ab extra terminat, litori tribuit: Mira breuitate, & pleno ingenij ordine per omnia usus. In primo libro, post terræ partitionem, & partium summaria descriptionē, à Mauritania orditur, ultima maritimæ Africa in occasum, & fretum Gaditanum regione: Inde in ortum Asiam uersus egressus, Numidiam, Africam minorem, tractū Cyrenaicum, Aegyptum, Palæstinam, Phoeniciam, Ciliciam, Pamphylia, Lyciā, Cariam, Ioniam, Aeoliā, Phrygiā, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, illaq; litora, quæ à Trapezunte iuxta Colchidē in Cimerium Bosphorum excurrunt, tum oram mæoticam, & Tanais decursum ad Ryp hæos usq; montes, ubi Asia finit, prosequitur. Secundo libro, inde digressus ripam Tanais, & oram mæoticā Europæ, perq; illas, Scythas Europeos describit: inde à Taurica Cherroneso Euxini litus ad Bizantium usq; prosequitur: hinc Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, Hælladem, Peloponnesum, Acarnaniam, Aetoliam, Epirum reliquam: tum à faucibus Adriatici iterum Macedonia, hinc Dalmatia, & Illyridis oram, usque Tergestum, hinc Italia gemina litora, post Narbonensem, inde Hispaniæ litus ad fretum usq;, unde cœperat, describit. Inde ad Tanais ostia reuertens, memoratas in uniuerso mediterraneo insulas, ut sitæ sunt, enumerat. Tertio libro, nostrum mare egressus, oram Hispaniæ occidentalem, hinc Septentrionalē, ut Oceano abluatur, ita sequitur: hinc Galliarum ad Oceanum, Germaniæ, Sarmatiæq; tractum in Scythica usq; litora, & Caspij terras ingredientis fauces describens, gentibus aliquot enumeratis, per Eoalitora Indiæ ad Gangis ostia uertitur. Eiusq; percensu maritimo tractu per Carmaniā, Persas, Arabas, ut oram habitāt, in interiora Africa loca contendit. Vbi propè omnibus, ut nota esse poterant, descriptis, in occidentalem Libyæ oram uersus Aethiopas Hesperios, sicut siti sunt in litoris decursu, enumerat: mox in Mauritaniæ finem & promontorium Ampelusiā, unde primo cœperat, terminās; insularum celeberrimorum Oceani, ut toto ambitu sitæ sunt, descriptione adiecta.

F I N I S .

IOACHIMI VADIANI HELVETII IN
POMPONII MELAE LIBRVM
PRIMVM COMMEN
TARIA.

PRO O E M I V M.



Aggredior. Signate in re difficili usus est uerbo: nam ea potissimum aggredi uidemur, quæ mas-
iori conatu & uiribus magis intentis, perficiuntur. **b** Imped. opus. Ideo, ut Pli. libro ter-
tio ait, infinitum id quoque existimarunt, nec temere sine aliqua reprehensione tractatū, Haud
ullo in genere uenia iustior est, si modo minime mirum est, hominem genitum non omnia huma-
na nouisse. **c** Cōstat enim, Græca, Latina, Barbara, eaq; exotica partim, partim indige-

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI DE
ORBIS SITV LIBER PRIMVS.

PRO O E M I V M.



ORBIS SITVVM DICERE

a aggredior, **b** impeditū
opus, & facundiæ mini-
me capax. **c** Cōstat enim
ferè ex gētū, locorumq;
nominibus, & eorū **d** per-
plexo satis ordine, quē
persequi **e** longa est ma-
gis, quàm **f** benigna ma-
teria. **g** Verū aspici tamē

cognoscīq; dignissimum: **h** & quod, si non ope in-
genii **i** orantis, at ipsa sui contemplatione precium
k operæ attendentium **l** absoluat. **m** Dicam autē aliās
plura, & exactius. Nunc autem ut quæq; erunt cla-
rissima, & strictim: ac primo quidē, quæ sit forma
totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint
utq; habitētur, expediā. **n** Deinde rursus oras omni-
um, & litora ut **o** intra **p** extraq; sunt, atq; ut ea **q** subit,
ac **r** circūluit pelagus. **s** Additis quæ **t** i natura regionū,
incolarūq; memoranda sunt. Id quo facilius sciri
possit, atq; accipi, paulo altius summa repetetur.

porū sauitia interciderint, aut maiora his de situ orbis fuisse scripturū. Id quod lib. tertio in Britannia situ, his
quoq; uerbis innuisse mihi uidetur. Britannia qualis sit, qualesq; generet, mox certiora & magis explorata dicē-
tur: **p** me scilicet, ampliori ope instituto, ut ego intelligo, quā quā ad alios quoq; referri possit. **n** Deinde.
Prius enim toto in maximas partes diuiso, summatim eas describit, hinc à Mauritania orsus singillatim **p** omnia
digreditur. **o** Intra. Ad sinus, quos terras aperiēs oceanus fecit. **p** Extra. Ad extimū oceanū **q**
Subit. Hoc ad sinus referēdū est, quorū potissimū quatuor sunt, duo à Meridie, ab Occasu unus, & unus à Septē-
trione, de qbus suo loco mentio fiet. **r** Circūluit. ambit, & ad oceanū refertur. **s** Additis. Id enim
Geographorum est, ut locis enumeratis, reliqua passim, quæ aut natura, aut hominum ingenio, rebus **ue** gestis
memoratu digna sunt, nestant, ut in Catechesi diximus.

na uocabula elegantem contextū uix
admittunt: deniq; & in immensa mul-
titudine labor est, quo ordine singula
coërceantur. **d** Perplexo. intrica-
to. **e** Longa est magis, quæ fasti-
diū magis, quam gratiā pariat: quæ
enim breuia sunt modo non obscura,
gratiam merentur, longis autē quod
multam lectionem expostulant, fasti-
diū inesse solet. **f** Benigna, gra-
tiosa. **g** Verum aspici. Geogra-
phiæ cōmendatio est, qua nulla pro-
pè ad rerū humanarū cognitionē do-
ctrina magis attinet. **h** Et qd.
Quod opus, inquit, si scriptoris indu-
stria & ingenio comptum elegansq;
fieri nequit, nominum asperitate id-
ipsum impediēte, ex re tamē & ipsa
sui contemplatione, frugem attenden-
tibus asserre cōsuevit. **i** Oran-
tis. narrātis, scribentis. **k** Ope-
ræ. laboris ipsorum attendentiū per
compensationem, scilicet ex emolumē-
to. **l** Absoluat, pariat, efficiat.
Per hæc autē sūma authoris modestia
adparet, adeo ingenij sui opem exte-
nuantis, cum rebus ipsis tamē suo pte
ingenio claris, non minus lucis, sum-
ma elegantia sua, & mirādo ordine,
quo in hoc opere usus est, adiecerit.

m Dicam autē. Hic locus indi-
cat Pomponium aut scripsisse quæ tē



Quicquid id est. bene Pomponius alius negocij molestiam subterfugiturus dixit, quicquid id est. Nam quid mundus, aut qualis esset, non una opinione à uctustis disputatum est: idq; explicare non est Geographi magis, quam Philosophi, cui illa curæ esse debent. Ad Melæ modestiam anxia illa deserentis, hæc Plinius ex lib. secundo uerba pulchre accedunt. Furor est (inquit) profecto furor, egredi ex eo (orbem intelligens elementorū) & tanquā interna eius cuncta plane

M V N D I I N P A R T E S Q V A T V O R
D I V I S I O .

Mne igitur hoc^a quicquid id est, cui mundi, cœliq; nomen indidimus, unum est, & uno ambitu se, cunctaq; amplectitur. Partibus differt: unde sol oritur oriens nuncupatur: aut ortus, quo demergitur: occidens, uel occasus, qua decurrit meridies: ab aduersa parte, septentrio. Huius medio^f terra sublimis,

ia sint nota, ita scrutari extera: quasi uero mensuram eius rei possit agere, qui sui nesciat: aut mens hominum uidere, que mundus ipse non capiat, hæc ille. Vnum tamen esse philosophorū Princeps Aristoteles libro de cœlo primo probat, cuius sententiā Thales Thaletisq; studiosi ante asseruerant, Cōtra Democritum, Epicuram & eorum discipulū Metrodorū, qui innumerabiles in infinito mundos faciebant, finitus est, & infinito tamen ob partium magnitudinem similis: & cum rerum omnium certus sit, similis

incerto uidetur, ut Plin. indicat, Contra Seleucum, qui mundum infinitum esse dixit, ut in Philosophorum placitis Plutarchus scribit. **b** Cui mundi. In re simili ipsdem propè uerbis usus est Plinius. Mundum (inquit) & hoc quod nomine alio cœlum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta. & Cicero libro de natura Deorum. ij. Neq; enim (inquit) est quicquam aliud præter mundum, quo nihil absit, quod undiq; aptum atque perfectum, expletumq; sit omnibus suis numeris & partibus. Mundum uero ob ornatum, & plenam artificij rerum seriem dictum Latinis, & simili causa Græcis κόσμος. Cœlum autem à Lucentiū stellarum quasi in sphaeris suis sculptura, notius est, quam ut referri debeat. **c** Et uno ambitu. Plinius extra intraq; cuncta cōplexus in se, idemq; rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Ideoq; Vitruuius lib. ix. Mundū esse ait naturæ rerum conceptionem summam, cœlumq; syderibus conformatū. M. C. lib. de leg. primo. Vniuersus (inquit) hic mundus una ciuitas Deorum, atq; hominum existimanda est: quod certe ad illud accedit, ne extra mundum quicquam esse credamus. **d** Partibus differt. id est regionibus siue limitibus, ut libro secundo cœli cardines Gellius nominat. Nam de partibus mundum constituentibus, elementis scilicet & cœlo, quod supra elementa est, nihil ad Melam hic. Sunt autem limites, Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio, in hoc diuersi tantum, quod hi perstant suntq; immobiles. Illi nunquam eodem modo se habent propter sempiternam Solis in gradibus signorum per ascensum, & descensum mutationem. Hinc Eratosthenes (ut Varro libro de re rust. primo ait) orbem in duas partes maxime secundum naturam diuisit, ad meridiem uersus, & ad septentriones. A latere igitur cœli, in quo supra horizontem Sol ascendit, ortum, quo se mergit occasum accipimus: Qui licet eadem in parte, id est in spacio, quod inter tropicos est, semper sint, tamen quia nunquam contingit Solem illinc oriri hodie, unde heri oriebatur: nec è regione pari modo occidere, nunquam unus idemq; ortus, & occasus est. Insigni Auli Gellij errore, qui ortum omnem, & occasum ex Phaurini doctrina, aut l'rumam esse ait, aut æquinoctialem, aut solstitialem: quasi uero inter parallelos solstitiales & æquatoris, nulli intermedij sint: nisi ita Gellianæ diligentie patrocinari libet, ut solstitialem intelligamus solstitio uicinum, pariq; modo æquinoctialem & brumalem: quod uere magis tamen, quam proprie intelligitur, & acute hoc modo magis, quam explanate Gellius tradidit. Has regiones Calphurnius Siculus in Delo. his uersibus complexus est. Exultet quæcumq; Notum gens ima iacentem, Erectumq; colit Boreā, quæcumq; uel ortu, uel patet occasu, medio uel sub æthere feruet. **e** Qua decurrit. Ideo ait, decurrit, quod nobis citra æquinoctialem ad multam latitudinem sitis, de uexus Austrinus polus est, eleuatus Arctous, quod sphaeram rectam habentibus non contingit. E regione uero trans æquatorem transgressis polus noster de uexus esse incipit: quoq; latius discesserint illuc, tanto Austrinus sibi polus altior apparet. **f** Terra sublimis. Totā terram non intelligit: nam illa mari non undiq; cingitur, sed extantem illam terræ superficiem, quam in hominis habitationem, & eorum animalium quæ spirarent, quæq; homini commoda essent, salutem, ab undiq; nudā esse uoluit in sui gloriam Deus Optimus Maximus, cuius ineffabili potentia, iam ante ex nihilo eluxit, quicquam hodie aut sensu cernimus, aut animi cogitatione consequimur. Terram

autem extare supra undas ut pomum natans, aut leuem quempiam ex ligno globum undis innatantem, qui credunt ualde decipiuntur: hoc enim modo multa falsa forent, quorum deprehensa ueritas est. Terræ ergo superficiē quæ extra undas eminet, ita eminere credamus, ut ex ea & circumfluentibus undis corpus rotundum in sese undiq; recurrens efficiatur. Inde & illud est, quod in tali rotundo aliud terræ centrū esse, aliud grauitatis quod mundo respondet, deprehenditur. Strabo certe libro tertio non dubitat rotundam unā cum mari terram esse,

cingitur undiq; mari: ^a eademq; in duo latera, quæ hemisphæria nominantur, ab oriente diuisa ad occasum, ^b zonis quinque distinguitur. Mediam æstus infestat, frigus ultimas. Reliquæ habitabiles paria agūt anni tempora, uerū nō pariter. Antichthones alterā, nos alterā incolimus. Illius situ ob ardorem intercedenteis plagæ incognito: huius dicēdus est.

unamq; & eandem cū æquoribus superficie habere. De hoc alijsq; ad quæ aliquando studiosum lectorē remittemus, in epistola ad Rudolphum Agricolum, plura differuimus. Sublimis. extans, eo modo quo diximus.

^a Eademq;. Dubitari potest, an hemisphæria per mediatorē, an per horizontem rectum potius diuisa intelligat? Nam & mediator totū hoc

quod ex terræ & undarum nexu rotundum est in duo paria diuidit, altero in Austrum, in Septentriones altero secundum latitudinem, siue (ut Gellius uocat) deuergentiam expanso. His enim per omnia paritas est, licet diuerso tempore æstatem & reliqua anni tempora sortiantur: quanquam non nesciam & æquinoctialem horizontem esse posse, sed his tantum qui (si qui sunt) sub polis siti sunt. Verior omnino sensus est, Melam uoluisse, totius terræ excursū in duo hemisphæria à limite Orientis, in limitē Occasus diuidi: idq; potissimum respectu spheræ rectæ, in qua lineæ meridianæ, sicut est notissimum, etiam horizontē faciunt, & nulla uariante eleuatione, terram ut sita est partiuntur, quo modo & Capella Martiani libro sexto partitus est. Hoc autem demonstrabitur commodè, si ab Occidente habitabili spatium longitudinis in .150. gradus per æquinoctialem hemicycli spatio duxerimus. Nam illinc Ptolemæus quoq; longitudinis mensurationem orsus est. Quod si communē sententiam sequimur, nullus horizon est à quocunq; habitata terræ puncto ductus, quin terram in hemisphæria duo diuidat. Ceterum quo minus priorem sententiam despectui habeamus facit, quod libro tertio Pomponius de Taprobane locutus, primam partem orbis eam alterius ex Hipparchi sententia dicit, tanquam Austri-

no hemisphærio hoc modo à nostro Septentrionis sciuncto. Quando & Macrobius putauit inter hunc & illum nescio quem Oceanum intercedere. ^b Zonis quinque. Zonarū distributio in temperatas duas, quæ à polis duas attingunt ob frigus inhabitatas, mediam uero ad æquinoctialem ob æstum inhabitabilem, iam inde à uetustissimorum traditione uulgatissima est. **NE TAMEN HOC IN LOCO**, studiosis aliqua in parte defuisse culpari possumus, paulo altius nobis summa repetenda est, ut ubi bene, & ubi non bene (nam & Pomponius cum uetustate lapsus est) Mela senscrit, intelligatur. Recte enim ascrit & uere, mediam infestare æstū, & frigus ultimas, reliquasq; habitabiles paria agere anni tempora, sed nō pariter illam Antichthonas, nos hāc incolere. Male autem & falsō scribit alteram temperatam nobis incognitam esse, idq; ob intercedentis plagæ ardorem: quasi uero quæ inter tropicos est plaga habitari nequeat: & maior sit sub æqualbre, quam sub tropicis æstus, quæ falsa esse suis ipsius uerbis comprobauimus. **PRIMUM** autem de Zonis dicemus, mox ut habitentur, & an habitari queant, relaturi. Zonarū discrimen belle Probus Grammaticus, ait, è manu accipi posse, si leuam contra ora nostra in ortum Solis uersa, digitis expansis introspexerimus: ut ubi pollex est ibi Zonā esse arcticam, quæ & Septentrionalis uocatur, intelligamus nimio rigore inhabitabilem. Pollici proximo digito temperatam nostram, quam æstiualem nominat, indicari. Ut medius digitus æquinoctiali aduētæ, & inhabitabili secundum uetustos, respondebit. Quartus alteram temperatam ostendit, quam hyemalem Probus nominat, quod Sol in eam inclinans nobis hyemem relinquit, sicut in nostram ascendens, æstatem aperit, diesq; longiores facere solet. Digitus minimus, quintam Zonam referet, Notiam & Australem dictam ob gelu perpetuum, & sicut Septentrionalis nostra, inhabitabilem. Has quatuor minoribus parallelis, tropicis uide licet duobus, & arctico antarcticoq; circulo segregari recte Mathematici asserunt. Libet hoc loco, Martiani de Zonis uerba ex libro eius sexto referre: quoniam elegantia sunt, & erroribus tamē notandis, quibus lector alioqui seduci posset aspersa. Orbis (inquit) terræ, in quinque Zonas, siue melius fascias dico pro rerum diuersitate discernitur, quarum tres intemperies multa, ob contrariorum nimietatem relegauit: nam due axi utring; confines, algore immenso & frigoribus, desertionis causas, pruinis mergentibus præbuere. Media uero flammis & anhelis ardoribus torridata, propinquantes animantium inburit accessus. Aliæ autem due, uitalis auri halitu temperatæ, habitacionem animalibus indulsunt, quæ quidem per totius rotunditatem telluris incidunt, tam supernum hemisphæ-

Mela nō ubiq; bene sentit.

Zonarū discrimē ex Probo.

Martiani de quinque Zonis uerba.

rium, quàm inferius ambierūt. Nam utiq; terra duas sui partes hemicyclorum quadam diuersitate deficit, id est unam habet superuatem, quam nos habitamus, & ambit Oceanus, & aliam infernatem. Sed hæc superior initium habet à solari ortu. Illa inchoat à Solis occasu, quem circulum Græci horizonta perhibent. Verum quia illæ Zonæ uolubilitatem utriusq; partis includunt, decem utriusq; circulo suo faciunt regiones, è quibus hæc quæ à nobis habitatur, est una. & c. His Capellæ uerbis rem fidelissime tradentibus, hic error inest, quod hemisphærium nostrum, Oceano ambiente, & uasto interuallo discludente, ab inferiori seiungi existimat. In quo errore & Macrobius libro somnij secundo uoluit, Zonas temperatas in terra, interfluo oceano undiquaq; seiungi putauit, ita ut duæ in nostro hemisphærio, duæ uero in inferiori Perioecorū nostrorū & Antipodum sitæ essent; & totam nobis cognitam terram, quam uetusti in partes tres diuiserunt, ad Zonam nostram & Arcteam frigidam attinere credidit, pudendo me hercule errore, ut inferius ostendemus. Illa uero secutus Capella decem Zonarum regiones fecit, quinque scilicet nostri hemisphærij, & inferioris quinque, quæ tamē per uolubilitatē utriusq; partis correspondeant, & sub conformi cæli rotatu subsidant. Ad quam opinionem illud Maronis libro Georg. primo facili sensu accederet. Et uia secta per ambas Obliquus qua se signorum uerteret ordo. Nam cum cōstet, Zodiaci excursus tropicis terminari, in ambas temperatas signa non exeunt, sed per ambas potius exiit, ea scilicet quæ nostri est hemisphærij & quæ inferioris: nā hæc duas regiones (ut Capella sentit) faciunt. Sed ne hæc quidē curiosa magis, quā acuta sententiā bene quadrat, melius Macrobio interpretante, q̄ Virg. per præpositionem pro inter familiariter posuisse ait. Quāquam Probus pari errore ueterum autoritate Zodiacum per tres Zonas medium ferri asserit, Maronem autem quæ de Zonis scripserit, ex Eratosthenis libro hexametris uersibus scripto, cui titulus sit, Hermes, in sua transtulisse ait. Strabo in libri secundi fine, Cæli Zonas quinque ponit, quibus illæ quinque in terris faciæ respondeant, & eiusdem nominis esse ait, quæ in imis & quæ in superioribus sunt. Libro uero tertio terram cum aqua rotundam esse cum tradidisset, totam eam per æquatorem, & alteram ex Coluris per polos excurrentem, & arcticum atq; æquinoctialem rectis angulis intersecantem, in quatuor quartas diuidit, in quarum duabus in Septentrionem inclinantibus, locus temperatæ intermedius est, cuius medietas Septentrionalis tanta sit, quantum est spatium quod ab Arctico ad polum pertinet. Australis uero pars tanta, quantum interuallum sit inter solstitialem & mediatorem in regione æquinoctiali, ut idem & in alijs lateribus ad commensurationem meridiani fiat. Quod uerum esse etiam ex recentiorum traditione constat qui illam coluri partem, quæ est inter tropicum Cancris, & circulum arcticum, propè duplam esse aiunt ad maximam Solis declinationem, maximam autem declinationem quæ .23. graduum est, & .50. minutorum, equalē esse arcui qui inter poli punctum est, & circulum arcticum: unde reliquum est, ut temperatæ Zonæ alterius magnitudinis duplum respondeat. Verum quod Strabo ait, in altero istorum laterum nostram habitabilem locatā esse, & tanquam insulam mari circumallui: nimirum in eorum sententiam abit, quæ nostram habitata à reliquis & præsertim meridiana Oceano separari falso asseruerunt. De Zonis hæc tenent. Nunc ut habitetur uideamus. Tota illa rotundi corporis moles, in Meridicem, Septentrionem, ab Ortūq; & Occasu habitata, quia rotunda est, fecit ut accolis, ex situs uarietate, alia atq; alia nomina essent. Quæ Cleomedes in libro de Cælestibus ordinibus, suorum temporum placita referens, per Zonarum temperatarum ambitus tantum, ita distribuit, ut primam dimidiam uersus Arctum, nos homines, Alteram autem dimidiam terræ circūuēse illi, qui nobis Perioeci, id est circumcolæ sunt, inhabitent. Qui uero è regione nostræ temperatæ, trans torridam Zonam habitarent illos nobis antoecos esse dixit, quod aduersum latum inhabitent. Qui dimidiam lateris eorum circūuēse, si tenerent, eos nobis Antipodes esse, illis autem perioecos, quemadmodum perioeci nostri illis Antipodes sunt. Quæ quāquam uere Cleomedes diseruit, tamen quod temperatarum tantum meminuit, & multa hodie comperta sunt, quæ ignorauit antiquitas. Quæ obseruata sunt diligentius, & acutius à recentioribus disputata, libet hoc in loco referre: quod si cui longiuscule digressus uidebor, is mihi ueniam uel ob hoc dabit, quod studiosis in re non protrita admodum, scitu uero dignissima, pro mea uirili prodesse uoluerim. PERIOECI itaq; hoc est circumcolæ, hi sunt qui sub eodem parallelo, & meridiano per polos ducto, habitant: dico autem sub eodem parallelo, per quod Antipodes secluduntur: quibus tamen si semper idem qui nobis meridians est, diuersos tamen semper & equali latitudine ab æquatore distantes parallelas habent. Ideo hæc quāquam est opus eam hemisphærij aut latitudinem, aut longitudinem inter Perioecos esse, quæ in Antipodum situ desideratur. Nisi sub æquatore circulo, oppositis lateribus unius meridiani habitantes Perioecos dicere uellemus: quos constat ad maximi paralleli mensuram sub qua iacerent, hemisphærio, id est centum nonaginta gradibus distare ad diametri oppositionem. Sed rectius æquatori sectionem relinquimus totius rotundi in hemisphæria maxima duo, alterum Arctum, Austrinum alterum, ut Strabo diuidit in fine secundi. Reliquis autem à medio discedentibus parallelis & Perioecorum & Antoecorum situm triducimus. Quod si habitantes sub hoc parallelo, præter id quod Antipodes dicuntur (ut docebitur)

(ut docebimus) Pericæcos quoque ex diffinitione data, nominare placuerit. Concedamus oportet, dari posse Pericæcos, qui iidem Antipodes sint, & è regione, neq; hoc nisi sub unico æquatore: Reliqui enim paralleli signati minores terrâ in duo paria nõ distinguunt, nec oppositionem ex diametro efficiunt. Est tamen ut Pericæci quandoq; minus proprie dicantur, qui sub parallelo uno siti sunt iusto quidem interuallo, uerum circumuersa meridiana latera non attingente. PERIOECIS nobiscum commune est. Primo, Eiusdem temperatæ inhabitatio: Quæ Pericæcis nam futilem illam opinionem esse, quæ temperatas utriq; in quartas duas uasto interceptas oceano dirimit, in nobiscum cõmunis epistola ad Agricolum ostendimus, & infra paulo ostendemus. Secundo, quod simul hycem, simul æstatem, nia sunt. & tempora anni reliqua nobiscum habent, & incrementa dierum noctiumq; nobis cum illis eadem sunt. Quibus cumq; enim idem parallelus est latitudinis, ijs eadem est dierum noctiumq; uno tempore quantitas. In hoc tantum à nobis diuersi quod nec eundem ortum, nec occasum habent: & quando nobis diei medium est, illi medium habent noctis, sicq; è regione. VERVM ut hæc clariora fiant, ponam axiomata. Primum, posito concesso, Duæ propositi quod terra ultra latitudinem, plus minus, 67. graduum sub eodem meridiano habitabilis sit, datur Pericæci quæ ones pulchræ. diem uno, & eodem tempore habent, quod Raphaël uetustorum traditione contentus, non animaduertit. Probatio est, Quia sole in principio cancri existente illis non occidit, propter depressionem horizontis in latitudinem, quæ in oppositum, latus meridiani trans polum uergit. Quæ res uel apertissima est ex cognitione circuli illuminationis Solis, quem Andreas Stiborius, & Georgius Collimitius, digni posteritatis præconio Mathematici, nuper ad ipsum solis motum deprehenderunt. Recentioribus autem experimentis deprehensa est talis Pericæcorum ad prædictam latitudinem cõtrapositi sub eiusdem meridiani lateribus. SECVNDVM axiomata, Pericæcis diem & noctem contrario modo esse, intelligi debet de his, quibus sol oritur & occidit, tales sunt Georgius Collimitius. prope oēs quibus in hemisphærio nostro ab æquatore, latitudo est plus minus gradibus. 60. POSSET autem Nota. quispiam dubitare, quo nam modo id contingeret, ut noctis & diei paritas Pericæcis esset, cum communiter dicatur, ex antiquorum traditionibus nobis noctem esse, cum Pericæcis nostris dies sit, & è contrario. Quia ergo ad solstitium æstiuale diem habemus longissimum, consequens est ut illi noctem longissimam habeant: cūq; nobis breuissima nox est, illis longissimus sit dies. Hoc dubium hoc ipso discutitur, quod eundem nobiscum horizonta non habent, qua re sit, ut non necesse sit, existimare ipsis oriri solem, cum nobis occidit: nec statim oriri nobis, cum illis mergitur. alioqui diuersitatis temporū ratio magis, è diuersa latitudinis ratione sumitur. In situ igitur Pericæcorum, quanquam nõ attente obseruantibus hoc uideri posset, haud quaq; tamè ita est, propterea quod eundem horizontem non habent, Sed diuersis ipsis & per se lato admodum interuallo transcurentibus, sit, ut sole nondum occidente nobis, illis iam exortus sit, ipsorum horizontem iam exuperato: rursus uero oriatur nobis mane ante, quam ipsis occidat: id quod in globo exacto quocunquam, horizontibus contrariorum punctorum alicuius paralleli mediocri latitudinis circūductis, demonstrari facillime potest. Ex quo paritas dierum & noctium intelligitur: quandoquidem euenit, ut unâ solem cernamus ab occasu iam nunc ipsis orientem, à nostro uero horizonte iusto interuallo distantem. Pari modo & ab ortu ipsis nõdum occasum, nobis uero iam ortum aspiciamus. Ideo Raphaël Volaterranus, qui libro primo Vrbanozorum commentariorum adeo obscure hoc Raphaël Volaterranus. prosequitur, ut ne ipse quidem satis intellexisse uideatur, bene ait, Non exacta ratione Solem ipsis oriri cum nobis occidat, cum ante, quam occiderit nobis, ipsis fuerit ortus. Propterea si dicamus his uel illis diuersos horizontes esse, nõ est statim consequens, ut credamus iisdem diuersam rationem esse quantitatis diei & noctis. Nec uerum est illud, quod uulgo ab huius rei professoribus traditur, tunc uidelicet Pericæcis diem esse cum nobis nox est, & è regione: possunt enim unâ diem habere, ut paulo ante docebamus. Sed uerum est horam mediæ noctis nostræ, ipsis horâ esse mediæ diei, licet eiusdem denominationis fortasse non sit. Item tempus meridiei nostri, ipsis tempus esse mediæ noctis. Quod ideo dico, quia Pericæcis Septentrioni uicinis, in æstiuo solstitio noctes breues admodum sunt, quarum tamen umbræ ad meridianum, in æquas partes, sicut & diei diuiduntur. Sunt autem horizontes (ut illud obiter in transcurso explicem) circuli magni, quorum centrum idem est cum mundi centro, prospectum nostrum ita finientes, ut hemisphærium cœli extet, hemisphærium lateat, & terræ cum aqua à midium semper ipsi ambiant, etiam si nos id ipsum prospectu citra in terra mariue terminato, uisu non deprehendimus, quod tamè ad cœlū attinet nõ fallit, cõtuentes nos. Et tanta est globi terræ ad cœlestiū magnitudinē paruitas, ut in semidiametro crassitudinis terræ nullum sit uariationis momentū, omnibus circūquaq; interim æque distantibus. Qui quidem à Græcis horizontes, à nobis finitores recte nominari possunt: δειξεν enim illis idem est quod definire, & ὀγοπ definitionem atq; indicationem rei uocare solent. Hi autè quia pro latitudinis uariatione nullis in locis certi manent, sit, ut quod M. C. lib. de diuinatione secūdo docet, necesse sit ortus, occasusq; syderum non fieri pari modo, & eodem tempore apud omnes. Porro & dierum æqualitatis, ac inæqualitatis ratio ex horizontibus est, ad totam spheram respicientibus nobis: siquidem unum tantum horizontium genus est.

idq; sub æquatore quod rectam spheram, omnesq; eius parallelos in duo æqualia, id est hemicyclos pares diuidit: Ea causa sub æquatore situs omnes dies toto anno uertente, simul & pares inter se, & cum suis umbris pares existunt. Reliqui horizontes in alterutram partem deurgentes circulos iam dictos inæquali diuisione sciant: quantoq; magis ab æquatore abeunt (modo Sol illic oriatur, & occidat) tanto magis inæqualia sunt spatia, ut nox diei, quem aut præcedit aut sequitur, æqualis esse nunquam possit in maiori declinatione maiori semper inæqualitate deprehensa. Quod ipsum planè deprehenditur, si ad longissimum diem cuiusq; gradus seu paralleli latitudinis respexerimus. Nondum autem uideo quomodo uerum esse possit, quod M. Cicero libro de natura secundo ait: Ipsa enim umbra terræ Soli efficiens, noctem efficit. Nocturnorum autem spatiorum eadè est æqualitas, quæ diurnorum, nisi quod ipse simpliciter affirmat, ad æquatorem referas, aut ad æquationem longissimæ noctis cum longissimo die, quæ quidem certæ alicui latitudini uerum non in uno Solis loco ac tempore, sed diuersis magis pari interuallo ab æquatore hinc & illinc deurgentibus parallelis, seu gradibus declinationis fiunt. **Nota.** Quantus enim dies est in quouis gradu loci indicatæ latitudinis, Sole in signis borealibus meante, tanta nox erit inibi, Sole gradum tenente diuersæ in Austrum declinationis, ut gratia exempli. Quantus nobis quadragesimo octauo gradu declinationis subditis, dies fuerit, Sole. 12. Arietis gradum obeunte, tanta & nox erit, eodem duodecimo Libræ gradum permeante: cum omni tempore (æquinotij diebus exceptis) necesse sit proportionè esse, noctis nostræ ad diem contrapositæ latitudinis, & è regione, ubicunq; Sol existat. Quod si nostro, in latere mouatur, tanta ipsorum nox est, qui. 48. gradum latitudinem Austrinam habent, quantus noster fuerit dies. Rursum si brumalibus in signis fuerit, tanta nostra nox est, quantus horum dies fuerit, æterna commensurationis lege. Nisi quæsiham supputatione scrupulosa amplioris moræ, Solis minutias in signis borealibus propter augem eius æstimare uelit: Ac nescio quidem diuersam hanc æquationis rationem Cicero intelligi uoluerit, necne. Porro ut ad horizontes reuertamur, illud adnotasse fortasse non alienum fuerit. Quod cùm æquatorem circum omnis horizon undecunq; incidat, modo horizon sit, in duo æqualia diuidat, illud usu uenit, ut æquinotiorum diebus, id est Sole primum aut Arietis, aut Libræ gradum tenente per omnia climata, omnemq; latitudinem dies noctesq; sint simul æquales. Hic enim omnium parallelorum unus solusq; est, quem uel obliquissime incidentes horizontum circuli in duo semper æqualia diuidunt. Omnibus horizontibus eiusdem meridiani in duobus punctis sese dimidiati æquinotialis intersecantibus. In qua mira, & incredibili uarietate, quam prope tua tamen & uere diuina nature constantia inuiolatam retinet, potissimam causam præbet terræ marisq; demonstrata rotunditas. Quod ut intelligas, finge terram planam esse, & eam ad horizontem rectum extenat, & cognosces nocturna diurnaq; spatia, & semper & omnibus æqualia esse, utcunq; tandem Zodiaci signa, aut orientur aut occidant. His expositis ut ad institutum reuertamur, dicimus. Pericæcos non adeo distare, quin ad se facili transitus est. Pericæcorum punctum in eam Scythia, quæ trans Imaum est habere, in quam paucis fluminibus superatis perueniri posse, quis Geographiæ non ignarus nescit? Tantam autem paralleli ab Hispaniæ ducti longitudinem non recentiores tantum (ne quis eorum fidei parum tribuat) sed & Ptolemæus ad. 130. gradum traduxit in Scythiam: Cui ut principi Mathematico & maximo huius doctrinæ professori fides adhibenda est. Nam (ut Strabo in fine secundi ait) terrarum scriptoribus qui ex Physica, & Astronomia profecerunt fides adhibenda est. Falluntur igitur qui Pericæcos, intermedio mari à nobis se iungi existimant, nobis inquam qui notam temperatam septentrionalem inhabitamus. Nec uero negauerim inter extimum Indiæ in Eoum, & extimū Hispaniæ in Athlæ litore Oceani italicum uersus litus, intermedium esse Oceanum, multis & maximis insignem insulis, uerum alio modo quam ipsi intellexerunt. Nec ille quidem tantum mortales auersatur, quin ab altero litore ad alterum, secundum illam quæ cum terra facit rotunditatem, nauigari posset, si modo expensæ non defuerint, & laborum tolerantiam sint, qui præstare queant. Quid igitur aliud dicamus, quam uetustiores illos in exacta terrarum latitudine, longitudineq; metienda defecisse, quod temporibus magis, quam ingenijs perpetuæ diligentia additis, tribuerim. Quæ quam (ut hodie quoq; fieri solet) in acutiorebus illis & ingenuis artibus magis quid alij tradidissent hactenus, sequi uoluisse uerisimile est, quam experientia penuria diuersum sentire: præsertim quod inculpabile sit errare cum suo seculo. Etiam si hoc modo uidemus magnis frequenter erroribus obrui ueritatem: & quæ temporum culpa admissa sunt testimonijs sensim accedentibus, difficillime emendari. non etiam satis hoc perpendisse mihi uidentur, quod in Pericæcorum situ contrapositi sunt, non hemisphærio quidem, sed contrario paralleli puncto distant, quicunq; sub diuersis eiusdem meridiani parallelum intersecantibus punctis siti sunt. Proinde, si sub æquatore, qui uerus hemisphærii mensur est in. 130. gradus, id est hemicyclum terra secundum longitudinem excurrit, quis dubitare potest, in contrariis meridianis & parallelis hoc idem ad contrariam positionem suo

do in terra fieri? Sed de Perioecis satis. ANTOECI dicuntur, qui trans æquinoctialem ad parallelum æqua-
 latitudine ab eodem distantem, nobis in hemisphærij sui cõformi latere sunt siti, quibus nostri Antipodes Perioe-
 ci sunt: Antœci autem dicti, quod non contrariam, ut Antipodes, sed diuersam Austrini lateris terram habi-
 tent. Quos si proprie accipimus quicumq; sub unius meridiani hemicyclo, & parallelis utrinq; ab æquinoctiali
 æqua latitudine distantibus habitant, Antœci sunt: quanquam magis Antœci dicantur, qui paulo iustiori latitu-
 dine ab æquatore distāt. Dico autem, unius meridiani hemicyclo, quod Antipodes quanquam sub eodem meridia-
tantum in Cretā, & è Creta in Africam. hæc ille. Sentiūt tamen pleriq; omnes tres partes terræ à sociellis nomina accepisse. Europam Plinius lib. 3. altricem uictoris omnium gentiū populi, terrarumq; pulcherrimā nominat, Asiæ & Africa aliquando, non magnitudine, sed uirtute comparatam. Certum est eam, cum habitatissima sit, gentium frequentia nō multo alterutra inferiorem esse. Quamquam idem Plinius libri sexti. 33. capite, nescio quali calculo, Europā ait tertiam esse terræ partem & octauam, paulo amplius, Asiā uero quartam & quartadecimā partē, Africam quintā, & insuper sexagesimā: cum Europæ continentem minimam esse liquido constat: de cuius laudibus si legere uoles, Strabonē legito libro tertio. ^b Atlanticum. Proprie Atlanticus est, qui litus Libyæ occidentum abluit, ab Atlantic mōte, ut est notum. sed Pomponius cum quoq; qui extima Hispaniæ litora cohibet, Atlanticum, ob terrarū illic mariumq; uicinitatem dixit. Ptolemæus occidentalem nominat. ^c Britannicū. Oceanus Bri-

tannicus.

Plinius libri quarti. 16. cap. scribit, omnes olim Europæ in septentrionali oceano insulas Britannicas dictas fuisse. Id nomen postea inter eas omnes maximæ, quæ prius Albion dicebatur relicum est. Hinc Britannicus oceanus ille à tot insulis nomen habet, merito quidem, cum ab unico oppidulo ingens sinus, Adriatici cognomentum acceperit. ^d Ora eius. Orientalis. ^e Formæ litorum. scilicet est: nam præter exiguam frōtem, quæ in ortum Tanai iungitur, circumcirca undis clausa est. Sed hoc loco orientalis oræ effigiem prosequitur tantum, reliqua maris nostri partitur in sinus. ^f à Tanai ad Hellepontū. Hos primæ frontis extremos limites facit, inde quæ media sunt enumerat. ^g Bosphorum. Cimmerium. ^h Contrarijs. Contra se positus. ⁱ Similis. Pari enim modo mare intermedium & admittunt recedentes, & urgent imminentes Asiæ & Europæ extimæ, ut ex pictura & tabulis facile cognoscitur. ^k Inde. In occasum uersus. ^l Retracta. sicut ad Thraciam è regione Samothraciæ, ad Istriā, & Tergestum, ad isthmum Pyreneum, qui Galliā tanquam in fauces coactam claudit. ^m Prominens. Helladæ & Peloponneso, Italia, extima Bethica, tribus his frontibus se in altum, id est mare nostrum euehit. ⁿ Tres maximos sinus. Martianus ex Plinio & Solino quatuor facit, sed nihil ab his Mela diuersus est: id enim quod sinus quartum illi dicunt, Pomponius oram magis esse uoluit: nam unius sinus effigiem uix habet, ut ex tabularum non tenendis picturis patet. Primum sinus Plinius à Gaditanis angustijs adusq; Zephyrium extremæ Italiæ promontorium mensus est, lib. 3. cap. 7. Secundum à Lacinio promontorio Italiæ altero ad Acroceraunia Epiri, cap. 11. eiusdem libri. Tertium ab his ad Hellepontum usq; cuius in prologo quarti libri meminit. Quartum ab Helleponto adusq; Mæotidis ostiū, quod libri quarti. 12. cap. scribit. Horū loca insignia lib. 2. Pompon. prosequitur. ^o Fretū, Gaditanū. ^p Media. Nā per quā ingentē flexū facit post promontoria, ut infra lib. tertio. ^q Penē ut. Recte ait, penē mā

Quatuor medi terranei in Europa sinus.

Aegæum mare
unde dictum.

Ionium mare
unde.

quo minus æquum id litus sit Dacia facit peninsula longe in oceanum procurres: alioqui satis æqua illic Europa foret, nisi semel iterumq; abduceretur. **a** Aegæum. Hoc magnū, & insignium insularum mare est. Plin. cap. 11. quarti, dictum autumat à scopulo, qui inter Tenum, & Chium extat, quam à capræ specie Græci αἰγῶ dicūt. Sunt qui nomen deriuent ab Aegæo Thesei patre in ipsum præcipitato: quod ea confirmant, quæ in Pelei, & Thetidis nuptijs scripsit Catullus. Strab. lib. tertio, & nono, ab Aegis Euboie oppido nomen accepisse hoc mare admodum uerisimile existimat. Romani, qua Macedoniam, & Thraciam abluit, Macedonicū: qua Græciam, Græciense uocant. Plin. auctor est. **b** Ionium. Hoc mare Solinus ab Ionia regiūcula extreme Italiae dictum ait: Parrhasius Græmaticus, ex Didymi Græci scriptoris auctoritate ab Ionio Dyrhachij filio, quem Hercules ex improuiso occisum in mare proiecit, ut memoriam eius propagaret, cuius inter alios Appianus nobilis scriptor meminit. Verum in his utcumq; quis diuersa sentit, parua iactura est, dummodo res sit in prospectu: & serè constet uiolentum esse, uastum, & iactabundum, ac supra fauces Adriatici intra Siciliam, & Peloponesum, atq; Candiam expanditur. Ideo Græci partim ipsum Siculum, partim Creticum appellant ab insulis. Plin. auctor. **c** Adriaticū. Ab Adria sita ad Illyricum nomē habet, ut à prin. 22. libri scripsit Iustinus. Plin. 17. capite tertij libri, Atriam Tuscorum ad Padi ostia nobili portu fuisse ait, à qua Atriativū mare ante dictum, quod nunc Adriaticum dicatur. Eustachio quoq; ab Adria oppido, & flumine. Sed & oppidū meminit aliubi Pomponius: ceterum diuersi, ut hoc litore non una tantum Adria fuerit. **d** Tyrrhenum. A Tyrrheno Lydi fratre, qui eam Italiae oram magno Lydorum numero adhaugans occupauit, ut Dionysius in Periegesi scribit: meminit de hoc mari libro quinto Silius Italicus. Tuscum autem, & Ethruscum, & Tyrrhenū dici solet, habet & per partes nomina, de quibus alibi. **e** Scythia alia. Europæā intelligit, de qua diximus, & dicemus libro secundo. **f** Nostris litoribus. Mediterranei pelagi, nam in utraq; oram maris procurrit. **g** Sarmatas. qui hodie Poloni dicuntur. Sed hæc ad picturam adhibita notiora sunt, quam ut interprete egeant.



SVMMA AFRICAE DESCRIPTIO.

Frica ab orientis parte Nilo terminata^b pelago à cæteris, breuior est quidem, quam Europa: quia^k nec usquā

SVMMA AFRICAE DESCRIPTIO.

Libya unde dicitur.



Fricam (inquit libro quinto Plinius) Græci Libyam appellauerunt, qua mare ante eam Libyæ cum, incipiens, Aegypto finitur, nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus. Silio Italico libro primo occasionem credo historia suggerente memoratissima. Eam Solinus ab Afro Herculis Libys filio nomen habere dixit. Certum est hæc, si reliquis terræ partibus conferas, multo maximis desertis minime frequentem esse: nec usquam magis, quam ubi mediterraneo adproximat, agris fertilem. **h** Pelago. Circumcirca ut Europa pelago septa est, præterquam ab ortu: trās Nilum autem terra, que inter Pelusium Nili, & Arsinoën rubri maris oppidum interest, non amplius .125. mil. passuum lata, continenti Libyam annectit, alioqui in uniuersum insula erat magis, quam cōtinens. **i** Breuior. Minus longa, quod uerum esse, experientie indices tabulæ docent, maxime ubi mari nostro imminet, **k** Nec usquam. Nusquam inquit Asiae etiam in Pelagus nostrum procurrenti, suis litoribus opponitur: quem

admodum Europa solet, quæ ab Hellesponto ad usq; Rhiphæos continuo tractu Asiæ obuersa est. Sed an illud uerum sit dubito, cum ex Ptolemæo in tractu Cyrenaicæ, qui citra Alexandriam est, secundum certum meridianum inde in latitudinem ductum, deprehendatur Cariæ Cyrenaicæ opponi. Cæterum adeo exiguo spatio, ut inde calumniari Mele diligentiam nemo queat. a Non totis huius. Nec totis litoribus Europæ suo excur su à Gaditano fretto obtenditur. Ducto enim meridiano ab Africæ orientalis sine, bonâ ille Europæ partem res

Asiæ, & nō totis huius litoribus obtēditur. b Lon gior tamē ipsa q̄ latior, & qua ad fluuiū attingit latif lima. Vtq; c inde procedit, ita d media præcipue in iuga exurgēs pergit icurua ad occasum, e fastigiatq; se molliter, & ideo ex spatio paulatim ad ductior. Vbi f finitur, ibi maxime angusta est. Quantū incolitur, eximie fertilis, uerum q̄ pleraq; eius inculta, & aut g harenis sterilibus obducta, aut ob h sitim cœli, terra rumq; deserta sunt, aut infestantur multo, ac i malefico genere animalium, uasta est magis, q̄ frequēs. Ma re quo cingitur, à septentrione Libycū, à meridie Ae thiopicū, ab occidēte Atlanticū dicimus. Ab ea par te, quæ Libyco adiacet, proxima est Nilo prouicia, quæ Cyrenas uocāt. Deinde cui totius regionis uoca bulo cognomē inditū est, Africa. Cætera Numidæ, & k Mauri tenēt, sed Mauri in Atlaticū pelagus ex positi. Ultra l Nigritæ sunt, & Pharusii, usq; ad m Ae thiopas. Hi & reliqua huius, & totū latus, quod me ridiem spectat, usq; in n Asiæ confinia possident. At super ea, quæ Libyco mari abluuntur. n Libyes Aegy

liquam traicit, quod signum est ma gis in ortum excurrere Europam, q̄ Libyā. b Longior tamē. Hoc falsum esse satis constat: plus enim, ut hodie deprehensa est, latitudinis, q̄ longitudinis habet: nisi secundum ue tustorum opinionem ad latitudinem habitabilem quis referat, sicut Plin. 33. capite sexti libri, latitudinem ait Africæ, qua habitatur, nusquā .250. mil. passuū excedere. quod et ipsum ad eam oram, quæ in pelagus nostrū imminet, referendū uidetur. c Inde. A fluuio Nilo. d Media præcipue. Ad Numidiæ fines, ubi eti am altissimi montium uertices pelago magis imminet. Ptole. hæc iuga ab occasu, expāsa maioris Atlatis no mine donauit, aliumq; inibi, minorem in Mauritania facit, de quo Pli. Stra. ceteri. e Fastigiat. In speciem cunei contrahit. Rufus ex Dionysio: Caput huius cespitis autem Arctius angusto cōducit littora tractu, Occa niq; salum cuneo subit. & c. f Finitur. Ad primū freti Herculei in-

Africa latior, q̄ sit longa.

troitum. g Harenis. Harenæ uento in Libya concitæ non minus seuiunt, quàm in mari procellæ, ut infra ostendemus. h Sitim cœli. Aëris imbribus carentis siccitatem: quanquā Lucanus indicet, Boreā ipsi tempestates ciere, eo modo quo nobis pluuq; Auster affolet. Id autē raro, & præcipue in interiori Africa euenit: ut bene Maro dixerit: At nos hinc alij sitiētes ibimus Afros. Qui enī sub tropicis sunt, magnum æstum sustinēt. Diodorus lib. quarto ad Aegypti, & Troglodytarū fines, tantū Solis circa meridiē æstum esse scribit, ut in uas æneum cibi cum aqua positi, extēplo Solis ardore absq; igne alio decoquātur, nec ullus nudo pede terram attin gere queat. Quæ, inquit, ignorantibus i: cre dibilia uidentur: ijs uero qui experti sunt, facilia. Credibile ergo fue rit, Androdum illū Gellio celebrem, opimiora membra prædæ Leonis, quo cum in Libya triennio uictitauit, me ridiano Sole torruisse, cum ignem non haberet. k autē circa Capricorni tropicum frequentius obtingit. Nam Sol illic terræ, ut dixi, uicinior est, & omnium Planetarum ob loci subditi radijs propinquitatem maior uis, & maior humoris de pastio. Hinc Homerus maximus poëtarum, Iouē cum dijs omnibus in Aethiopia apud Neptu num cōuiuuium agere finxit. i Malefico. Sæuissima animalia habet Africa, & ea quidem plurima: cumq; aquarum magna penuria sit, cōtingit ut ad amnes, quoniam pauci sint, innumerus ferarum grex coëat, ibiq; pro miscua libidine uaria monstrorum genera progignant, unde adagio locus: Semper aliquid Africa noui affert, Africa semper Pli. authore cap. 16. libri octauī. Quin & hoc in adagium abiit, ut dicamus, semper affert Libya mali quippiā: aliquid noui. Nam prægnantissima ueneri terra est. k Mauri. Strabo Græcis Maurysios appellari libro ultimo ait: multis Maurusij dicuntur. Vitruuius libro octauo in Maurusia, inquit, quā nostri Mauritiam appellant. & c. Pōtanus poëta in lib. Meteororū, Maurysia maris, et maxime mediterranei deā facit. l Nigritæ. Pharusij Maurysia dea. tēdēte aliquādo ad Hesperidas Hercule diuites, post Nomades facti sunt, inquit lib. 3. Pomp. ubi & de Nigritis referemus. m Aethiopus. Qui cōmuni noīe Hesperij, qua in oceanū Atlaticū uergūt, noīnantur. n Asiæ cōfinia. Usq; ad Aegyptios, & Arabes, q̄ ad occasum Aethiopiæ iminēt, de q̄bus infra li. 3. o Libyes. Libyægyptij.

Sitis Africæ.

Africa semper aliquid noui.

Maurysia dea.

Libyægyptij.

Primæ gentes Africae. Aegyptij. Ptolemeus Libyægyptios nominat, supra Aegyptios & Cyrenaicos in occasum sitos. Plinij cap. 7. libri quinti hæc uerba sunt: Interiorem ambitu Africa ad meridiem uersus super Getulos interuenientibus desertis primum omnium Libyægyptij, deinde Leuca Aethiopes habitant. Certe Martianus sexto libro, Aethi opas Leucas nominat, id est candidos, quod interioribus minus sunt nigri. Et sunt alicubi Libyphœnices composito uocabulo & ipsi dicti, mixtum (ut Liuius docet) Punicum Afris genus. a Getuli. Hi & Libyes, præmi omnium ex Punicorum annalium fide Africam tenuerunt, asperi incultiq; qbus cibus erat caro ferina, atq; humi pabulum, uti pecoribus. Hi neq; moribus, neq; lege, aut imperio cuiusquam regebantur, uagi, palantes, quò nox coegerat, sedes habebant, authore in Iugurthino Sallustio. b Regio. Supra Getulos in ortum & meridiem expansa. c Garamantas. Hos Plinius quoque orientales facit. Strabo lib. ultimo quindecim dierum itinere ab Hamnone abesse scribit, quorum terram in orientem eunti, circiter mille stadia, in meridie ad .200. quatenus cognita est, patefcere ait. d Vix iam homines. De his in Africa particulari descriptione Pomponius, quo in loco studiosis non deerimus. e Stringere litora. Litora, inquit, à Mauritania exorsus, ut mare nostrum undiq; cohibent, legamus. Inde egressus freto, quæcumq; cingit oceanus, calamo sequar, donec instituti operis cursus eo, unde initium habuit, reuertatur. Figurate autem dixit legere, pro eo quod est breuiter & còpèdio describere, atq; explicare. Nautæ autem & oram stringere, & litus legere dicuntur, cum cominus præter nauigant. Virg. lib. 3. Litoraq; Epiri legimus, portuq; subimus Chaonio. Figurate quoq; Plinius lib. 4. Transgressus, inquit, in Rhiphæos mōtes, litus Oceani septentrionalis à læua, donec perueniatur gades, legendum.

PARTICVLARIS AFRICAE DESCRIPTIO.
MAVRITANIA.

Dictum est Atlanticum esse oceanum, quod terras ab occidente cōtingeret: hinc in nostrum mare pergētibus læua Hispania, Mauritania dextra est. Primæ partes, illæ Europæ, hæ Africae. Eius oræ finis f Mulucha, caput, atq; exordium est promontorium, quod Græci g Ampelusan, Afri^b aliter, sed idem signifi-

PARTICVLARIS AFRICAE DESCRIPTIO.

Mauri.



Mauritania dextra. Mauros qui eā orā habitant, Indos fuisse, & duce Hercule cum innumera aliarū gentiū multitudine, in hæc loca peruenisse multi crediderūt, ut Strabo lib. ultimo scribit. Sallustius certe in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquosq; qui maritimā Africā cultiorē reddiderūt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse indicat. Hi Romanis bellis Punicis ante, maxime aut rebus cōtra Iugurthā gestis inotuerūt. Inter reges famigeratos Bogus & Bochus, cum Romanorū amici essent, Mauritaniæ præfuerūt: qbus deficientibus Augusti munere Iubā successit, eius Iubæ filius, qui ante Scipioni iūctus, cōtra Cæsare Dictatorē bellū gesserat. Solinus Iubā Ptolemæi filii facit. Strabo lib. ultimo, Ptolemæū ex Antonij & Cleopatras filia ortū, Iubæ in regno successisse scribit. f Mulucha. Sallustius quoq; Muluchā terminū ab occasu Numidiæ facit. g Ampelusan. Græci alieni αμπελος uitis dicitur, & αμπελωνες uineas dicitur: unde & à uitiū copia promontorio nomē est. Plinius appetentes. lib. 5. Promontoriū oceani extimū Ampelusia nominatur à Græcis. h Aliter. Græci (ut Strabo lib. ultimo ait) populatores

ait)populatores olim erant, & alieni appetentes. Inde illa fuerunt insignes propè per omnes terras Græcorū uictoriæ, & nomina Græcorum multitudo locis relicta, quæ aut recenter imposuerunt, aut ad prioris linguæ conformem sensum adhibuerunt. Idem scribit Macedonas & Græcos ceteros, qui cū Alexandro in Indiam profecti sunt, multis locis illustria primum nomina dedisse. a Specus sacer Herculi, ob beneficium, quod indigenas liberasset, adeo immani gigante interempto. Ad fabulam autem alludit, quæ in specubus monstrum id

cante uocabulo appellant. In eo est ^a Specus Herculi sacer, & ultra specum ^b Tingi oppidum peruetus, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Extat rei signū parma ^c Elephantino tergo execto ingens, & ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis, quam locorum accolæ ab illo gestatā pro uero habēt tradūtq; & inde eximie colūt. Deinde est mons præaltus, ei quem ex aduerso Hispania attollit obiectus, hunc ^d Abylam, illum Calpen uocant, colūnas Herculis utrumq;. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipsum iūctos olim perpetuo iugo diremisisse colles, atq; ita exclusum antea mole montium ^e oceanum,

delituisse ferūt. Lucanus lib. 4. inter multa hæc habet: Hæc illi spelūca domus, latuisse sub alta Rupe ferūt, cupulas raptos habuisse Leones, Ad somnos non terga feræ præbere cubile Asuerunt, non sylua torum uiresq; resumit, In nuda tellure iacens, perire coloni Aruorum Libyes, pereunt quos appulit æquor. b Tingi. Plinius lib. 5. cap. primo: nūc est Tingi quondam ab Antæo conditum, postea Claudio Cæsare cum coloniā faceret, appellatum traducta Iulia. Soli. De Hispania excursus inquit in Libyam: Nā Bellone progressos, quod Beticæ oppidū est, ultra interiaccēs

Locus Solini.

fretum triginta millia passuum, Tingi excipit Mauritaniæ, quæ nunc Colonia, & cuius primus auctor Antæus fuit. &c. Sic enim legendum est, omnibus quæ uiderim exemplaribus hoc loco deprauatis, nec triginta trium sed triginta reponendum, ex Plinio cuius hæc uerba: Abest à Bellone oppido Beticæ proximo tractu, 30. millia passuum. Nisi Capellæ quæ autoritas mouet, cui cum Solino conuenit. Non omiserim Mauritaniam extimā & in Atlanticum eminentem Bogudianam, alteram autem Africæ propiore Bocchianam ab insignibus, quos nominari, regibus dictam esse, auctore Plinio. Post autē Caij Caligulæ seuitia in duas prouincias diuisam, Tingitanam extimam, & interiorem Cæsariensem: hæc à Cæsarea, illa à Tingi oppido nomen sortita, utraq; frequentis in historia nominis. Tacitus lib. 17. Ipse Albinus dum è Tingitana prouincia Cæsariensem Mauritaniam petit, appulsus litori trucidatur. Porro diuersa ratione hic Mauritaniæ & Numidiæ loca censerit Straboni, Plinio, Pomponio, exactius paulo iudicantibus uidere non est difficile. Nam Numidiā ab Ampsaga Plinius in ortum uersus orditur. Mela ad eundem terminat. Post Molochat amnem, quem pleriq; omnes Mulucham esse uolunt, Strabo Mafesyliorū regionem facit, Mela Numidarum: At diuersa tantum nomina lectorem minime offendant: Namq; est notum, quā sint incerti regionum limites, cum interim plage situs incertus non est. Et testatur lib. 12. Strabo, Imperatoribus Romanis propè arbitrarium fuisse, post subactas regiones partiri eas, ac distribuere asolitibus, terminis præscriptis pro libidine, eo modo alijs alijsq; uictoribus subinde terminos uariātibus.

c Elephantino tergo execto. Hæc res cum à loco ubi plurimi sunt Elephantēs, tum à tergoris natura fidem accipit. Plinius. 10. cap. lib. 8. Elephantis tergus durissimum esse ait, ut præmuniendæ parmæ utile esse indubium sit. Multi exertum, id est expansum super parmam legunt, sed male: nam exectum rectius dictum, quod dorsum maxime in tota pelle duritie sit insignis. Id exectum & Antæi parmæ obduclum intelligamus.

Elephantis tergus.

d Abylam. Plinius. 3. lib. Proximi aut faucibus utrinq; impositi montes coërcent claustra, Abyla Africa, Europa Calpe. laborum Herculis metæ, quam ob causam indigenæ columnas eius Dei uocant: creduntq; perfossas, exclusa ante admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem. Diodorus quinto libro, fretum eum tam angustum reliquisse scribit, ne grandia cete intrarent. Strabo tertio libro, Calpen montem esse ait circuitu quidem non magnum admodum, altitudine autem ingentem & arrectum, ut longinquis insula formam præferat: ad cuius radices oppidum eiusdem nominis haud ignobile iaceat. Nō desuerūt, qui Herculis columnas eas intellexerint, quæ ex ære fusa cubitorum octo in Herculis templo steterunt, sumptu templi structi ipsis inscripto insignes, ut Strabo libro tertio scribit, quo in loco de columnis plura. Abyla, quæ & Abylix dicitur Strabo cum alijs feris multis, tum Elephantis & Simijs maxime est frequens. e Oceanum. admissum. Quod naturæ uarietate contingit, prisca fabulositas tribuit Herculi. Mare autem nostrum ubi hodie est, aliquando non fuisse, cum historiæ fide, tum uirorum in Physicis insignium testimonio, à uero neuti quam abhorret. Nam & Aristoteles lib. Meteor. secundo, in terræ mariumq; situ, & circa partes uariatione, perpetuam esse uicissitudinem ostendit:

Mare terras adimit & restituit.

ut quæ prius arenata, nudaq; fuerint, iam nunc aquis obruta delitescant: rursus uero pleraq; hodie terras ex-
tate, quæ olim undis pressæ fuerint. Hanc quidem elementa naturæ obseruant seriem, & has habent uicissitudi-
nis periodos. Quæ admodum enim ex cœli influxu, & diuinis quibusdam naturæ legibus, plantæ & animalia
statam suæ durationis rationem habent, ut adulescant uidelicet, ut iuuenta floreant, ut senecta tabescant: ita pa-
ri causa uirtutem partes terre accipiunt differentem, & inde locū habent suæ mansionis incertum: ut ubi nūc
undæ ad crescunt, relictae olim sint
nuda terra: & ubi hodie nuda ea
est, ibi aliquādo undæ sint futurae. Hu-
iusmodi autē mutationes, quæ nobis
uel maxime uideri possunt, ad elemē-
torum magnitudinē, & terræ globū
relata, propē nullā habent proporti-
onem. Quo uero minus hæc obseruā-
tur, hominum caduca mortalitas faci-
cit, & antiquarum memoriarum non
satis monumentis defensis interitus:
nam & hæc, esto quandoque facta sit,
remota tamen antiquitas, longa in-
terueniente obliuione, delere solet.
Aristotelicæ sententiæ Pontanus acce-
dit, cuius hi sunt ex Meteoris uersus:
Mutantur in eum Singula, & incoe-
ptum alternat natura tenorē. Quodq; dies antiqua tulit, hoc auferet ipsa. Hoc mare, quod nunc ingenti duo lit-
tora tractu, Europam, Libyamq; secat (non fabula) quondam Tellus una fuit, medio stetit æquore Taurus, insu-
dans sulco, atq; attrito uomere fessus. Nunc mersa tellure natat uento acta carina. Hactenus Pontanus. Diuis
Ambrosius pro sua pietate, rectius autumat diuino mandato intra suos limites undas oceani contineri: terminē
enim illis statutum ait, quem præterire nō poterunt. Vnde secundo cap. 1. Hexamēro existimat Arabici sinus
fluctus nunquam descensuros in Aegyptium pelagus: & cassum fuisse Sesostris, & Darij ueterumq; quorūdā
metum, obrutum iri Aegyptum undis existimantium, si Dioryges ex rubri maris sinu Arabico paulo altiores
in Nili alueum duxissent. a Ignobilis. Nam Plinio authore bellis attenuata est, & ad paucas familias re-
ducta. Celebrem quondam eorum nomen, & latam regionem fuisse Strabo ait. b Parua flumina. Tria
nauigiorum capacia, quæ in nostrum mare descendunt, Plinius nominat, haud minora ab occidentu latere in Atlā-
ticum exeunt: sed parua esse nihil prohibet, cū tenues piscinæ naues tolerant. c Solo quā uiris melior.
Tingitana enim admodum fertilis est, eoq; maxime latere, quo in Atlanticum inclināt, ob radiorū Solis forte ex
undis ad proximum litus reuerberationem: nam maritima uinetis ob id commodissima esse notum est, hinc quo-
que in Tingitana & lebris ampelusia. Peculiaris autem cauillus est, Terras feraces, homines gignere desides, mē-
nimeq; omnium utiles ad militiam. Sicut in Arabia Eudæmone molles esse incolas ex rerum abundantia Strab.
scribit. Qui libro ultimo Mauros dentium unguiumq;, & capillorum studio deditos esse ad magno molliciei æ-
gumento. d Montes. Hi in Abylam imminent Plinio. Martianus libro sexto: Nec plurimū distant, inquit,
septem montes, qui paritate cacuminis fratres sunt appellati, elephantorū pleni. Meminit & Strabo, & So-
linus. e Rusigada. rectius per .c. Rusicada scribitur: nam & Plinius Rusicaden nominat, in Numidia, forte
tassis ab hac aliam, quam infra quæq; Mela ponit. Porro in Africa cognomines frequenter ciuitates fuisse nemo
ignorat. f Siga. Hec Syphacis eius, qui captus in fine secundi belli Punici, mortuusq; publico funere Ro-
me elatus est, regia fuit, authore Plinio, Strabone, cæteris. Plinius eam Cesariensis prouinciæ primam facit, Me-
la Mauritaniæ ultimam, apertissimo iudicio, eum tractum litoris, quæ Cesariensi prouinciæ multi tribuunt, Me-
lam Numidiæ tribuisse, qui Mulucha Mauritaniā claudit. g Portus, cui Magno est cognomē. Plinius quo-
to libro portus, inquit, Magnus ē spacio appellatus. h Mulucha ille quæ diximus. Plinius amnis, inquit,
Mulucha, Bocchi Mafesylorumq; finis. Strabo libro ultimo: Post Mauritaniam, inquit, est Mafesylorum regio,
à Molochar flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens &c. ubi indicat trans flumen in ortum Mafesyli-
os esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnorum terminum fuisse, Bocchi quidem orientalem,
Iugurthæ uero occidentum, diuerso respectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romani imperij ab ortu, & se-
ptentrione terminus fuit, rhenus uero Germanorum ab occasu, & meridie limes: ut quod mihi in certū prospē-

ad quæ nunc inundat, admissum. Hinc iam mare la-
tius funditur: summotasq; uastius terras magno im-
petu efficit. Cæterum regio ^a ignobilis, & uix quic-
quam illustre sortita, paruis oppidis habitatur, ^b par-
ua flumina emittit., ^c solo quā uiris melior, & se-
gnicie gentis obscura. Ex iis tamen, quæ cōmemora-
re nō piget, ^d mōtes sunt alti, qui cōtinenter, & qua-
si de industria in ordinem expositi, ob numerum se-
ptem, ob similitudinem fratres uocantur. Tam ua-
da fluuius, & ^e Rusicada, & ^f Siga parua urbes, &
^g portus, cui Magno est cognomen ob spacium.
^h Mulucha ille quem diximus, amnis est ingentium
olim regnorum terminus Bocchi, Iugurthæq;.

cienti dextrum est, id tibi in occasum uerso sinistrū fit. Sic Rubiconē ueteris Italiae olim, & Togatae Galliae terminum fuisse intelligimus. Vnde in Iugurthino Sallustius: Haud longe, inquit, à flumine Mulucha, quod Iugurthae, Bocchiq; regnum disiungebat. Et alibi apud eundē Bocchus inquit: Ego flumen Mulucham, quod inter me, & Micypsam fuit, non egrediar, neq; id Iugurtham intrare sinam. Patet uero ex Plinio, Caesariensis partem ci-

NVMIDIA.

Adeo Numidia ad ripas exposita fluminis^b Ampsagae, spacio quidem, quam Mauritania^c angustior est. Verum & culta magis, & ditior. Vrbiū quas habet, maxime sunt^e Cirta procul mari, nunc^f Sittianorum colonia, quondam regum domus, Iubae, & Syphacis, cum foret opulentissima: Sol aliquando ignobilis, nunc quia Iubae regia fuit, & qd^d Caesarea

longe enim postea Caligula, ut dixi, seuitia in duas illa prouincias diuisa est. Dignum autē scitu, quod Plinius scribit capite primo libri quinti: Iubae Ptolemæi patrem primū omniū utriusque Mauritaniae imperasse. Sanē Boccho Iuba successit, Iubae uero Strabonis temporibus Ptolemæus ex Antonij, & Cleopatrae filia superioris Iubae cōiuge genitus, authore Strab. Apud Soli, ergo Ptolemæi filius falso legitur pro Ptolemæi pater. Reliqua de Mauritania libro. 3. referemus.

Locus Solini.

NVMIDIA.

Numidia. Appianus in historiae suae prooemio, Carthaginensibus, inquit, superiores sunt Nomades, quos Romani Numidas appellant, & regionem Numidiam. Hinc libro quinto Plinius, Numidae uero Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes. Vagabundis enim populationibus, ut in Sarmatia Hamaxobitae, errantes, & rei pecuariae dediti, nomen hoc indepti sunt à Graecis: quibus νομαίος pasco significat. Vnde & à pari uitatione Scythicis gentibus id quoque nomen frequens est. De Numidis libro tertio Silius: Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arua Mos, atque errantes circumuectare penates. Et Rufus ex Dionysio: Certi laris inscia gens est, Nūc in dumosas crumpunt deniq; rupes, Nūc quatunt campos, nunc syluas inter oberrant. Quod totum referendum ad illos existimo, qui longius à mari habitant: nam maritima Mauritaniae cultiora, uberioraq; sunt, quod ipsū Ptole. quoq; tab. Africae prima indicat. Dignum est memoratu, quod Liuius scribit libro quarto. 3. Decados: Numidarum gentem ad pedestria bella rudem esse, equis tantum habitē.

Nomades.

^b Ampsagae. Plinius ab Ampsaga orditur Numidiam, & Metagonitū à promontorio Metagonio nominat, ad quod Ptolemæus, & Mela Africae minoris initium statuūt, magna diuersitate. Sed ut dixi, Caesariensi prouinciae Ptolemæus, & Plinius eum tractum tribuunt, quem Numidiae Pomponius adscribit: cum apud omnes interim insitus ratione conueniat: nisi quod Cirta illam celebrem supra Ampsagam in ortum Solis Plinius ponit: Mela uero citra in occasum. Non autem sum nescius trans Ampsagam nouam Numidiam Ptolemæo nominari, & in ea Cirta uillam. De Ampsaga fluuiio illic clarissimo nemo nescit. ^c Angustior. Increfcenti enim à faucibus Gaditanis pelago litora cadunt. ^d Ditior. Strabo quoque libro ultimo terram, quae Carthaginem, & Masesylios attingeret, florentiorem, & melius compositam fuisse scribit, uerum Punicis bellis, & Iugurthae motibus, insignibus oppidis dirutis, collabescit. ^e Cirta. Haec ex Sallustio nota est. Strabo libro ultimo, minutissimam fuisse ait, & optime structam Micypsa maxime opera, qui Graecos in eam habitatū deduxit, & tantam effecit, ut decem equitum millia, & peditum uiginti emitteret. ^f Sittianorum. In mediterraneo. Plinius inquit colonia Cirta Sittianorum cognomine. Strabō Sanasi, & successorū regiam esse asserit. Fuit aliquando haec mea sententia, ut Saitanorum, non Sittianorum legendum esse contenderem: Herodotomus, qui libro secundo praefecturam in Aegypto Saitanam, & Saitanos reges potentissimos facit, ut inde Coloniā ductam esse diuinauerim. Sed ut minus quicquam asseram, Plinij facit authoritas. Non me praeterit, esse quosdam, qui per Sittici coloniam apud Ptolemæum libro quarto Cirta intelligāt, & Sitticos Ptolemæo illos esse, quos Sittianos Pomponius, & Plinius nominet. ^g Iol. Colonia Caesarea, ante uocata Iol, Iubae regia, à diuo Claudio coloniae iure donata eiusdem iusu deductis ueteranis. Plinius libro quinto, Strabo clarius libro ultimo, in hac ora ciuitatem fuisse nomine Iol, quam cum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine Caesariam uocauit. Caesarea dicta est igitur, non ob Claudium, cuius iusu Colonia facta est, sed in gratiam Augusti magis, cuius liberalitate, cum post uictum patrem Iubā, Romae in triumpho ductus esset, miro in eo adpa-

Cirta

Saitani.

Iol.

rente ingenio, restitutus est in regnum. Solinus scribit eam Bocchi prius regiam, post Iuba populi Romani indulgentia donatam. Hic est Iuba, cuius historia de rebus Libycis alijsq; aliquando extitit, Plinio frequenter citata. a Citra. uersus occasum. Nā inter maximas eam positurus, oppida citeriora interim præterijt, nūc ut minus nota enumerat. b Cartēna. Nota illa sunt ex Plinio, & Strabone oppida, & Ptolemæus indicat. Quamquam Ampsæ, Laturi sinus, & Anci amnis, quod equidem sciam, unice inter hos Pomponius meminit: nec mirū. Nam ut nemo unus omnia amplectitur, in illa præsertim locorū multitudine, ita nec omnes quidē eadem referunt, & obscura satis hæc oppida esse Pomponius testatur. Libet autē hoc loco rursum monere studiosos lectores, ut tabulas frequenti in usu habeant: & si quæ à Ptolemæo signata loca non sint, eo modo inserta locent, quo in Catechesi demonstrauimus. Illud Solini de Icosio non omiserim: Hercule illac trāseunte uiginti, qui à comitatu eius descuerant, locum delegisse, moerā iecisse, ac ne quis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de numero condentium urbi nomen datum: nam ἐξ ἑκοστί uiginti significat. c Interius. Terras mutari accessu recessu ue maris

Terra mutata
sua.

perpetuo, ex Aristotele & Pontano docuimus. Quin & Plinius secundo libro, Ambraciae portu accidisse scribit, ut mare decem millium passuum intervallo inde recesserit, in Pyreo uero Atheniensium quinque millium passuum, & Ephesi quondam eadem Dianæ alluit mare quoque, Herodoto auctore, supra Memphim fluxit ad usque Aethiopum montana. Ouidius libro decimo quinto: Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima terra, esse fretum, uidi factas ex æquore terras, Et procul à pelago conchæ iacuerunt marinæ, Et uetus inuenta est in montibus anchora summis. &c. Accedit prioribus libro ultimo Strabo, qui illam terræ portionem, quam inhabitandam animantibus ipsiq; in primis homini, extare natura uoluit, non semper eandem manere ait. Minime igitur, inquit, mirandum est, si quas terræ partes, quæ nunc habitantur, olim mare occupabat: & quæ nunc pelagus sunt, prius habitabantur. Nam quemadmodum de fontibus, alios desinere contingit, alios autem relaxari, flumina item & lacus, sic montes & campos par est inuicem commutari. hæc ille. Qui primo libro quoque Stratonem & Xanthū uetustissimos Physicos, tum & Eratosthenē ascriuisse non obscure indicat, multis in locis Asiæ longe à mari lapidibus inherentes conchulas, pectines, & testarum formas uisas. In Libya uero circa Hammōnis templum duobus tribusq; stadiorum milibus à mari frequentibus in locis concharum, ostreorum, cheradumq; id est cœni fractis ostreorum testulis mixti,

magnam multitudinem cerni. In litore enim id templum olim stetit, & libro ul-

timo idem auctor scribit. Quæ me hercule faciunt, ut fidem capere debeant, quæ hic de interioribus Numidiæ locis scripsit Pomponius.

AFRICA MINOR

AFRICA MINOR.



Egio quæ sequitur. Zeugitanam Plinius nominat, quæ proprie Africa uocetur: & Solinus, à Zeugitano, inquit, pede omnis Africa incipit, ut à loco nomen ortum uideatur. A Tusca fluuio Plinius eam, Pomponius ab Ampsaga orditur, quemadmodum & Ptolemæus: quanquam ipse quoque Plinius, nescio quomodo conueniens, capite quarto quinti libri ad hunc finem inquit:

AFRICA MINOR.



Egio quæ sequitur, à promontorio Metagonio ad aras Philenorum proprie nomen Africae usurpat. In ea sunt oppida Hippo regius, & Rusicade, & Tabraca. Deinde tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, uaste proiecta in altum duos grandes sinus efficiunt, Hipponensem uocant proximū ab Hipponē Diarrhyto, quod littori eius appositū est. In altero sunt castra Lælia, castra Cornelia, flumen & Bragda. Vtica & Carthago,

Africa à fluuio Ampsaga populos uiginti quinque habet, qui Romano parent imperio. & c. Hic tractus omnium, quos habet Libya frequentissimus celeberrimusque est agris, oppidis, populis, & magnæ olim Romanorum atque Carthaginensium uirtutis, monumentis uel maxime insignis. Metagonio. Cœcatura est, id esse, in quo collops magnus ponitur Ptolemæo libro 4. & tabula Africae secunda. Metagonium autem dictum, quod iuxta angulum sit, ab ortu nauigantibus. Inter hoc enim & Borion, quod parum ultra Philenorum aras est, iniqua frequenter, & in angulos flexa Africa

est, duobus tamē promontorijs præcipue extantibus, Mercurij scilicet ab occasu, & Phycute ab ortu, id quod & Solinus testatur, aliàs ad Cyrenaicam & Mauritanias admodum æqualis. inde Metagonitum, eam regionē quæ trans Ampsagam est, Plinius nominat. Solinus Africam scribit suo cingi angulo: quem illic facit uidelicet, ut Ptolemæus indicat. De Philenorum autem aris infra. Hippo regius. Hic Episcopatu insignis est diui Augustini, qui se alioqui Tagastanū fuisse, è Tagasta Africa oppido libro Confessionū secundo scripsit. Strabo libro ultimo utranque Hipponem regiam nominat, nisi codex utiatus est. Alterum autem Diarrhyton propter aquarū irrigua, Græcis dictum Plinius ait, quod palustri solo madet. Vtranque Silius uno uersu libro tertio redidit: Tum uaga, & antiquis dilectus regibus Hippo. uagam enim Diarrhytum nominat, quod palustri solo sita sit, quare terræ motibus frequentius infestatur. Nec perperam uagam dixit foemineo, cum sic æque ut masculino proferantur. Plinius cap. 4. sexti libri, utraque inquit Hippo. Melius tamen Vagam oppidum intelligimus, quando Vagensem illic ciuitatem Plinius quinto libro ponit. Diarrhytus memorabilis est Delphini mansuetudine, ex hominis manu cibū capiētis, cuius capite. 8. libri noni Plinius meminit, & aliubi simia eius Solinus, utraque Hipponem Græcos equites condidisse affirmans. Tabraca. Silius libro tertio Sabatrā nominat: Sabatrum Tyrium uulgus. & c. alijs Tabatra, quod minime mirum est. Barbara enim uocabula non modo inepta & aspera, sed etiam ineloquibilia, non semper eodem sono utraque lingua efferrī cōsueuerunt, ut Hermolaus scribit. Ut inde credamus illa esse eiusdem hersepe gentis adeo uaria apud scriptores nomina.

Duplex Hippo.

Silius.

Solini incuria.

Candidum. Solinus promontorio, inquit, Apollinis Sardinia controuerso, promontorio Mercurij procedente in frontem Sicilianam, proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promontorium Candidū dicitur. & c. Quo in loco Candidum post duo reliqua uersus ortum statuere uidetur: falso certe. Nam Plinio cum Melæ conuenit: post Metagoniū enim statim Candidum est. Hinc Apollinis Ptolemæo quoque, inter quæ Hipponensis est sinus: post, inter hoc & Mercurij, quem Hermeam Ptolemæus uocat, sinus alter Carthaginem ambiens. Castra Lælia. A Lælio haud dubie, qui Pub. Corn. Scipioni legatus, res in Africa tempore belli Punici secundum magnam nimitè gessit, ut inde Castra Lælia dictum esse locum propè Carthaginem uerisimile sit, sicut Cornelia aliubi à Pub. Cornelio Scipione Africano.

Bragada. Vticam præterlabens, ut scribit Strabo. Hic est Bragada, ad cuius ripam Atilius Regulus Imperator, bello Punico primo, ingentis magnitudinis serpentem machinis bellicis confecit, multa suorum militum clade: cuius postea corium Romam translatum. 120. pedum longitudinē habuisse, memorie proditum est, ut Polybius libro priori de bello punico primo scripsit, & libro. 4. Oro. Gellius item alijque, quos prætereo.

Serpēs ad Bragadam.

Vtica. Hæc secundum Carthaginem facile prima hoc litore habitata est: Nam Cartha. diruta, metropolis illa fuit, & receptaculum Romanorum ad res in Libya gerendas, authore Strabone libro ultimo. Carthago. De qua recte Sallustius ait satius esse silere, quam pauca dicere. Tanta

Carthago.

enim eius potentia fuit, ut auctore Polybio & Strabone, tota Africa cultiore potiretur. In Hispania vero ab Herculis columnis ad usque Pyreos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeo defecit, ut ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Masinisse qui ob uirtutem & amicitiam plurimum Romanis curae fuit, commissa à Po. Ro. Graeci eam Carchedonem nominarunt. Adrianus autem imperator Adrianopolim, & ridicule perditissimus Imperator Commodus, quem admodum scribit Lampridius, Alexandria Commodianam Togatam. Me-

minit eius urbis multis alicubi Iustinus, & in floridis Apuleius. a A Phoenicibus. Carthaginem, inquit in Libyco Appianus, in Libya Phoenices condidere, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem, conditores fuerunt Xorus & Carchedon. Sicut autem Romani & ipsi Carthaginenses existimant, Dido mulier è Tyro profecta, cuius uirum Pygmalion urbis Tyrannus clam interemisset, somnio monita, collectis ijs quibus Pygmalionis seuitia inuisa fuerat, pecunijsque in

unum congestis in Libyam enauigauit: & eo loci ubi nunc Carthago sita est, consedit. haec ille. Hinc Carthaginenses Cadmeos, & Sidonios Silius nominat, ut libro primo: gens Cadmea super regno certaminamouit. & alicubi: Sidonij fregere duces. &c. Vticam autem Catonis obitu memorabilem, ut antiquiorem idem commendat libro tertio: Prisca situ, ueteresque ante arces condita esse. Notissimus est Maronis de Carthagine locus. Situm eius Polybius libro primo primi belli punici descripsit. b Suo proprio, nam ex eo quod diruta est, sempiternum nomen habet. Magnae enim ciuitates, dum pereunt, calamitate non minus quam fortunae splendore memorabiles fiunt. c Colonia. Solinus scribit, Carthaginem à C. Graccho colonis Italicis datam, & Iunoniam appellatam. Demum (ait) in claritate secundae Carthaginis, interiectis centum & duobus annis. M. Antonio, & P. Dolobella Coss. enituit, alterum post urbem Romam terrarum decus. Strabo libro ultimo. instauratam fuisse à diuo Cesare ait, eo fere tempore quo idem & Corinthum colonis dedit. Ideoque C. Plinius libro quinto, Colonia, inquit, Carthago magna in uestigijs Carthaginis. d Aemula. quandoquidem stimulos dedit aemula uirtus. Nisi quis aemulam, id est insidiatricem accipere mauult. e Praesentium rerum, quas denuo obtinuit. Hinc libro sexto Martia. Carthaginem inclytam prius armis, nunc felicitate reuerendam ait. Supra Carth. tractus Byzantium in meridiem expanditur, quem Libophoenices Plinio & Ptolemaeo auctoribus habitant, adeo fertilis, ut cum centesima fruge agricolae foenus illic terra reddat. f Hadrumantum. De his oppidis nihil non notum: sed aduertendum tamen est duplicem Leptim esse, minorem, quae Sarrana cognominatur à Sarranis Phoeniciae. Silius libro tertio: Sabatra tum Tyrii uulgus, Sarranaque Leptis. Sallustius

Leptis.

due sunt Syrtes inter quas Leptis, unde Leptitani. Altera trans Syrtim minorem sita iuxta Oeam oppidum, Magnae cognomen habet, illam Neapolim dici existimant. Nisi quis Sarranae cognomentum etiam Magnae esse credere uelit. Sed aliam in eo litore eius nomine Ptole. & Mela locant, cognominè illi, quae trans minorem Syrtim est ad Cyniphem amnem Plinio. Illud non praeterierim, Adrotonum & Taphram trans Syrtim minorem in ortum, à Plin. & Ptol. poni contra Melam, qui in minorem inclinare ait. De Clupea, quae & Clypea dicitur, Plinius quoque & libro tertio Ptolemaeus. Hermolaus Clypeam & Aspidem idem oppidum Graecis esse alicubi adnotat: cui & Solinus accedit, & Silius uersus suffragatur libro tertio: In Clypei speciem curuatis turribus Aspis. Ptolemaeus diuersa oppida facit, & aliam quoque ad Syrtim maiorem Aspidam statuit. g Syrti. Plinius libro quinto eam centum mill. pass. aditu. 300. autem millia passuum ambitu patescere scribit, conformiter cum Pomponio. h Qua mare accipit. Hoc est secundum id spatium accipiendum, quo mare ab extimo litore in interiorè angulum admittit. i Atrox. Hinc Sil. 2. Infidæ littora Syrtis appellat ob incertam praenauigantium salutem. & libro quinto: Infidæque littora nautis. Itè tertio libro: Nos tulit ad superos perfundens Sydera Syrtis. Sallustius in Iugurthino, duo, inquit, sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamè natura, quarum proxima terris perlata sunt, ceterum uti fors tulit alta, alia tempestate uadosa: nam ubi mare magnum esse, & seuire uentis cepit, limum arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt, ita facies locorum cum uentis simul mutatur. Plinius. 100. capite secundi libri, estum Syrtium caelo magis quam tempesta-

ambae inclytæ, ambæ à Phoenicibus conditæ. Illa fato Catonis insignis: hæc suo, nunc populi Romani colonia, olim imperii eius pertinax aemula: iam quidem iterum opulenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum, quam opere praesentium clarior. f Hadrumantum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphra, Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent, ut inter ignobilissima celeberrima. g Syrti sinus est centum fere millia passuum, h qua mare accipit patens, trecenta quae cingitur. Verum importuosus atque atrox, & ob

tibus tribuens, diuersimode sentire eas, ob disparem syderum exortum putat: quod an ita sit, alius opere fuerit querere. Polybius lib. primi Punici belli secundo, C. Seruilius, & Gn. Sempronium iuxta Meningen Lotophagorum insulam, classe in uado hæsisse scribit, magno periculo, propterea quod eam maris refluxus in arido destituisset, mox ab unda redeunte sublatam, eoq; modo periculum euasisse Sempronium. Melæ cum Plinio & Polybio conuenit. à Plinio ipse quoque Solinus est, qui Syrtes inaccesas uadosum, & reciprocum mare effi-

uadorum frequentiu breuia, magisq; etiã ob alternos motus pelagi affluentis, & refluētis infestus. Super hūc ingēs palus amnē^d Tritona recipit, ipsa Tritonis, unde & Mineruæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ibi genitæ, faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. Ultra est^b Oea oppidū, &^c Cyniphs fluuius per uberrima arua decidēs. Tum Leptis altera, & Syrtis, nomine atque^d ingenio par priori, cæterum^e altero ferè spa-

cere ait: cuius salis defectus, uel incrementa haud promptum sit deprehendere. Ita incertis motibus nūc in breuiā residit dorsuosa, nunc astibus inundatur inquietis. &c. Quibus significat, mare tam augmento, & decremento periculum afferre, quàm arenarum cumulis, quibus est uis uentis maris re ipsa fit, ut uadosus locus fiat, & prius altus erat. Hinc Maro: In breuiā & Syrtes urget miserabile uisu, illiditq; uadis. &c. Hinc à συρτάω, qd' traho significat, dictas uolunt. Rufus ex Dionysio: Late trahit æquora

Syrtis, infidumq; rati pelagus furit. Perquam digna scitu de Syrtibus scribit lib. ultimo Strabo. De iisdem doctissime libro nono Lucanus. a Tritona. amnis & lacus Plinius meminit quarto capite quinti libri. Herodotus quarto libro in palude insulam esse ait, ubi uestigia sunt euidentia, Iasonem aliquando in his locis fuisse: Amnis ipse in Syrtim mingrem egreditur Ptolemæo. Alij alijs in locis paludem hanc statuerunt, ut belle Plinius obseruauit. Ad illam primum apparuisse Palladem uetus as credidit, atq; inde Tritonia dicta autore ante alios Festo. Palus autem Callimacho Pallantias postea, ut Plinius refert. Silius libro nono: Et pallas Libycis Tritonidis edita lymphis. Idem tertio libro: Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis, Qua uirgo (ut fama est) bellatrix incluta lymphæ, inuento primam Libyen perfudit oliuo. Quanquam sint qui Tritoniã à capite dictã existiment, quod è Iouis nata sit uertice. Τριτώ enim Bœoti caput uocant. Sed id quoq; fabulosum. Melæ Luca. accinit libro nono his uersibus: Hanc & Pallas amat, patrio quod uertice nata, Terrarum primam Libyen (nã proxima celo est, quod probat ipse calor) tetigit: stagniq; heta Vultus uidit aqua, posuitq; in margine plãtas Et se dilecta Tritonida dixit ab unda. b Oea. Hæc una est ex tribus, quæ à numero tripolim illã Africanã

Pallas Tritonia.

fecerūt, Solinus Achei inquit tripolim lingua sua signant, de trium urbium numero. Oea, Taphræ. Leptis magna &c. sic enim legendum est. Quidam abrotonum adnumerarunt, cõtra ueterū exemplarium fidem. De Oea Ptolemæus, & Silius tertio libro: Oeãq; Trinacrios Afris permixta colonos. Taphram iuxta Leptim Plinius locat, & Ptolemæus qui eam degenerate uocabulo Taphruram nominat lib. quarto, & tabula Africa secunda. Leptim magnam nemo ignorat. Ptolemæus libro quarto eam Neapolin dici existimat, sicut libro ultimo Strabo, & pariter Eustathius: uerum aliam omnino illic à Lepti Neapolin Plinius facit: cuius libro quinto hæc uerba sunt: Oppida Neapoīs, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, quæ cognominatur magna. &c. De hac Lucanus libro nono: Nam quicquid puluere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes. &c. Quo in loco Berenicidem Cyrenaicæ excursus nominauit, à Berenice illarum una, quæ Pætapolim illic faciunt, in Bori promontorio sita Ptolemæo: ad quam Lethon amnis inferna, ut putant, inundatione prorūpens, de quo Plinius, Solinus, Strabo, & libro nono Lucanus. Distat autem à Berenice Leptis magna, Syrti intermedia. 185. millibus passuum Plinio in hæc diuertisse, obsecro, molestia ne sit. c Cyniphs. Per Macas fuit, authore Hero doto libro quarto, circa eū ager pasuus & pecoris abundans. Vnde tertio Georgicorum Virg. Cyniphij tonnent hirci. Et Cyniphij ipsa gens. Silius libro quinto: Cyniphicq; globos dubitarem irrumpere turmæ. & libro tertio: Tū primum castris Phœnicum tendere ritu Cyniphij didicere Macæ, squalentia barba, Ora uiris humerosq; tegunt uelamine capri Setigero, panda manus est armata. Cætera. d Ingenio. natura. e Altero spatio. hoc est dimidio spatij prioris Syrtis, qua mare intronmittit, & qua ambitur, amplior. hic enī loquendi modus Melæ peculiaris est: ut si minoris Syrtis spatium, & aditus, & ambitus, in æqualia diuiseris, maiorem Syrtim exuere hanc altero spatio, hoc est altera parte spatij, utriusq; mensuræ, minoris Syrtis intelligas. Plinius capite quarto quinti libri: Syrtis, inquit, maior circuitu centum uiginti quinque millium passuum, aditu autem tercenta tredecim millia habet. Vbi excessus quidem est, sed non altero spatio. Strabo libro ultimo longe à Plinio in spatij

Locus Solini.

Cyniphs.

Syrtium magnitudo.

mēsurā est aliis: dabiū an scriptorū uaria sententia, an potius incuria librorū adeo diuersa numerorū ratio, non hoc tantū loco, subsultet? Straboni tamē cū Plinio conuenit, minoris Syrtis aditū minus pandi, ambitū tra-
ctiorem esse, quā in Syrti maiori. Aditus enī Syrtis minoris .600. stadiorū est, ambitus .1700. E regione uero
Syrtis maioris aditus .1600. stadiorū, ambitus .930. stadiorū tantū: Straboni pari modo, & Plinio diuersa mē-
suræ ratio est. Ceterū quo magis Melæ accedam, Ptolemæus facit, qui Syrtim alterā oibus modis maiorem esse
scribit. a Borion. Plin. Promō-

torium, qd' maiorem includit Borion
appellatur. & c. Sitū est in acie late-
ris oriētalis, ubi Syrtim maiore finit,
ut lib. 4. Ptolemæus ait, nomē ab aq-
lone id litus infestante datū est. Soli
Borion, inquit, promōtorū, qd' aqui-
lone ceditur, Græci aducnæ sic uoca-
uerunt. b Lotophagi. Plinius

Lotophagi.

quinto libro Lotophagorū orā citra
Boriō in intimo sinu Syrtis maioris
statuit. Ptole. inter duas Syrtis ortū
uersus ad Cyniphē fluuiū Herod. 4.
libro ad minore Syrtim ferē, & Sins-
danes illos, quorum uxores adeo se
Venere iactāt, locat. Horū nulli cum
Melæ conuenit, trans Borion orā eos

rum statuentis. Strabo certe libro ultimo, ad minore Syrtim, & insulam eius insignem, cui nomen est Meninx,
Lotophagos habitasse, argumentum esse ait monimenta quædam, & Vlyssis aram, & Loton arborem suaussimam
fructus, a quo his nomen datum est, in ea copiosam, Quam Plinius quoq; ab Eratosthene Lotophagiten di-
ctam esse ait. Illius sententiæ Silius illo uersiculo suffragatur libro tertio: Neritia Meninge satus & c. ubi de Co-
aspe Afro, Neritiam insulam cognominat, ob Vlyssis in ea memoriam, qui Ithacam patriam habuit, in qua mons
Neritos nemorosus, & altus Homero ponitur lib. odissæ nono. Hospitalissimos, & appulsis mites fuisse con-
stat, atq; inde tanta eorum laus. Nam, ut Strabo ex Eratosthene retulit, in his litoribus communis Barbarorū
mos est hospites pellendi. De his Silius libro tertio: Spectati castris, quos succo nobilis arbor, Et dulci pascit
Lotos nimis hospita bacca. Nimis hospitam dixit, quod uescentes adeo eius dulcedine capiuntur, ut terram nō
nisi inuiti deserant. Hinc illa odyss. libro nono Homeri de socijs Vlyssis fabula. De Loto arbore Plinius lib. 13.
per multis meminit. c Phycunta. Plinius quinto libro: Promontorium, inquit, Phycus per Creticum ma-
re excurrit distans. 370. mill. passuum à Tenaro Laconie promontorio. Ptol. Phycis, inquit, promontoriū, &
castellum de genere puto uocabulo. Nam Phycus phycuntis, ut Cerasus cerasuntis inflexio est: nomen à procel-
lis, & spumo aestuantis pelagi sortitū. Græci φυκόνειον φυκόνειον estu locum nominant. Illic terræ in pelagus
imminentes aquilonibus admodum obnoxie sunt. Ea de re bene Pomp. importuoso id promontorium litore per-
tinax esse ait. Quin & Strabo: Phycuntem præter reliquam Libyæ gram in aquilonem expositum esse scribit
libro ultimo. Solinus quoq; Cyrenas à fronte sæuam, & importuosum mare habere asserit. d Aræ ipsæ.
Historiam explicat pari elegancia Valerius in quinto libro de his, qui in patriam pij fuerunt. & in belli Iugur-
thini historia Sallustius. e Conditione. Nam cum utrinq; attriti essent, ueriti ne uictos, & uincentes alie-
nus hostis opportune inuaderet, per inducias sponsonem faciunt, ut certo die legati domo proficiscerentur, &
quo in loco inter se obuij fuissent, ibi communis utriusq; populi finis haberetur. Sallustius. f Quod conue-
nerat. Concordi pacto stabat, & decretum erat. g Non manebatur. Cyrenæi enim pactum rescindendū
existimabāt, quod dolo rē agi intellexissent, ut Val. indicat. At Sal. incertū sibi esse scribit dolo ne, an iusta causa
cōtigerit, ut priores fuerint Carthaginenses. Melæ cū Val. cōuenit. h Pacti. Cyrenenses qui se dolo præuer-
sos suspicabantur. i Citra. Longe enim ultra destinatos Cyrenensibus limites excesserant. k Po-
pularibus. Hoc est utriusq; ciuitatis plebeis, & conciuibus. Quod si Carthaginenses admisissent, perennis de
terminis etiamnum lis fuisset. Viu ergo sepulti sunt, & se, uitamq; suam reipublicæ cōdonauerunt, ut totus Car-
thaginensibus ager ab apprehenso incursu limite cederet. Vnde eo in loco Aræ fratribus à Carthaginensibus cō-
secrata, & priuati honores domi instituti. Apud aras autē Africæ sinem Ptolemæus, Strabo, alij faciunt. Eum
quoque locum Aegyptum uersus finem imperij Carthaginenses habuerunt, auctore Sallustio.

CYRENAICA

CYRENAICA.



RAm regionem quam Cyrenaica Plinius, Strabo, Pomponius, Solinus, alijq; tribuunt, Ptolemaeus in Pentapolitanam & Marmaricam partitus est. Nihil hic quidem esset diuersus iam dictis, qui Pentapolim & Marmaridas in Cyrenaica locant, si Marmaricam à Cyrenaica nõ separasset. Ager illic fertilis: uiri q; habitant, idonei rebus magnis, & percelebris fame olim.

CYRENAICA.



INde ad ^a Catabathmon Cyrenaica p^rouincia est, in eaq; sunt ^b Hãmonis oraculum fidei inclytã, & fons, quem Solis appellant, & ^c rupes quãdã Austro sacra. Hęc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenasq; quasi maria

Mare iportuosum, & rare stationis, ut Strabo scribit: qui alibi Ptolemaeos reges, q; Cyrenaicã tenuere, adeo quondam polluisse ait, ut eam ab Aegypto, Cyproq; separarint. Romanos autem, qui postea successerunt, prouinciam Aegyptum iudicãtes, in iisdem eã finibus seruasse. Herodotus libro quarto Cyrenaica tris plagas tribuit, dignas admiratione, quod in prima quæ maritima est, maturi fructus pri-

mum metuntur, uindemianturq;. Loca enim maritima maturos fructus citius alijs ædere solere, iam notum est ex Physicis, ob radiorum uidelicet multimodam reflexionem. Secunda plaga, quæ in colles uergit, fructus sequenti tempore mature exhibet. Tertia autem quæ in montana inclinat, postremam sibi messem uendicat: quod tardissime illic terræ concedit a maturescant. Hoc autem modo fit, ut ad menses octo recentium frugum apud illos copia existat. Quod argumentum fuerit haudquaquam leue, eius sententiæ, quam Astronomiæ periti prodiderunt, quatuor anni tempora, quæ quinto capite quarti Hexaëmeron Ambrosius elegãtissime describit, quouis anni tempore simul quidẽ esse, ceterum nulli loco simul, sed alternis uicibus obtingere. ^a Catabathmon. Sallustius in Iugurth. Aegyptum à Catabathmo secerni scribit. Plinius quinto capite libri quinti, oppidum illic eius nominis, & uallem repente contexam nominat, unde uocabulo est origo. Grecis κατὰ βῆμον, descensus est, quæ alio nomine κατὰ βῆμον ὄρη nominant. Catabathmon autem, non Catabathmon legendum Hermolaus eleganter, ut solet, & indubie uere in Plinianis annotamentis docuit: namq; est in Aegyptum id latus deuexum. Quare uere Herodotus editissimam Africæ maritimæ regionem Cyrenaicam esse libro quarto scripsit in fine. Rursum Iosephus libro belli Iudaici. 2. Alexandria finitimam Aegyptum profundam appellauit. ^b Hammonis oraculum. Supra Cyrenem in meridiem loca sunt, frequenter habitata quidem, & abunde fertilia, Verum uastis solitudinibus undiq; secreta. Regiones huiusmodi Abases ab Aegyptijs uocari Strabo ait libro ultimo. Inter has Hammonia est aliquot olim urbibus insignis: & delubro Iouis maxime, quod ab Aegyptio Danao positum fuisse Diodo. scribit, diuersum alicubi referente Lactantio Placido. Regio ipsa in latum longumq; stadia circiter quinquaginta patet: multis annibus, & potu salubribus aquis irrigatur: & arborum omnis generis, maxime quæ fructus gignant referta est. Aëris clem. etiam, qualis propemodum solet esse uerno tempore, habet: cumq; finitima omnia intolerandis aestibus caleant, locus hic solus temperie sua degentes ibi mirifice recreat. Ipsius Dei simulacrum ex smaragdīs alijsq; gemmis coagmentatum extitit, ab octoginta olim sacerdotibus aurea nauis, humeris circumlatum, magnas uirginum & matronarum Pædanas canentium comitate turba. Author lib. 17. Diodo. Scribunt plura admodum, inter historicos Herodotus libro quarto, Arrianus libro de uita rebusq; Alexand. tertio. Apud Strabonem multa sunt lectu haudquaquam indigna libro ultimo, qui suo tempore oraculum hoc omnino defecisse scribit. Ex poetis, Lucanus nono libro, Silius Italicus libro tertio: Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon, Fatidico pandit uenientia secula luco. ^c Rupes. Plinius, 47. capite secundi: Quin & in Cyrenaica, inquit, prouincia rupes quãdam Austro traditur sacra, quam profanum sit atrectari hominis manu, cõ festim Austro inuolente arenas. Sallustius author est, in his locis uento exorto, & arenã humo excitante, haud secus atq; in mari tempestate homines retineri solere. Hinc Solinus inter Syrtes quamuis in terra pergentibus, iter Syrtibus destinarı ait. Nam arenarum cumuli uento agitati faciem mutant: & quemadmodum in mari nunc aggere sublimia sunt, quæ prius ualle residebant, nunc alio in loco profunda uallibus, quæ prius excelsa erant: ita, ut procellæ, arenæ agitantur, Syrtimq; faciunt terrestrem, parıs cum illis æquoreis periculi: parum enim refert, undis ne an arena quis obruatur. In terris autem huiusce periculum flabra faciunt seuentium uentorum, in mari solæ terræ: nam si residerent, quæ illic uadosa sunt, nullæ essent Syrtes, & è medio pelago adnauigantes, citra offensam appellerent. Illud non præterierim, Cambysis exercitum in Aethiopia iuxta Prennam oppidum totum uento excitatis arenis obrutum, quod Strabo libro ultimo testatur. Herodotus quoq; libro quarto Pnylos

Cyrenaica.

Catabathmos.

Iupiter Hammon.

Rupes mirandæ naturæ.

Syrtes etiã in terra.

ueterem admodum Africa gentem, cum in Astrum profecti essent, cumulis arenarum opertos misere perijisse scribit. Miror autem Gellium lib. 16. hoc inter fabulosa aestimare potuisse, cum historica fide nihil dissimile Strabo prodiderit, & multis de locis C. Plin. author cum primis grauis, paria memoret: uelut lib. secundi. 47. capite de Dalmatia specu, in quem deiecto leui potere, quamuis tranquillo die, turbini similis emicet procella. Quod & apud nos in proximis alpihus Abbatiscellae (ita pagus Heluetiorum uocatur) ingenti, & altissime demisso specu fieri obseruauimus. Verum talium fortasse cau-

agens sic sauit, ut aquor fluctibus, ⁴ Fons media nocte feruet, mox & paulatim tepescens fit luce frigi-

tam uerisimile quod retulerit? Maiora alibi mirabilioraque extant. Quorum haud aliud causae possit asserere mortaliū quispiam, quam diffuse (ut Plin. uerbis utar) per omne naturae subinde aliter atque aliter numen erumpens. Ita in Heluetia, prope Lucernam ueterem, & per celebrem urbem, mons est praecipuus, quem ob fragosam asperitatem, & praecipitem altitudinem, etiamnum uernacula lingua Fractum cognominant, aliena lingua durante uestigio Fracmont. Infra cuius editissimum uerticem lacus est, Pilati cognomento, angustus admodum, & palus uerius quam lacus, in quem de industria iniecta maximas tempestates cecidit, & omnia undis opplere aiunt: quae uero casu incidant, nihil irritare eum tanquam plane humano sensu culpa carere, quod casu fit, intelligat. Caput res fidem, quod pacatum irritare ausos, mox fuisse capite plexos, ob illatam accolis calamitatem, oppidanis referunt. Ego anno superiore cum mense Augusto Lucernam uenissem lacus uisendi gratia, a doctissimo, & uere ingenio moribus praedito Ioanne Xyloceto Canonico Lucernate, humanissime exceptus, & in ipsum post redie montem ductus sum, comitatibus nos Osualdo Myconio, erudito, & pleno ingenio cadore homine, & Cor-

Lacus Lucernae
natus mirae naturae.

Ioannes Xylocetus.

Osualdus Myconius.

Conradus Grebelius.

Lacus Pilati.

rado Grebelio Tigurino Grebeliae meae fratre spectatissima indolis adolescente. Ac prima quidem luce oppidum egressi, in mediam ferè montis altitudinem, equis difficili sane, nec admodum trita uia uehebamur: mox equitandi amplius cum copia non esset, iumentis in proxima pascua dimissis, & conducto qui nos anteciret pastore, baculis nixi, reliquum altitudinis pedites arctissima semita, quaque non cuius iter fuerit, per ingentes hinc & inde rupium anfractus scandendo exuperauimus. Demumque non sine sudore ad paludis marginem peruentum est. Mors ipse, caetera ferè praecipuus, eo in loco pascuus est, & ingenti sese ambitu in speciem orbis inclinans ualle profunda residet, ipso in meditullio lacum sustinet, tenui tantum iunco uestitum, & horrida iuxta clausum sylvae: quodque solum aduenti religionem incutiat, alto undique silentio septum. Nullus in eum riuus influit, nullus exit, aqua nigricans, phlegethota, & plusquam palustris immota iacet: nec uenti facile torporem excierint. Austro enim & Zephyro reliqua montis pars altissime asurgens late obducitur, ab Euro & Aquilone loci profunditas, & quam dixi, densa sylvae tuetur. Mirum autem hybernis eum niuibus non crescere, nec rursus aestiuis contrahi caloribus, deside aqua perpetuo (ut ferunt) tenore suos sese intra limites continentis. Illud retulerim, nos in ascensu, a pastore illo qui ducebat, tantum non iuris iurandi sacramento adactos fuisse, nequid importunius tentaremus uiso lacu, aut nequid iniiceremus. Capitis ille sui aleam ludi aiebat, iterum iterumque modestiam, atque etiam silentium tanquam ad sacra perduceret, exoptulans. Qua re ut ueteri loci fame quicquam tribuerem, non parum, fateor, commotus fui. Quanquam fabulosum esse constat, quod de Pilato quidam somniant, cerni cum quotannis in lacu, uidelicet Iudicis habitu, nec annum supuiere posse, qui uiderit, magna uanitate. Haec enim mortalium leuitas est, ut locis naturae numine aliquo insignibus fabularum praestigias adnectant: & interim natura, nescio quomodo comparatum, ut non difficile credat, qui audiunt religionis uis quadam ad hoc ipsum nos alliciente, & in hanc etiam credulitatem rerum nouarum aduente cupiditate. Porro uerum sit nec ne, quod de memorato lacus ingenio constans accolarum fama circumfert, ne nunc quidem dixerim, cum experiri mihi non licuerit: ac ne si licuerit quidem, id facere sine magno discrimine potuissem. Sed pleraque tamen omnia ut recipiam, multorum experientia, & auctoritate deprehensa, confirmataque naturae miracula omnibus prope in partibus eius insignia monent: ut interim non referam, eum mihi loci Genium uisum esse, qui in loco praesertim tam edito, haud difficile natae de se fame respondere possit. Adeo enim excelsus mons est, ut a prima luce ad lacum uidentium, mox ad summum montis uerticem egressi, & citra moram longo descensu ad equos reuersi, occasum Sole cum noctis principio urbem ingressi fuerimus, duabus plurimum horis ad cibum medio in monte capiendum insumptis.

Fons Solis.

Fons Solis. Solis dictus, quod eius per cardines motu, calore & algore uariatur. Meminere Diodorus, Arrianus, & Herodotus ubi supra. Ouidi. lib. transformatorum. 15. Medio tua corniger Hammon, Vnda die gelida est, ortuque obituque calciscit. Herculans duos fontes huiusce ingenij illis in locis esse credidit, Plinij auctoritate motus, qui secundo lib. Iouis, inquit, Hammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet. Et paulo post, in Troglodytis, inquit, fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore atque amaritudine infestatur. Hoc Pomp. ad Hammonis fontem retulit. Ceterum ut ex Plinio

duos intelligamus propè necesse est. Solinus enim alterum fontem ad Debrim esse ait Garamantum oppidum, Duo Solis fontes ad Cyrenas quos Hammonis & Troglodytis proximos esse constat, alterum ad Hammonis templum locat. Silius tertio libro: Stat fano uicina, nouum & memorabile, lymphæ, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit, Quæq; riget, cam. medium cum Sol ascendit olympum, Atque eadem rursus nocturnis feruet in umbris. Lucretius libro sexto: Est apud Hammonis fanum fons luce diurna Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur. Cuius rationem reddit,

duos: tunc ut Sol surgit ita frigidior, subinde per meridiem maxime riget: sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atq; ut ille procedit, ita calidior: rursus cum est media, perferuet. In litore promontoria sunt^a Zephyrion, & Naustathmos, portus^b Parætonius. Vrbes, ^c Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arsinoe: atq; unde terris nomē est, ipsa^d Cyrene. Catabathmos uallis deuexa in Aegyptū, finit Africam. ^e Oræ sic habitantur, ad nostrum maxime ritū^f moratis cultoribus, nisi quod quidā^g linguis

quod multa ignis semina terra iuxta inclusa, noctu, stringente frigore conpingantur, fontemq; calefaciant, quæ die exorto per Solis lucem iterum terra calefacta in pristina latibula diffundant. Inde illa de eodem in Meteoris Ponta. retulit: Causa quidem uel certa subest, nam frigora noctis Intus alunt ignes, nocte & uapor aestuat intus, Vnde fluunt calidi noctis per tempora riuu: Luce autem cum Sol terras populatur, & ardens, Exhalat uis, tum uenæ recreantur hiantes, Vnde redit gelidus sua per uestigia tor-

rens. ^a Zephyrion. Strabo libro ultimo preclara esse loca Zephyrium & Naustathmon ait: illud à uenâ Zephyrium. to in quem prospicit, hoc à nauium statione nomen sortitum est. Græci ναυσάθμος uasale nominant. Titus Livius libro quartæ Decados. 7. Alterum Phocæ in Asia portum Naustathmon à re ipsa appellatum ait, quia ingentem uim nauium capiat. Est & aliud Zephyrium Plinio in extima Italia, à quo Locri iuxta habitantes Epizephyrij dicti sunt. ^b Parætonius. Hic ingens est & ad. 40. stadiorum amplitudinem expansus, Strabo Portus Parætonius. ne authore libro ultimo. Etymum uocabuli apud Hermolaum lege cap. 5. quinti libri Plinij. Ibidem oppidum eiusdem nominis est, ab alijs Hammonia dictum eidem Strabon. Lucanus Syrtis Parætonias uocat libro tertio: Vsq; Parætonias Eoa ad littora Syrtis. Silius libro tertio: Perq; Parætoniæ celebratum littora Syrtis. ^c Hesperia. Ideo ita dicta, quod iuxta eam in luco sacro Hesperidum horti fuisse crediti sunt, ut Plinius indicat: aliàs Berenice dicitur una potissimarum urbium Cyrenicæ pentapolis: Arsinoë aliquando Teuchira dicta Straboni & Ammiano: Ptolemais autem Barce, à qua Barcei, ut libro quarto Herodotus. ^d Cyrene. Hæc Cyrene. omnium clarissima est, & quæ regioni circumiacenti nomen daret uisa. Strabo libro ultimo à Theræis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti Theram insulam prius coluerint, hinc in cōtinente Cyrenem edificauerint. Idem octauo libro, ubi de Minyis, Eorum inquit nonnulli duce Thera Antefionis filio nauigantes, ad insulam inter Cyrenas Cretanicq; sitam peruenerunt. Eam prius Calliston, hoc est pulcherrimam, posterius autem Theram uocauere, authore Callimacho: ubi post Cyrenem Theram metropolin edificauerunt eiusdem cū insula nominis. Hactenus Strabo. Ex horum uero numero Battus quidā fuit, qui Cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenenses Silius nominauit libro tertio. Necnon Cyrene Peloponij stirpe nepotis Battiadas paruos, fidei stimulauit in arma. Idem secundo libro: Et iniquo Sole calentes Battiadas. & Battiades Callimachus dictus est paulo ante citatus à Strabone, Elegorum scriptor: qui primi belli Punici tempore apud Ptolemæum Alexandria regem clarus extitit, Gellio. Cyrenenses Theræos colonos Tibullus dixit ad Messalam: Nec fera Theræo tellus possessa colono. &c. Multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene. Cyrenem equorum nutricem esse, & optimos fructus ferre Strabo ait. hinc ex Dionysio Polemon: Necnon Cyrene clarorum mater equorum, Urbis Amyclæ Battus quam condidit olim. Hoc ipsum uero Dionysium à Pindaro mutuatum esse Raphaël adnotauit libro duodecimo. Ex Cyrene uiri clarissimi oriundi, quorum libro ultimo meminit Strabo. Solinus Cyrenem ab ipso Batto Olympiade quinta & quadragesima, rege Martio res Romanas tenente conditam esse scribit. At ultra Olympiaden quadragesimam non durasse Martium Eusebius in Chronicis indicat. Itaq; suspicor, in temporum supputatione erratum apud alterutrum, quod ad Cyrenas attinet, quarta Olympiade conditam à Batto alicubi Eusebius scribit Romulo & Remo iam adolescentibus: alicubi diuersim confirmat, ita tamen, ut nusquam sibi cum Solini supputatione conueniat. ^e Oræ. ut ab Herculeis columnis descriptæ sunt, secundum litora nostri maris. ^f Moratis cultoribus. Nam quo longius à litore illic absunt, eo magis inhumani & feri, adeo ut qui sunt intimi non moribus tantum, sed uoce etiam & ipsa effigie ab hominis natura recedant. ^g Linguis. Nil mirum in tanta, tamq; diuersa

Afrorum reli-
gio.

Afrorum feritas.

Parthorum in
coniuges scue-
ritas.

Brachmanes.
Aegyptij.

originis gentium uastitate. **a** Patrios. Vt longa eos consuetudo uenerabiles fecit. Herod. scribit in quarto libro, Solem eos & Lunam, tum & Tritonem, & Neptunum, & Mineruam passim uenerari. **b** Proximis. Remotius paulo à mari habitantibus. **c** Nullae urbes. Tota enim Africa, si aut Asia, aut Europa cōferas, urbium est inops. **d** Mapalia, Eadem & magalia dicuntur. Virgilius Aenei. primo: Miratur molem Aeneas magalia quondam. Vbi Seruius, Magar inquit lingua Punica uillam significat: ceterum magaria, siue magalia, Poeni multi casas agrestes, & furnorum persimiles sua lingua nominant, quae eadem & mapalia dicuntur, ut Maro Georgic. tertio: Quid tibi pastores Libyae, quid pascuas uersu prosequar, & raris habitata mapalia tectis? **e** Sagis. Vestibus ex uillo crassiore textis, quibus uetusti in re militari frequenter usi sunt, & hodie utuntur ad arcendam caeli iniuriam nostrates. Eo uestitu plebs Hungarica, & Sarmatica peculiari-ter utitur: quoniam & è lino asperiore facta constat: qualium usus hodie apud Germanos, Rhetos, ac non ita pridem apud Heluetios in castris fuit, uillo lino uero itertexto, contra quoslibet ictus ut pro lorica, pro thorace fuerit leui armatura muniendis. Durat adhuc nomen, & uulgus Schagum, siue rudi- dius apud nos Schäggen uocant, plane sagam intelligentes. M. Cicero Philippi. 6. Saga sumi dixi placere, in quo oēs acrius, grauiusque icuberent, ad ulciscendas reipub. iniurias. Indicat aut hoc ipso Pōp. quanta apud feros hoīes cultus negligentia sit. **f** Humi. Id hodie Thurea meretes assolēt, cum lōgis itineribus fessi, eos sibi ad quietē campos deligunt, quos nox permittit. Ceterum epulas humi capere, uel Heroēs olim consueuerunt. Vnde illud extat Vergilij: Fusi que per herbam Implentur ueteris Bacchi. &c. Et Homerus odysseae tertio, Telemachum super mollibus stratis pellibus sedentem, iuxta maris litus in Nestoris conuiuium receptum scribit. **g** Gregibus. Nomades enim sunt, & totam in grege substantiam habent, ut alij multi olim: nam & Latinis uetustis unice in illo diuitiae fuerat. Hinc Seruius omne patrimonium apud maiores, peculium dictum esse ait, à pecoribus, quibus eorum constabat uniuersa substantia: nec sine causa in uetustissimis nummis signum ouis, suis, bouisque apparuit: nisi falsa sunt, quae in Valerij Publicolae uita Plutarchus scribit. **h** Vagi. Id graphice Maro in tertio Georg. descripsit. **i** Sine lege. More priorum mortalium, qui in agris passim bestiarum more uagabantur, & sibi uictu ferino uitam propagabant, ut Cic. ait libro de inuentione primo. **k** Simul coniuges. Vt & Parthis fuerunt, mira eos ad id titillante libidine, qui tamen nulla delicta grauius adulterij uindictarint: eam ob rem non à conuiuijs tantum coniuges suas arcuerunt Parthi, uerum etiam omni uirorum conspectu illis interdixerunt, ut Coelius Rhodiginus libro antiquarum lectionum quintodecimo adnotauit, uir in tempore aetatis nostrae doctissimus. **l** Atlantes. Plin. capite octauo quinti libri ex Pomponio: Atlantes inquit, degeneres sunt humani ritus, si credimus: nam neque nominum illorum inter eos appellatio est, & Solē orientē occidentēque dira imprecatione cōtuetur, ut exitiale hominibus agrisque, neque insomnia uisunt, qualia reliqui mortales. Propē idē referunt Solinus, & lib. 6. Capella, ut Arrianum, & Herodotum praeterea. **m** Solē execrantur. Dū ipsis est circa uerticē: nam tunc ob morā intolerando aestu afficit. **n** Non uescuntur animalibus. Non gentium tantum, sed etiam sapientium ueterum hic ritus fuit, ut ab antiquis malibus uescendis abstinere. Sic Brachmanes, & Samanei Indorum gymnosophistae, quos praeter reliquam temperantiam, & sanctimoniam animalibus abstinere solitos Chercmon olim tradidit Stoicae disciplinae sectator, ut Porphyrius adnotauit de sacerdotibus Aegyptij sapientiae studio deditis, in eandem sententiam referens.

Pythagorae

differunt, & cultu deorum, quos patrios seruant, ac patrio more uenerantur. **b** Proximis nullae quidem urbes stant, tamē domicilia sunt, quae Mapalia appellantur, uictus asper, & mundicijs carens. Primo res sagis uelantur, uulgus bestiarum, pecudumque pellibus: hami quies, epulaeque capiuntur. Vasa ligno fiunt, aut cortice: potus est lac, succusque bacarum: cibus est caro plurimum ferina, nam gregibus (quia id solum optimum est) quoad potest parcitur. Inferiores etiam incultius sequuntur uagi pecora, utque à pabulo ducta sunt, ita se ac tuguria sua promouent, atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt: quaequam in familias passim, & sine lege dispersi, nihil in commune consultant, tamen quod singulis aliquot simul coniuges, & plures ob id liberi agnatique sunt, nusquam pauci degunt. Ex his qui ultra deserta esse memorantur Atlantes Solē execrantur, & dum oritur, & dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum: nomina singuli non habent. non uescuntur animalibus, neque illis

Pythagoræi iniustum esse dicebant animal occidere, à quo illud Ouidij emanauit libro Met. 15. Quid meruere
 boues animal sine fraude doloq; haud enim aliena omnino à natura nostra hæc esse aiebant, propterea mansue-
 tudinem & clementiam quandam erga feras tanquam humanitatis & misericordiæ specimen meditati sunt.
 Mosaica quoque lex ciborum delectum, & uetite carnis nomenclaturam habebat, Euangelij candore & Apo-
 stolica traditione illa omnia respuente. Etiam si sint hodie, qui rem in primis magnam, & quam plebs mirari de-
 beat, præstare sibi carniū abstinentia uidentur. Præclarus ille gentium
 doctor Paulus. 4. capite prioris ad

Pythagoræi.

Mosaica lex.

Paulus.

in quiete; qualia cæteris mortalibus, uisere datur.

Timotheum epistolæ manifeste tradit, non admodum candide de fide sentire, qui à cibus abstinere iubcant, quos
 Deus creauit ad sumendum cum gratiarū actione fidelibus. Quicquid enim, inquit, creauit Deus, bonū est, & ni-
 hil reiiciendū, quod cum gratiarum actione sumitur. Omnia enim, ut idē ad Titum scribit, pura sunt puris. Rur-
 sum. 14. capite ad Romanos, eos qui quibuslibet non uescuntur, infirmari in fide indicans admittēdos quidem ma-
 gis, quàm disceptatione premendos præcipit, maxime si id cum gratiarū actione faciant. cæterum infirmos tan-
 quam Iudaismi reliquijs quibusdam fatetur: Alius autem ait, qui infirmus est, holeribus uescitur. a Visere
 datur. Plinius ultimo cap. libri decimi: Quidam uero nunquam somniant, quibus mortiferum fuisse signum con-
 tra consuetudinem somniorum ait. Quod si non somniant Atlantes, cōsequens est, ut spiritus in eis phantasticus,
 quo minus imagines seu formas rerum sensibilium ab exterioribus sensibus in apprehensiuas uirtutes, quæ intus
 sunt delegatas, suo modo moueat, à spissis nimisq; uaporibus in cerebrum ascendentibus, & ad cranei concauū
 repulsis, pari semper tenore prohibeatur: quod reuera dignū admiratione fuerit, cum Themistius tamen Aristo-
 telis interpretum clarissimus, non dubitet corporis naturam, & temperamentum pro ætatis, aut affectionis ali-
 cuius mutatione uariari. Si igitur in iuuentute non somniassent, uersimile erat propter mutatam affectionem
 atq; ætatem ita futurum, ut in senectute somnia uiderent: aut si senes ab insomnijs prohiberentur, fuisse tamē ut
 uel iuuenes somniarint. Nisi communis huius affectionis penuriam ad Solis æstum referre libet, adeo intensum
 & pestiferum illis, ut qui perferunt, execrari eum non desinant. Fieri enim potest, ut ex uehementi resolutione,
 subtile quod in corporibus est, disfluat, & in auram euaporet: quod uero spissum crudumq; est, intus residat, &
 ad interiora reuerso calore, præsertim post pastum, affatim sumet. Præterea digerentis uirtutis uigore propter
 perpetuam caloris dilatationem atq; euaporationem, incocti uapores cerebrum animalis uirtutis sedem obru-
 ant, idq; efficiant, ut formæ illæ rerum externarum singulorum sensuum allatæ ministerio, manare à phantasma-
 te siue organo formarum, & placido profluere motu nequeant: quæ res somnium tamen consentanea Peripate-
 tiorum traditione gignere solet. De quo quoniam referendi data occasio est, placuit ut paucis, carptimq; &
 ut quæq; necessaria scitu incidissent, in medium afferremus. Principio, constat animam potissimam entelechiam
 esse, ut Aristoteles tradit, organici corporis, hoc est præcipuam perfectionem & uitalem formam: quæ in cor-
 pore mira quadam naturæ solertia effigiato, non aliter quàm prudens in regno suo princeps, ad quæuis ordine
 agenda euigilat. Intus enim forisq; circumspecta sola omnium & consiliorum, & negotiorū decreta dispensat.
 Huic in omni animali spiritus adhærescit laborum socius, & industrie comes: quem Peripatetici ferè corpus
 subtile & aërium esse dixerunt. Alij cum Heraclito medium inter aërem & aquam, Albertus noster euapora-
 tionem ait, quæ ab humiditate naturalis cibi assurgat, suscitante eam calore naturali, cuius principium & fons
 cor est, depurante uero atq; digerente calore animali quem omnium ait defecatissimū & subtilissimum esse. Hic
 autem spiritus instrumentū est animæ ad omnes operationes eius destinatum, uitæ & omnium uirtutum animæ
 uehiculum ab Auicenna dictus, per omnia manans à corde, sensuum instrumenta, aliterq; atq; aliter sese ad pro-
 ximas uires accingens, prout in aliud aliudq; organū uirtutem detulerit. Lucidus uero transparentsq; ac planè
 etherea cōditione, cū bene habet, quæadmodū tradit Synesius: sicut hebes terrenusq; fieri solet, cū habet male,
 & uiolenta affectionis cuiuspiam inuasionē deformatur. Calidus autem cum sit, & cum calore uirtutes ad in-
 strumenta deferat, fit ut suoapte ingenio prouocante calore à corporis meditullio ad extrema expandatur,
 ut operationis perfectionem in omnibus organis coadiuuet: quia uero subtilis est, & caliditate genuina sum-
 mos aperit corporis poros, disfluere illac, & propter substantiæ suæ tenuitatem frequenter euaporare solet.
 Cuius rei euidens argumentum est, quod magno sudore, & grauiori paulo corporis fatigatione lassi debilita-
 mur, non alia magis causa, quàm propter spirituum & caloris naturalis resolutionem. Porro & sensuum usu
 spiritum, qui uehit, prostermi contingit, ac longo in opere sensationis deteri: nec raro, quemadmodum Alber-
 tus tradit, ita consumi, ut nisi ad interiora, ipsumq; fontem, qui cor est, regressus uices quasdam quietis obiret,
 seq; recuperatis uiribus reficeret, periclitari animal, uitæque destitui contingeret. Adco nihil est in opere natu-
 ræ, quod non exemplo dierū noctiumq; aliquas uices feriarum uelit, ut libro decimosextimo Plinius ait. Debili-

Atlantes non
somniaut.

Themistius.

Coniectura.

Anima Entele-
chia corporis.
Spiritus ani-
mæ comes.

Nota.

Sententia.

- tato igitur spiritu, organa in frigidantur, poris contractioribus, & abit ad interiora etiam à frigiditate repul-
sus ille, quo facta languere organum suaq; destitui uirtute, simul & operatione incipit: quanquam interim per-
fectum, anima: amq; esse non desinit, mox sumis subortis, & augete frigiditate sopor obrepit, atq; ut Lucre-
tius libro quarto ait: Sensus abit mutatis motibus alte. Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus, Debile
fit corpus, languescunt omnia membra, Brachia, palpebrae q; cadunt, poplites q; cubant. Hoc ipsum est quod so-
mnum uocamus: per quem sensibus exterioribus quotquot sunt, & uirtuti, quam in illis animalem Physiici uo-
cant, tantisper uacatio datur ab opere, donec spiritibus ad fontem regressis uires ad repetendum laborem, &
fatigationem sustinenda auctiores fiant. In illa autem leni, & suauis quiete, praeter spirituum confortationem, illud
etiam commodum inest, quod uegetabilis uirtutis partes ea mirifice iuuantur. Quemadmodum enim somnus li-
gamentum est animalis uirtutis exterioris, ita naturalis eum interioris, & omnino digestiuae incrementum effi-
cere dicimus. Rursum sicut uigilia ad extrema corporis calor cum spiritu expanditur, ita per somnum in inti-
ma colligitur. Ea de re C. Pli. cap. ultimo libri decimi, Somnum nil aliud esse ait, quam animi in medium sese re-
cessum. Absesse enim uidetur animus, cum uicis organis uitae agitatio deest: rursum adesse, cum suo in organo uir-
tus excubans in statuiis manet obuectarum sensationum. Zeno autem Stoicæ sectæ magister, quemadmodum li-
bro secundo de diuinatione Cicero tradit, ipsum dormire non aliud esse aiebat, quam contrahi animi, & quasi
labi, atque concidere. Porro naturalem esse, atq; inuitabilem affectionem hanc, ipsa uita cæterorum anima-
lium ratio probat, talem quietis, & uigiliarum uicissitudinē seruans, non libidine prouocatam, nec sanè consili-
to admissam, sed naturæ tantum, cui illa parent, tenore. Dignum uero scitu est, quod Aristoteles libri de gene-
ratione animalium quinti, primo capite tradit: Somnum talem sua natura uideri, ut uiuendi, & non uiuendi in-
terlinium sit: ut neq; omnino sit qui dormit, neq; omnino non sit. Viuitur enim potissimum uigilia, ut ait, pro-
pter sensum. Ea de re commode Ouidius: Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Et in præfatione
historiæ suæ Plinius: Profecto uita uigilia est, inquit. In homine autem principe animali multa insunt, quæ so-
mnum mirifice uariant. Nam crapulæ usus, quo sæpius, quoq; profundius dormias efficit, ebrietate rarissime so-
mnum detrectante. Ieiunium autem sæpe admittit, sæpe etiam repellit. Præterea & repulsam pati ab homine,
dum non admittitur somnus, didicit: quando ipse uiderim, qui ludendi cupidine transuersum rapti, tertiam uix no-
ctem quieti dederint: adeo est naturæ etiam blandimentis iniqua, auri sacra fames. Interim & sponte susce-
pta fatigationes, & affectuum ratio, quo minus constans in homine somni tenor existat, efficiunt. Communis au-
tem & confessa diuersitas in ætate, regione, complexionem, & consuetudine est, ita ut in dubium tamen esse debe-
at, dormiendum esse homini, etiam in summa quiete animi, simulq; corporis constituto, ne perpetua fatigatione
resolui spiritum, & ut dixi, natuum calorem cõsternari contingat. Scimus enim iam somnum uigorem esse, &
confortationem sensus spiritualis, hoc est interioris, & uinculum sensus corporalis: sicut è regione uigilia corpo-
rales sensus in actione existunt, & uigore uitali, cum debilitate sensus spiritualis. Quod quomodo intelli-
gi debeat, Magnus ille Albertus libro de somno, & uigilia priore docet. Atq; hucusq; quidem de somno breuissimè.
Nunc de somnio uideamus. S O M N I U M in uniuersum uocamus, quod dormientibus nobis rerum simulacris
quibusdam apparere consuevit, quibus noscendis uigilare, & res ipsas coram sentire uidemur, ut libro quarto
Lucretius: In somnis eadem plerunq; uidemur obire, Causidici causas agere, & componere leges, Induperato-
res pugnare, ac prælia obire, Nautæ cõtractum cum uentis degere bellū. Rem plerūq; autem somniare nos in-
telligimus, non raro ratiocinamur, & quæ latebant, in re somnio discimus: præterea & moneri nonnunquam ui-
demur, itemq; edoceri de futuris: rursum corā intueri, quæ post nobis obueniunt, quæ quædam multifariā con-
tingūt, & à Macrobio alijsq; in multa genera distributa sunt, somnia tamē esse in genere cõstat: sicut somnia
re dicuntur, quibus hæc in quiete apparent. Libuit autem hoc loco libare quedam de illo, quod insomnium Ma-
crobius uocat, somnium proprie Peripateticis dicto, quid sit, & quomodo fiat: cum constet frequentissime fieri,
ut cetera quoq; id genus qualia sunt, & quibus animæ in uirtutibus oboriatur, notiora esse queant: uideo enī
Macrobius discrimina, & euentus horum diligenter quidem explicuisse: cæterum originem nō adeo attigisse,
rem perinde dignissimam scitu, atq; illa est, quam prodidit. Quis enim nouisse nolit quid illud sit, unde manet,
quò abeat? quod quiescentibus nobis efficacissimo impulsu, & admirabili commotione scenam quandam uersa-
tilem uariarum rerum ædit, & personatis imaginibus iucundam interim Comœdiam, interim Tragicam mœsti-
tiam exhibet, ubi Theatrum sit inter orbis spectacula, cum uarietate, & artificio, tū copia ornaturq; uisendū
ubi plerunq; prodire in proscenium solent, quorum ne nomina quidem extent, quæq; fuisse, fieriue, aut futurae
esse nequeant. De quibus longo sermone ediscens Albertus Germanus uir excellētis in omni philosophia do-
ctrina libro de somno, & uigilia secundo, Somnium ait, non aliud esse, quam motum fantasticum in organo sen-
tendi factum. Dictum autem, quod in somno fiat. Hæc enī affectio non nisi dormientibus accidere potest. Quod

ut explicatissime reddatur, paulo altius, pro nostra uirili summam de uirtutibus animæ repetemus. Multiplex animarum gradus est: quædam enim uegetabilem naturam fouent, eamq; solam, uelut plantarum animæ. Quædam sensum præstant, atq; id rursus multiplici differentia. Cæterum quæ minimum, sensum tamen tactus, quo sine ulla animal degit, ut proprium retinent. Nam animatum quidem dixeris corpus aliquod, quod sensu caret: animal autem esse sine sensu impossibile est. In imperfectioribus autem imperfectiora omnia sunt: quemadmodum in his agilior, & promptior actio est, quæ ad altiora natura efformauit. Hos uiuētium gradus, siue hæc malimus animarum discrimina dicere, admirabilem parens operum natura peperit: & ille ante omnia nature architectator, cui id quod sunt, cuncta debent, cuius consilia scrutari uelle furor est, & summa impietas credere fortuito facta, quæ is in principio æternis consilijs ductus fecit. Nobis autem quoniam animalium historia incidit, de somno dicturis, de his potissimum intelligemus in transcurso, quæ in uirtutum auctiore numero perfectiorem obtinent sui generis locum: quorum cum supremum absolutissimumq; sit homo, cuius animæ & igneus uigor est, & ut Marc. dicit, cælestis origo, de hominis somno, quemadmodum & de somno antea, maxime referemus. Aristoteles igitur libro de anima tertio: quum intellectu in homine à principio dixisset, esse tanq; tabulã delictilem, in qua nihil depictum est, satis indicauit omnis cognitionis nostræ, quam in carne agentes habere de rebus possumus, à sensibus oriri, & palimpseston illum desuper artibus nostris immissum, his primum formari modulis pingi, quos sensorijs extimis à conspicuis corporibus desumptis, interior animæ uis hauserit. Quamquam enim per multa cognita sunt à nobis, quorum nullum in sentiendâ principijs fuit, occasione tamen sensuum illa comprehensa esse indubium est. Proinde præclarus Academicæ alumnus Synesius, cuius de somnijs à Marsilio Ficino Latinus factus liber extat, modũ præcipiendi per phantasma, id est formæ apparitionem siue speciem, antiquioris propriæq; inspectionis nostræ munus esse ait. Nec temere libro de diuinatione secundo M. Cicero scribit, nullam speciem sine impulsu imaginis cogitari posse. Intelligentias namq; sine phantasmate edere non solemus, nisi forte ad breue quispiam immaterialẽ (ita Synesius uocat) attingerit speciem: quod uirtute eius intellectus, quem Peripatetici agentem nominant, contingit. Idem, Phantasma supergredi non minus arduum esse ait, quam beatum. Hinc illud inoleuisse apud Platonicos arbitror, ut animam in somno quodam degere dicerent, etiam uigilia cõcitatum, id quod Porphyrius non uno in loco tradit: propterea quod seorsum, & quæ uere sibi propria est uirtute cernere, atq; intueri nihil queat, quam diu intra istud ueneficij delibutũ carnis habitaculum delitescat. Ad quem locum attinere mihi uidetur portæ illæ imperscrutabilium somniorum ex decimo nono Odyssææ Homeri, & sexto Aeneid. Maronis, à Macrobio libro de somno Scipionis primo indicatæ: quarum una animalem in homine apprehensionem significet, fallacem nimirum, & scientiæ ignaram, maxime dormientium, altera intellectualem referat, quæ altius quidem, cæterum haud unquam sine sensibilis formæ, dum sic est, adminiculo cognoscere solent. In hauriendis autem simulacris rerum, & typis, decem præcipuis uirtutibus anima tanquam instrumentis utitur: quarum exteriores quinque sunt sensibilibus corporum, ut presentium speciminibus affectæ, quas ministras, & ostiarias communis sensus, de quo mox dicemus, Synesius uocat. Reliquæ quinque in interioribus organis sitæ sunt, & simulacris rerum non ab ipsis primum rebus, sed ab extimis sensibus desumptis conspicuæ sunt. Sunt autem hæc, uirtus communis sensus, imaginatiua recentioribus dicta, cui coniuncta estimatiua sit, mox phantasia, demum memoria: quæ licet diuersus apud multos nominibus censeantur, ordine tamen quo diximus, propè omnes ab omnibus intelliguntur. Synesius interiores ab extimis eo ipso discernit, quod sensus, quia per instrumenta fiat palam proposita, maxime sit animalis, & hominibus cum brutis non communis tantum, sed longe etiam inferior. Virtutem autem interiorem, quoniam sine medio segregato fiat, propiorem animæ, & diuiniorem esse ait: Cuius hoc argumentum est, quod uirtutes illæ interiores ab Alberto apprehensiuæ dictæ, quantũ longius à primis sensibus absunt, tanto sunt in recipiendis, censendisq; formis efficaciores, magis magisque aliquid de potestate, & perfectionis gradu adijcietes, etiam si re ipsa non differunt, & apprehendendi modo magis, quam essentia secernuntur. Communis ergo sensus in anteriori capitis parte residet, & extimorum sensuum, quorum, teste Alberto, origo est, affectiones colligit, discernens inter eas, ac planè dinoscens, uelut asperũ ab albo, sonorum ab austero, illiusmodiq; distinctorũ sensuum alia: quod ipsum nullus priuatorũ potest. Singula enim singulis obiecta sunt, quis, ut proprijs mouetur. Sũt quidẽ et cõmunia, uelut numerus, unitas, motus, quies, figura, magnitudo, in uniuersum ferè ab his sensibilia, iter q̃ extimus tamẽ sensus discernere, & diiudicare neq̃at. Propterea cõmunẽ sensum uelut cẽtrũ esse in circulo Alber. ait: à quo sitis lineæ ad circũferentiã, ita uirtutes in extimos sensus abeant, rursusq; redeant ab illis, à palã expositis sensibus hausta. Ideoq; à Synesio uere sensus sensuũ appellatur. Imaginatiua, si mulacra, & typos rerũ forissecus oblatarũ retinet, quibus per harũ absentiam moueri nihil minus, atq; agitari solet. Hoc etiã sensu cõmuni diuiniõr, qd̃ hic in actione esse nequeat, nisi presentibus rebus, quarũ formæ statim

Multiplex animarum gradus.

Origo animarum.

Homini anima

Anima recenter indita palimpsestos quidam est.

Synesius.

Anima nostra semper in somno est.

Somni portæ.

Virtutes animæ decem.

Nota.

Sensus cõmunis.

Imaginatiua.

- Phantasia unde dicta.** extimis sensorijs apprehensa in eo, uehente spiritu conueniant. Auicenna interpres phantasiam uocat, communi nomine cum illa, quae proprie talis est: nec mirum, quando Graeci phantasma αἴθερος φαντασία, quod apparere significat nominent: & in his uirtutibus non possint non apparere imagines. Nulla enim interiorum uirtutum, quae organis claudatur: sine formis, quas species alij uocant, natiuam actionem efficere potest. Geminum enim est, inquit, Magnus Albertus, animae per imagines corporales cognoscere quicquid cognoscit. Nihil autem necesse idem author existimat, ut imaginationis organum ab eo quod sensus communis est, aliud esse credamus, tantum diuersam hanc ab illa uirtute uirtutem esse intelligamus. Aestimatiua, quaequam diuersam tradunt ab imaginarijs, non penitus tamen ab ea separatur: quod aestimare nemo possit, nisi imaginetur. Haec autem uirtus in apprehendenda forma sensibili eximio quodam defectu rationem quandam praescribit utilis, inutilis, noxij, salutaris, commodi, incommodi: cuius affectionis comitem esse amorem odium uel necesse est: rursum & insecutionem, & fugam, gaudium & tristitiam, quae ex hac apprehensionis ratione nascuntur. Atque haec prima quidem interiorum uirtutum est, quae seipsa in forma uel simulacro elicit, id quod nullo primorum sensuum deprehendi potuit. manifestum maioris perfectionis indicio. Huius organum idem esse existimatur cum imaginarijs organo, aut saltem proprium. Phantasia rerum formas perinde atque a cogitatione siue aestimatiua receptae sunt, accipit: mox tanquam ratiocinans confert cum intentione, ut uocant commodi incommodique, noxij, salutaris. Decernit etiam, & certam in sententiam, quod nulli priorum dabatur, pedibus uadit. Cuius organum Auicenna medium cerebri uentriculum facit. Postrema harum memoria est, earum intentionum & cogitationum, quae sensibili specie comprehendere nequeunt, fere promptuarium, & ut plerique omnes uocant, thesaurus quidam. Ex his omnibus tres sunt, in quibus id quod proprie somnium dicitur, locum habet, Imaginaria scilicet aestimatiua, & phantastica: quas hoc ipso conuenire Albertus ait, quod a formis tantum singularum rerum, quae sensus cognitionis principia sint, afficiuntur: hoc autem diuersas, quod apprehendendi ratio in eis alia atque alia existit. In uniuersum autem rationali uirtuti coniuinctas uelut in homine praestantiores diuinioreque esse constat: in quo solo plerique non percepta sensibus, & memoriae thesauro profecta apparere in somno solent, cum rationis & iudicij discerniculo, & omnino
- Quae uirtutes somnium praesistent.** omnibus his quibus uigilans ad opus sese uitale accingit. Ceterum non proprie in somnia ista fuerint, quod fallacia non sint, maxime si ita affecti sese somniare intelligant. Somnium enim reuera instrumentorum est formarum sensibiliu: & ut Alberti uerbis utar, sensibilis partis affectio, rationis interim discerniculo consopito, quo durante dinoscereque fieri non posset, ut cum res coram cernere, itemque interese negocijs uideamur, & non sumus tamen, hoc modo decipi nos falsa persuasionem contingeret. Doctissime ergo Themistius cum somnium definiret, uisum esse dixit, quod secundum quietem occurrit, quoties uis, quae iudicat, obligata desertaque est langore corporis: porro non omne quod occurrit in somno, insomniu esse, nisi ea rationis pars, quae iudicat, possessa omnis obuolutaque sit. Hoc autem sentiendi genus, quod sopitis organis extimorum sensuum fieri in quiete uidemus, sacratius esse Synesius ait omni alio, quod eo ipso Dijs quoque monentibus aut praedicantibus, aut etiam simpliciter consulentibus nonnumquam approximemus. His hactenus expositis, ut somni proximam causam explicemus, annotandum, quod a simulacris rerum, quae in interioribus organis asseruantur, motus & agitationes non tam in uigilantibus cum cogitatur, quam etiam in somniantibus cum dormitur, fieri solent. Cuius hanc Albertus causam reddit, quod in uigilantibus undiqueque exteriores sensus afficiuntur, & quemadmodum apes obuolantes undiqueque conquisitam mellis materiam in aluearia deportant, ita illi sine intermissione rerum forinsecus obiectarum formulas desumentes, indefessum perficiunt comparandae cognitionis ministerium. Quod dum fit, ne intellectus qui dem a conferendo & discernendo, pauloque altius aestimando quietus manere potest. Noctu autem siue hora quietis, quando (ut Albertus ait) organa sensuum frigus claudit, & ab extraneo tumultu fortissimarum passionum, quae a forinsecus obiectis sensibilibus sunt, sensoria uocant, propter somnum, qui horum est ligamentum, calore, spiritu, & uirtute ad interiora reuersis, sopito itidem iudicio, motus phantasmatum tanquam in alto spectantis theatri silentio & formali seu imaginatiua non aliter, quam & scena in proscenium egressa, uectore spiritu, quem
- Formae rerum non tam uigilantes quam dormientes mouent.** animalem Albertus uocat, manifesta sese agitatione prodere solent. Formarum autem seu imaginum, quas cedere intus anima solet, duo promptuarium esse libro naturalium sexto Auicenna tradit, thesauros formarum uocans: alterum intentionum, hoc est abstractarum, & remotiorum a primis sensibus cognitionum, quarum receptaculum memoria sit: Alterum formarum a sensibus profectarum, quarum cella promptuarium imaginatiua existat, quam Auicenna interpres formalem uocauit, a formis scilicet forinsecus aduenientibus, quas haec uirtus, ut dixi, retinet. Synesius paucis in intellectum & animam distribuit, quod illi intentionum & formarum uirtutibus ambiunt. At uero quoniam constat plurima fieri somnia, quorum repente obliuiscamur, existimat Albertus ea quae proprie insomnia sint, non & memoria nimirum persape sopita, sed ex imaginatiua, siue phantastica principium sui motus habere, ut somnium sit non aliud, quam motus formarum siue simulacrorum sensibiliu ex phantasia
- Phantasia.**
- Memoria.**
- Quae uirtutes somnium praesistent.**
- Quae proprie insomnia.**
- Themistius.**
- Nota.**
- Formae rerum non tam uigilantes quam dormientes mouent.**
- Similitudo.**
- Somnium quomodo fiat.**
- Duo imaginum promptuarium.**
- Promptuarium phantasmatum proprie somnia eddit.**
- Somnij definitio**

- aut parcior. Inde est, ut nemo aratorum in Aegypto cœlum suspiciat. quod ex Seneca depromptum, eleganter Claudianus. Claudianus huiusmodi uerbis reddidit: Felix qui Phariis proscindit uomere terras, Nubila non sperat tenebris condentia cœlum, Nec grauiiter flantes pluuiali frigore Coros Inuocat, aut arcum uariata luce rubentem. Aegyptus sine nube ferax, imbresq; serenos, Sola tenet, securo poli, non indiga uenti, Gaudet aquis, quas ipsa uehit, Nil loq; redundat. Vbi per serenos imbres fecundam Nili irrigationem, que sereno etiam cœlo fit, intellexit. Plinius quoq; in Panegyri ad Traianum, Aegyptus, inquit, alendis augendisq; **mœantiū^a maximus.** Hic^b ex desertis Africæ missus, seminibus ita gloriata est, ut nihil imbribus cœloq; deberet: siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarū solita pinguescere, quàm quis ipse aduxerat. &c. Tibul. libro primo ad Nilum: Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. Quem uersum citauit Seneca libro nat. q. quarto, quanquam corruptis propè omnibus exemplaribus: sic enim legendum est: Nemo aratorum aspicit cœlum. quare cum poëta in eo iocor, & illi Ouid. suum impingo, qui ait: Arida nec pluuio suppl: at herba Ioui. Libet mihi, inquit, cum poëta iocari, Iouem pluuium Aegyptiacis herbis contemptui esse prædicante, & illi Nilo Ouidium suum impingere. Ouidium autem suum dixit, non quod is uersus Ouidij sit, sed magis quod à Tibullo egregie laudetur Nilus, ut multa peculiariter ab Ouidio commendantur: aut reuera Ouidium pro Tibullo Seneca scripsit, eorum negligentia deceptus, quibus cum libros æditurus esset, in aliènis operibus perlegendis confisus est: pleraq; autè illi aliter, quàm res habuit, adnotarunt. **NILVS** autem dictus quasi *νῆλος*, hoc est nouum limum trahens, ut Seruius Georgi. quarto, & nono Aeneid. scribit: antea Melonem dictum à Latinis asserens: alij à Nilo Cyclopi filio, qui rex Aegypti fuit, cum ante, ut Diod. ait, Aegyptus nominatus esset: à multis Triton dictus, & in totum Homero Aegyptus, authore Plinio. Ob eximiam uero fertilitatē uere eum aureas arenas trahere dici posse, Athenæus scripsit Græcus author, Homerus cœlestem nominat, Parmenes autem Byzantius insignis Poëta Aegyptium Iouem dixit, quod aliæ terræ Ioue pluuio irrigentur, Aegyptus autem non nisi Nilo suo, ut belle dixerit Claudianus: Niloq; redundat. Et Palæmon ex Dionysio: Non alius tantum flumiorū Citat arenas, Atq; trahens limum complectitur ubere cæpos. Et in consulatu Theodori Claudi. Lene fluit Nilus, sed cunctis annibus extat Vtikior. ^a Maximus. At quarto libro Herodotus, Ister, inquit, omnium, quos nouimus, flumiorū maximus. Sed maiorem esse Danubio Nilum ex his intellexi quandoq; qui utrūq; amnem haud longe ab ostijs nauigant: quanquam & ille septem ostijs Euxinum illabitur, de quibus suo loco. ^b Ex desertis Africæ. Vnde Nili sententia. crescere incipiat Nilus, si comprehendere posset, causæ quoq; incrementi inuenirentur, ait Seneca. Inde illa est tanta apud receptos authores de origine eius, deq; incremento diuersitas. De Nili capite maiores nihil prorsus cōstitutum habuerunt, animum in eo perquirendo despondentes. Vnde illud Lucani libro decimo: Arcanum natura caput non prodidit ulli, Nec licuit populis paruum te Nile uidere, Amouitq; sinus, & gentes maluit ortus Mirari, quàm nosse tuos. &c. Et libro primo Tibullus: Nile pater, quam possum te dicere causa? Aut quibus in terris oculuisse caput? Conati quidem Macedones duce Alexandro, & Aegyptij Scosostre eorum rege, qui totā Aethiopiā usq; ad Cinnamoni regionem peruagatus est, ut Strabo scribit: Cambyses quoq; qui usq; ad Meroën progressus est: omnium uero maxime Ptolemæus cognomento Philadelphus, qui cum corpore esset imbecilli, noui semper aliquid perquisiuit, ut sese oblectaret: antiquiores enim Aegypti reges minus eiusce rerum studio fuerunt, quanquam tunc quoq; sapientiæ dediti. At postquam ea loca Romanorum armis petita fuerunt, certiora magis allata sunt, Græcis Latinisq; scriptoribus, que non uno tempore obseruarunt adnotantibus: tametsi Ptolemæus. Plinius scribit, fama tantū, inermi quæstu, cognitum esse, sine bellis que cæteras omnes terras inuenere. **P T O L E M A E V S** Nilum è paludibus Australibus, undas è montibus, quos Luna nominat, suscipientibus, oriri existimauit: in quæ supra Meroën, ab ortu duo grandes fluij descendant, quorū alterū Astapū, Astaboram alterū adpellari scribit lib. 4. Aristoteles quoq; in lib. de Nilo (si modo Aristotelis est, ut equidè minime dubitarim) ex interiori Aethiopia profluere amnē, eo ipso indicat, qd' in rationis Anaxagoræ consutatione. Aethiopia, inquit, & Libya inhabitabiles propter æstū, ex Asia autē nō cōtingit ipsum fluere. Seneca lib. nat. q. 6. audisse se Centuriones duos, quos ad inuestigandū Nili caput Nero miserit, affirmat, q se auxiliantibus Aethiopiæ regibus ad ulteriora Aethiopiæ progressos, ad immensas paludes peruensisse dixerūt: quarū exitū ne incolæ quidē norint, nec spes ulla sit noscendi, quod implicitæ sint aquis herbæ: unde fiat, ut nec pediti eluctabiles sint, nec nauigio, quod nisi paruum & unius hominis capax limosa palus non ferat. Inibi uidisse se duas petras. affirmarunt, ex quibus ingens uis fluminis excidisset. Diod. lib. primo: Nilum à meridie ad septentrionē ferri ait, ortum ex fontibus in extremis Aethiopiæ sinibus, ad quæ loca propter æstus intemperie nullus aditus sit. Strabo ult. lib. Nilus, inquit, ab ultimis Aethiopiæ sinibus recta fluit ad septentrionem, usque ad eum locum qui Delta appellatur. Achoreus ille

Achoreus ille apud Lucanum medio consurgis ab axe, ait: uerum incertæ esse originis indicat. Hinc Clau. Qui rapido tractu medijs elapsus ab Austris, Flammiferæ patiens Zonæ, cancriq; calentis, Fluctibus ignotis nostrū percurrit in orbē, Secreto de fonte cadēs, qui semper mani Quærendus ratione latet, nec contigit ulli Hoc uidisse caput: fertur sine teste creatus, Flumina profundens, alicui conscia cœli &c. atq; hæc quidem ex Lucano deprompsit. I V B A Mauritanie rex, quem ob ingenij præstantiam paterno regno Augustus donauit, de Liby-

nec statim^a nauigari facilis, ^b nec statim Nilus est: & cum diu^c simplex, sæuusq; descēdit circa^d Meroën late patētem insulam, in^e Aethiopiam diffunditur, alteraq; ex parte^f Astaboras, altera Astapus dictus

claudianus. Iuba. cis rebus, ut cōperire eas potuit, scriptum reliquit. Is Nilum oriri ad montem interioris Mauritanie haud procul ab Oceano asseruit, è lacu protinus stagnante, quem Nilidem uocāt, argumentum habuit, quod Crocodi-

li, & pleraq; piscium genera, quæ in Nilo peculiaria sunt, in eodem spectentur: quamobrè Cæsareæ ortus eius cum his quæ in Nili alueo spectantur, hocq; lacu educantur, in Iseo dicatus ab eo, spectatur hodie, inquit lib. quinto Plinius, cuius uerba eo libētius cito, quod in plerisq; codicibus adeo perplexo ordine scripta sunt, ut uel Hermolao difficultatem pepererint. Eorum sensus est, Iubam regem tanquam industrie congratulantem suæ, ac de Nili fonte reperto gloriantem, ortum Nili unā cum piscibus alijsq; in eius alueo uisis insigni pictura, Cæsareæ, quæ nota Mauritanie urbs est, in Iseo templo dicasse, temporibus Plinij spectabilem. Id enim hominum ingenium est, ut in rebus à se repertis multam gloriam statuunt. P O M P O N I V S tertio libro in horum fi-

nibus inquit (Aethiopes qui supra Mauritaniam habitant intelligens) quem Nili esse aliqua credibile est, Nuchul ab incolis dicitur, & uideri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro ore corruptius. Alit & fluuium, & minora quidem, eiusdem tamen generis animalia gignens: alijs omnibus in Oceanum uergentibus, solus in mediam regionem ad orientem abit, & quonam exeat incertum est. Inde colligitur, Nilum hoc fonte conceptum, actumq; aliquandiu per inuia, & ideo ignotum, iterū se ubi ad Eoa processerit, ostendere. Hactenus Pōp.

Cui Plin. accedit, qui lib. 8. cap. 21. apud Hesperios inquit Aethiops fons est Nigris, ut pleriq; existimauerunt, Nili caput &c. Huic autē à Nilide scaturiginē esse, ex Iuba sententia lib. 5. scripsit, ubi de eius profluuio nō tā eleganter, q̄ copiose, ad Senecæ imitationē retulit, & ex Pli. ut solet, uerbis tātū mutatis Solinus. Refert Hero.

li. 2. Se ex plerisq; Cyrenæis, cū illic ageret, accepisse, id quod ante illi ex Dicearcho Hæmoniorū rege intellexerat: hic autē ex Nazamonibus ad se profectis, iuuenes aliquot Nazomonas aqua, & cibarijs probe instructos, in interiorē Libyā perrexisse: post uero multas solitudines emensas, ad hoies uenisse alienæ prorsus lingue, adq; urbē, quā grandis fluuius ab occasu in ortū tendēs præterlaberetur, in quo ut in Nilo Crocodili apparerēt. Id ita euenisse mihi maxie est uerisimile: Quāq; Diodo. (quæ Græcorū inuidia est) Hero. ea in re fidē nō adhibē dā esse ait lib. 1. cū tamen Iuba, Pomp. Vitruuius, & Plinio cū Hero. conueniat.

VITRUVIUS lib. de Architectura octauo, capite. 2. in Iuba sententiam pedibus uadens sic refert: In Maurusia, quam nostri Mauritaniam appellant, ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione progreditur per occidentem, ad lacum Heptagonum, & mutato nomine dicitur Nigir. & infra paulo: Ab hisq; paludibus se circumagens per flumina Astafobā, & Astaboram, & alia plura peruenit per montes ad Cataractā, ab eaq; se præcipitans per septētrionālē prouenit inter Elephantida, & Syncem, Thebaicosq; in Aegyptum campos, & ibi Nilus appellatur. Hæc Vitruui. sed diuersitas est, quod Dyrin nominat, ab Atlante forte, quem accole quoq; Dyrin dicunt: Iuba Nilin, è quo Nigris alibi crumpat, qui Nigir à Vitruuius dicitur: quamquam Hermolaus pro Nigir, Agger legit è uitioso fortassis codice magis, quā pro sua sententia. Hunc attigisse castris suis Suetoniū Paulinū Claudij in Mauritanis præfectum, Pli. testatur. 1. cap. lib. 5. M E L A ex desertis eū mitti asserit: utpote, nullius addictus iurare in uerba magistri, scio recentioribus in locorū perquisitione maiorē fidem deberi. Ipse ex tanta scriptorum uarietate, Nilum non tam ab meridie, quā ab occasu augeri uadis, haud uana coniectura contēderim, quā infra reddā.

a Nauigari facilis. multi enī in interiori Aethiopia præalti scopuli alueū eius exasperant, ut Herod. lib. 2. scribit. b Nec statim Nilus. uel quod Nili nomen non protinus habet, uel quod uenientes passim undas in unum alucum non illico corruat. c Simplex. unus. d Meroën. præclara illa insula, & earū quas Nilus ambit, prope maxima. Nomen habet à Meroë Cambysis sorore, uel ut Diod. ait, matre ibi mortua, cū ad Aethiopas ingressus esset, authore Strabone: in ea eiusdē nominis grandis ciuitas est, cuius Herodotus menauit. De illa Luca. 10. lib. Ambitur nigris Meroë secunda colonis, Læta comis hebeni &c. Illa regia est, & metropolis Aethiopū, de qua multa Diod. lib. 1. & lib. 17. Stra. insula Longitudinis habet triū milliū stadiorū, latitudinis mille, qd̄ inibi Stra. ubi de Aethiopibus à Romanis uictis mētio est, prosequitur. e Aethiopiā. illā scilicet quæ Aegypto imminet ab Austro. f Astaboras. Dissentiunt

- nonnihil hoc in loco scriptores. Ptolemæus uult Astapum & Astaboram seorsum amnes à latere Eoo, è paludibus remotioribus lapsos, in Nilum aliunde uenientem descendere. Quod ipsum & Strabo à principio ultimi libri ex Eratosthenis sententia, qui Nili decursum graphice descripsit, refert. Plinius capite nono quinti libri, Nilum in Aethiopiâ per deserta illapsum accolarum lingua Astapum, hoc est aquam è tenebris profluentem, appellari ait. Ad meroën uero, quam amplectitur, leuo alueo Astaboram dici, id est ramum aquæ uenientis è tenebris: dextero autè Aslusapem, quod ramum latentis aquæ significet, nominari. Idem eius simia Solinus refert. Vitruuius quoque lib. 8. Astasobæ meminit & Astaboræ, ut amnium quas secum rapit Nilus. Plinio cum Pomponio propè conuenit. a Vbi rursus coit. Plinius nec ante Nilum quam se totum aquis cõcordibus rursus iunxit. Dionysius poeta, Sirin ab
- Nilus ubi.** Siris. Aethiopiibus Nilum dici scribit, antequam totus cõfluat: Vitruuius uero Dirin à monte, ex quo oritur. Rufi uerus ex Dionysio hi sunt: Hic qua secretis incidit flexibus agros, Aethiopiũ in lingua Siris ruit, utque Syenen Cœrulus accedens diti loca flumine inundat, nomine se claro Nilum trahit. & reliqua. Dictum Sirin autumat Stephanus & Eustathius, à Sirio: quoniam sub ortum canis per introitum Solis in Leonem augeatur, ut Hermolaus scribit. Seneca certe infra Philas amni cõiuncti nomen Nili esse scribit. Eius uerba hæc sunt: Phile insula est aspera & undique prærupta, duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Phile autem Straboni infra Meroën sunt, ad quas ipse Strabo se ex Syene plaustro per plana aliquando uectum scribit. Meminit & Lucanus libro decimo: Rursus multifidas reuocat piger alueus undas, Qua dirimunt Arabũ populis Aegyptia rura, Regni claustra Phile. &c. Ab his uero haud longe abest, solis Antistibus pressa Abatos insula, nomen sortita à difficili accessu. De qua Seneca & Lucanus, quanquam apud illum corruptè Abactos legitur: & ibidem, illa prima saxum, corrupte pro, in illa primum lapsum, passim codices habent. b
- Siris.** Partim asper. Propter Cataractas, hoc est præcipites & torrentes undarum ex asperis & urgentibus scopulorum angustijs lapsus, qui in Nilo multi sunt, ob crebra insularum rupiumque è medio alueo extantium impedimenta: mittem enim alioqui, & dulcissimi haustus fluium, immania rupium obstacula ita exasperat, ut seuius quidem, sed minime sua culpa, insurgat. Strabo duas Cataractas facit: Maiorem, qui in montanis est in Aethiopiæ am uergentibus, & minorem qui Syene proximus. In utraq; tantus colluctantium undarum sonitus, ut qui iuxta sunt, sufferre diutius nequeant, multis qui aspera illic habitauerunt, sedes ad quietiora transferre coactis: ut Seneca scribit lib. nat. q. quarto. Hinc Africanus apud Ciceronem lib. de repub. sexto, gentem quæ ad Nili catadupa accollit, ob sonitus magnitudinem sensu audiendi carere dixit. Frequentia illic (Diod. inquit) saxa scopulis similia, aquam magna uertigine mirabilique, allisam reflectunt, inque contrarium cursum spumis agunt redundantibus: quæ res stuporem aspicientibus præbet. Et Seneca Nilum ait postquam in scopulos cautium libravit, spuma mare. Quod ipsum si mediocres per aspera delapsi amnes faciunt, quid de Nilo dubitabimus? qui ubi infra Meroën confluit, latitudinem duorum & uiginti stadiorum habet, authore Diodoro. Et sunt illic tamen (ut intermina est mortalium audacia) qui tenuibus scaphis, in regum illic spectaculum, insidentes, per ingentia præcipitia unâ cum amne decidant incolumes, ac iaculi more per impetum rapti elabuntur: quod Strabo scribit, & Seneca tanquam incredibile miratur. Tales apud nos & in Rheni Cataractis remigare audio, qui ære uili uitæ mercantes, naues exoneratas per rupium anfractus summo discrimine traducunt. Cataractas Cicero & Herodotus catadupa nominant ab immenso sonitu, nam δούρον sonitum dicunt, & δούρες idem est, quod cadendo sonus. c Lacum. posset legi, Locum, ut Cataractas intelligeret: sed ut lacum legamus, illud mouet, quod iuxta Syenè & Elephantinam, profundum immensum Nilum habere Herodotus credidit: quem, ut sepe, Mela hoc loco secutus est. Sed garrire cum Strabo ait lib. ult. qui & Nili fontes, & illa immensa his in locis esse planè negat. d Tachempso. eius insule Herodotus non semel meminit lib. 2. e Elephantidem. Plinius. 5. libro Elephantis, inquit, insula infra nouissimum Cataractem, nauigationis Aegyptiæ finis, ubi Aethiopiæ conueniunt naues: namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad Cataractas peruentum est. Ipse Strabo se in Syenè insulam mediterraneæ cognominem traicisse lib. ult. scribit. f Placidior. nam hucusque nauigatur. Nilus enim ad Elephantidem usque nauibus ascenditur, ulterius autem progredi Cataractæ non sinunt, ait Iosephus cap. 11. lib. de bello Iudaico quinti. g Cercasorum oppidum. Herodotus quoque lib. 2. Cercasorum ut-

hem refert, iuxta quam, inquit, scinditur Nilus, in Pelusium fluens, & Canobum. De Metili in urbibus Stephanus meminit: & Metiliten nomen Plinius. 11. capite libri quinti inter alios numerat. Notandum uero, supra hæc loca Nilum quoque aperiri, & insulam facere, quam Nili nominarunt, longam passuum. 50. milia, cuius Ptol. & Plin. meminere, uerum alucis rursus coeuntibus. a Delta. Terra quæ extimis alueis fundentis se Nilus clauditur, à triquetra figura græcæ literæ uocabulo Delta nominata est, habetq; proprie nomen Aegypti ab

Delta.

dum triplex esse incipit. Deinde semel iterumq; diuisus, ad ^a Delta & ad Metilim it per omnem Aegyptum uagus, atq; dispersus, ^b septemq; in ora se scindens, singulis tamē grandis euoluitur. Nō pererrat autem tantum eam, sed æstiuo sydere exundans etiā

Africa Canopico ostio, ab Asia Pelusiaco separata. 170. millium pas. interuallo, ut scribit Plin. Est autem expansæ manui nō absimilis, & in totū, mari nostro, & Nilo insula facta. De qua perpulchra Strab., & Diodo. Hircius libro bellorum ciuiliū quarto: Locus est, inquit, ferè regionum illa-

rum nobilissimus, non longe ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cepit: nā pars quædam fluminis Nili deriuata inter se, duobus itineribus paulatim medium inter se spatium relinquens, diuersissimo ad litus interuallo à mari adiungitur. Indicat Ptolemæus tab. Africae tertia. Hanc terram aliquando nō existisse Aristoteli. 6. cap. secundi Meteororum refert, & lib. 2. Herodo. Delta, inquit eis, ut ipsi dicunt, & mihi uidetur, defluxa humus est, ac nuper, ut sic dicam extitit. Argumētū est, quod è Cyrenaica per Catabathmon in Aegyptum, ceu in uetustum quendam Nili alueum descenditur. Fluij ergo munus iure appellari potest, ut lib. 1. Strab. ait. Et Seneca Aegyptum ait non tantum terrarum fertilitatem, sed ipsas quoque terras Nilo debere. Id autē ita esse illud quoque argumento est, quod Pharos insula aliquando magno interuallo à continenti sciuntur, post pē insula facta est, terris illic auctis, & pelagus urgentibus, de qua nos alibi. b Septem in ora præcipua: nam & alia sunt tenuia, quæ nomen non merentur, ut Strab. pleraq; uero manufacta ostia, ut libro Meteororum primo Aristotele. Luca. in octauo: Gurgite septeno rapidus mare summoet amnis, Terra suis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo. c Aestiuo sydere. Idem Seneca. Diodo. Herodo. Plinius. Sed Plinium sequi libet, cuius hæc lib. 5. uerba sunt: Incipit crescere Luna noua, quæ cuncte post solstitium est, sensim modiceq; Cancrum Sole transeunte: abundantissime autem Leonem, & residet in Virgine ipsæ, quibus accreuit modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus. cetero die. Aristoteli. (nisi me lectionis fallit memoria) Plin. & Seneca contrarius, subito uenire Nilū credidit. Nō solam autem Delta irrigat, sed & superiorem Aegyptum. Porro Nilus, inquit Herodotus. ubi inflatus est, non modo Delta inundat, uerū etiam plagam, quæ dicitur Africana esse, aliquoties & Arabicam, idq; utroq; uersus duorum dierum itinere, & amplius eo uel minus. Strab. lib. ultimo, eam Aethiopiae regionem, quæ statim supra Syenem, & Cataractas est communiter cum Aegypto irrigari scribit. Quicquid autem iuxta non adiunxit, id sterile & squalidum iacet, inquit Seneca. Eam ob rem, iuxta habitantibus tanta admittendi Nili sollicitudo est, ut ut fossis cum plurimis in longinqua abducant, & decrecentem persæpe intercipient, aquas in longiorē usum seruari, fossas eas superfluentis Nili receptacula Tacitus uocat. Vbi uero altior locus est, quam ut obduci secundo illo humore possit, Cocleis multa industria ad id comparatis, sursum aqua ducitur. Author est horum lib. ultimo Strab. Scribit lib. 3. bellorum ciuiliū. Hircius Alexandriam ferè totam suffosam, & specubus cauam ad Nilum pertinentibus: quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paulatim liquefces, & subsidēs fontalis aquæ loco bibitur. Alioqui fons tota urbe nullus est: & ea quæ flumine Nilo fertur, adeo est limosa, atq; turbida, ut multos uariosq; morbos efficiat. Mira autem natura fluminis, quod cum cæteri amnes abluant terras, & cuiſcerent, Nilus tanto cæteris maior, adeo nihil ædit, nec abradit, ut contra adijciat uires, nimiumq; in eo sit, quod solum temperet. Seneca author. Est & id haud quaquam omittendum, esse illic puteos, qui unā cum Nilo crescunt, & decreſcunt: in his omnia fluij incrementa obseruantur. Nam in eorum marginibus notæ quædā sunt mensuræ incrementorum. Strabo Nilometria appellat. Ex his quantum augeantur undæ, qui obseruant, in uulgus produunt: & si lentius assurgit, fossis student aquas retinere, si iustius extuberat, ocio genioq; dediti, fertilem expectant annum. Maiora etiam incrementa, maiores prouetus principibus denuntiant. Hæc ferè ex Strabone, & Diodo. Iustum incrementum, inquit Plin. cubitorum est sedecim. minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo: hæ enim serendi tempora absumunt solo madente: ille non dant, sitiente. In .12. cubitis famē sentit, in .13. etiā nūc esurit. 14. cubita hilaritatem afferūt. 15. securitatē. 16. delicias. Persæpe itaq; Nili tenuitas famē parit, ut eo anno quo truncatus in Aegypto Pompeius est, & iterum Traiani imperio, ut Plin. iunior in Panegyri ad Traianum scripsit. Porro pulcherrimus aspectus est inundationis diebus, urbiū

Delta non semper fuit.

Tempus incrementi Nili.

Nili irrigatio.

Nilometria.

- uicorum & mapalium more Cycladum extantium: latent campi, opertæ sunt ualles, nec ullum in mediterraneis nisi per nauigia cõmentium est, maiorq; est lætitia gentibus, quo minus terrarum suarum uident, uti eleganter Seneca scribit. Pecora interim in stabulis reclusa nutriuntur à colonis, ad id antea præparato pastu: uulgus remissis operibus rusticis ociosum, epulis indulget, ac uoluptati. Ex Dio. ^a Hippopotamos. hoc est flumiatiles equos, quibus ungula fissæ, quales bubus, dorsum equi, & iuba, & hinnitus, rostrum resupinum, dentes ad unci, ut apris, sed minus noxii, ut Plinius cap. 15. octauo libri scribit. De
- Hippopotamus.** hoc animali sic Calphurnius in Aegloga, cui titulus Templum: Spectauit uitulos, et equorum nomine dignus, Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni, Qui sata riparum uenientibus irrigat undis. ^b Crocodilus. Terribilis hæc contra fugaces bellua est, fugax uero contra insequeces, ut Plinius. Seneca, fugax, inquit, animal audaci, audacissimum timido. Mirum est, id animal quod ex ouo gignitur, in longitudinem .18. cubitorum excrecere, ut Plin. s. lib. asserit. Lingua caret, maxilla tantum superiore mobili, dentibus acerrimis, & in seuitiam peccinatim coeuntibus. Ipse Viennæ uidi, Venetijs aduectos complures cubitorum .6. & tenellos etiam unius cubiti, lacertis nostratibus grandiusculis admodum similes, nisi quod colore plerumque sunt flauo. Sunt in Aegypto Tentyritæ, huic belluæ natura aduersi, sicut serpentibus in Africa Pylly, à quorum etiã olfactu abhorret: hi claua in os addita contra morsus, captiuos è profundo in ripam trahunt, & ut libet tractant. De quibus in s. Plin. & lib. ulti. Strabo. Seneca quoque libro nata. q. 4. Sed in hoc diuersus, quod non generis proprietate aut sanguinis, sed temeritate potius uincere belluas illos existimat. Eius uerba hæc sunt: Nec illos Tentyritæ generis aut sanguinis proprietate superant, sed cõtemptu & temeritate. Etiam si apud Senecam tinctura pro Tentyritæ, & separant pro superant, uel in emendatis exemplaribus legitur. Scripsit aliquando Aurelius Festus, ille qui Aureliani libertus fuit, Firmum Aegypti Tyrannum Crocodilorum adipe perunctum, inter Crocodilos impune innataisse, id quod Spartianus adnotauit: ut uerisimile sit, immanam seuitia bestia sui generis odore seductam naturæ parcere, non homini. ^c Glebis infundat animas. De animalibus Ouidius, & Diodorus.
- Mattheus Palmerius.** Verum quod ad humanam effigiem attinet, nunquam equidem credididem, nisi ex animalibus Matthei Palmerij, Florentini, qui apud Eusebium in Chronicis Hieronymi & Prosperij historijs subiuncti extant, certior factus essem. Hic septimo anno pontificatus Pelagij, in Nilo animalia masculina, & foemina uisa esse scribit, quæ ad lumbos usq; humanam effigiem habuerint: eaq; ipsa per Decum adiurata, à matutino adusq; non à horam se uidenda prebuisse: ^d Crescit porrò. Incrementi rationes, pro diuersitate aliter aliterq; sentientium, referunt potissimum Aristo. Diodo. Seneca, Plinius. ^e Siue quod solute. Ita sensit Anaxagoras, cui improperant, ut inepte locuto, Herodo. Diodo. & Seneca: sed nimis meo iudicio temere. Nam in Austrino latere niues cadere, & pluuijs undis uel à meridie fluentem, Nilum accrescere posse, euidentibus rationibus indicari potest. Sed in hoc indubie peccatum est, quod Sole Cancrum occupante, quando ad crescit Nilus, Aethiopicæ ad meridiem niues liquefieri Anaxago. existimauit, Sole uidelicet tunc maxime atq; altissime distante, qui hyeme nostra magis illa liquefaceret, cum ob rectos in ea loca radios, tum ob maiorem in terrâ uicinitatē: tunc eni Australia signa ipse occupat. Sed priora explicemus. Libyci montes, cum Sol ad Capricornum obuersatur, niues suscipiunt cœli frigore in æstatem usq; pertinaces. Quod Plinij authoritas confirmat, asserentis Suetonium Paulinum, qui interiora Mauritaniæ peragravit, quem ipse Consulem Romæ uiderit, retulisse inter cœtera, Atlantis uerticem altis etiam æstate niuibus opperiri. Et Atlas tamen, præsertim maior, à tropico Cancri plus minus quatuor gradibus in Arcton declinat. Nec est ut de niuibus dubitemus, quando Cornelius Tacitus grauis in primis author, Libanum montem Aegypto uicinum, in maximis ardoribus niue opacum esse scribit libro Augustalis historiæ uicesimo primo. Quod si ita est, quis neget in Austrino latere, in iugis montium, si quæ sunt, ut certe extant, pari aut maiori interuallo in Austrum à Capricorni tropico deuergentibus, niues quæ diu etiam perseuerent, cadere posse: quod si montium impar altitudo est, saltem niuem illic cadere pluuiosam, quæ lacus circum, quæ paludes, quæ amnes in Nilum corriuantes augcant. Illa cum primis opinione suffragante, quod Nilus

quod Nili fontes à meridie incerti sint, & cuiusmodi possit non temere uideri, è loco aliquo, qui trans torridā sit, profluere. Quid Ptolemæus? qui ex Lunæ montibus niue defluente, Nili fontes aqua oppleri aserit. Præterea si ad Cancrī tropicū imbres cadunt, Sole brumam faciente, id quod aperte indicant Plinius & Seneca: quid prohibeat quo minus idem fiat, ad Capricornī tropicū, Sole Cancrū tenente? Addo quod in æstate Indorum mōtana crebris imbribus abluuntur, ut receptissimi authores scribunt: & hæc tamen alicubi decem, undecim, aut

Aethiopiæ iugis largius, quàm ripis accipi queant, defluūt. Siue quod Sol hyeme terris propior, & ob id fontem eius minuens in æstate tunc altius abit, sinitque integrum, & ut est plenissimus, surgere.

duodecim graduum latitudine, à Cancrī parallelo non absunt. Quid igitur negent aut Diodorus aut Herodotus in Austrinis montibus non idem pariratione euenire posse? quādo Sol Cancrū occupans nō modo in opposito suæ augis est, sed etiam à Capricornī

parallelo plus minus. 47. gradibus distat? Aristoteles igitur, ut illis in omni philosophia acutior, ita in percensenda Anaxagoræ opinione modestior, non negat Nilum à fluore meridiano augeri: sed uerisimile non uidetur si bi, à niuib. liquefactis id fieri, cum maior fiat Nili auctus, quàm niuium undæ suppeditare uideantur. Existimat quoq; cum uetustate, quæ id compertum non habuit, impossibile esse locum nosse, è quo ex niue undæ profluāt, cum media Zona æstu inuia sit. Ideoq; in eam magis causam inclinat, quam secundo loco Mela adducit: ut Sole uidelicet à Nili fontibus ad nos transeunte, minor sit calor exurentis uis, & maior gignendi humoris copia, ut liquefcente aliquo, aut plente Nili aluci intumescant: quod ipsum à uero minime alienum est, quanquam à meridie imbribus magis augeri Nilum creditur, ob Solis abcessum, & noctis paulo ampliorem longitudinem. Cognitum hoc esse regum Aegypti obseruationibus Strabo testatur libro de terræ situ ultimo: & miratur admodum id ipsum plerisque antiquorum ignorasse. Minime igitur male Aeschylus, Sophocles, Euripides, Anaxagoræ sententiam secuti sunt. At Seneca Aethiopiam esse feruentissimam ait: ardens ibi, inquit, puluis, nec humani uestigij patiens, argentum replumbatur, signorum coagnēta soluntur: nullum materiæ superadornatæ auro argentioue, aut alio quopiam metallo manet operimentum, sed solutum defluit. Demus nos ut ita sit, quemadmodum Seneca scribit, quod tamen planè non asseruerim: non est consequens, ut aut semper aut omnibus torrida plaga locis hoc contingat. Nam cum de æstu harum regionum sit mentio, semper ea ad respectum præsentis Solis referenda est. Statuo igitur gratia exempli in prima parte Cancrī Solem, eo die parallelus Viennensis aut Parisiensis non totis. 24. gradibus declinatione aberit à Sole: eo tempore grandes nobis imbres oboruntur, & crebræ admodum tempestates. Quæro itaq; ex te Seneca, an non simile quiddam, aut maius his euenire queat, qui tunc in meridiem, à Sole plus minus gradibus .47. distant? At hi sunt qui sub tropico Capricornī situm habent, quorum intolerabilis est calor, quando iuxta Zenith Solem habent: quod si illic nulli essent homines, terris saltē & Nili fontibus, qui tunc iuxta Ptolemæum. 36. graduum interuallo absunt, quod dico, eueniret. Præterea multū refert, authore Alberto, quæ loci sit effigies, plana ne an montosa, uida an harenis torrida, mari uicina an mediterranea: omnia enim hæc uariant, quo minus generalis calor causa habeat locum. Idcirco haud difficile est creditu, quod Plinius scribit, Suetoniū Paulinum, qui suis temporibus Claudij auspicijs Mauritanij bellum inuulit, in interiora illic transgressum, uidisse Atlantis uerticem niuib. pressum, etiam in æstate duratibus: ultra uero ad solitudines adijisse nigri pulueris, eminentibus interdū uelut exustis cautibus: quibus indicij ipse quamquam hyberno tempore expertus, inhabitabilia tamen ea loca ob feruorem cognorit. Prætereo Auicennam & Albertum, qui Senecam eo ipso obruunt, quod temperatam oram sub æquatore esse confirmant. Vbi uero de alijs annibus mentionem facit Seneca, non aduertit, his qui ad tropicos habitant diuerso tempore hyemem & æstatem esse, sicut alijs quoq; qui contrapositæ sunt latitudinis. Itaq; dico Nilum hyeme sua augeri imbribus niuib. & auctum undis aliunde quoq; allabentibus in eas egredi terras, in quibus æstas desæuit: cum enim in Cancro Sol est, hi qui sub Capricorno habitant, hyemem suam habent: ut è regione, cum in Capricorno Sol uertitur, æstas illic est, omnem niuium imbriumq; prouentum summo feruore interceptens, Aegyptijs interim in bruma agentibus. Sicut ergo æstate sua Nili fontes exhauriuntur, ita sua crescūt & opplentur hyeme. Verumq; est, quod fortasse Seneca non aduertit causam unam incrementi Nili esse hyemem suam, cuius undis tamen eodem tempore Aegypti æstas secunda fiat. Per has meas nugæ arbitrij ius esto probis lectoribus, ne erga tantum in omni philosophia uirum meum quispiam officium desyderet. Cæterum quod inibi de Phasi legitur: Phasis quoq; per Indiæ campos oras tenens. &c. legerem Scythiæ, non Indiæ. Nanque in Scythia clarissimus annis Phasis est, Plinio. Negare uero æstatem hyememq; diuersis simul esse posse, quid est aliud quàm, in captu rerum nature extremam prodere imperitiā: nam ut semper alicubi dies est, & simul alicubi nox, ita indubium æstus sem-

Aristoteles.

Strabo.

Seneca.

Nota.

Contra Senecā

Nilus hyeme sua crescit.

Diuersis locis simul æstas & hyems.

Seneca.

- per hyemem, astatem, uer, & autumnum simul esse diuersis locis. Quod ipsum Eudoxus Mathematicus tradidit, nec eget exemplorum adminiculo demonstrationum fides. **a** Siue quod. Sol. Hæc ratio Herodoto probatur, nec temere, quanquam temere eam inaccessit Diodorus. Reuera enim Solis abcessus, ut illic imbrium copia locus sit, efficit, sicut accessus ob æstum, ut dixi, uapores imbres generantes absumit: falsum uero est, idẽ nõ alijs Libyæ fluminibus contingere, quod Diodorus asserit tamen: nam par ratio in illis est, si modo in iisdem aut conformis latitudinis locis oriuntur. Illos enim intelligere, quibus oppositi, aut multo interuallo semoti sunt fontes, ridiculum est. Nam hoc modo uel in ipsa Aethiopia fieri potest, ut uno eodemq; tempore fluuus aliquis hyeme crescat, alius astate torreatur, ppter diuersum fontium situm: sicut Sole Capricornum tenente Nili fontes torrentur, interim amnis quispian, qui ex iugis Aethiopicis, quæ iuxta Aegyptũ sunt oritur, imbribus illic eodem tempore cadentibus augeri potest: quum eis qui ad Cancræ tropicum & citra habitant, tunc hyems sit. Porro contra Diodorum Græciæ flumina hyeme crescent, primum omnium propter discessum Solis, cui consequens est, ut illic pluuia sunt frequentiores: sicut in Italia etiamnum tractu interiori, uere & autumnno tempestatibus magis est locus quàm astate; ob Solis absentiam maiorem. **b** Flantes Etesia. Thales, ut tradit Plutarchus, Aquilones anniuersarios in Aegypto flantes Nili exuperatiam attollere dixit, utiq; emissarijs eius turgesciendo mari obstructis. Ita Latinum fecit hunc locum Gulielmus Budæus Gallus, uir doctissimus. At Pomponius & suspendi fluxum, & ad principia amnis posse propelli Etesijs nubes ait: tanquam ita Thales senserit: cuius tamen ratio ab Aristotele, Herodoto, & Seneca pariter reuellitur. Alioqui non absimile fuerit uero, Etesias, qui ab Arcto flantes post æstiales Solis uersiones, meridianos imbres eo modo progignere, quo nobis Austrini flatus solent. De Etesijs autem à principio tertij libri, Meteororũ Aristoteles, Seneca in Thyeste. Si quis Taygeti conspicuas niues, Quas cū Sarmaticus tempore frigido, In summis Boreas composuit iugis, Aestas ueliferis soluit Etesijs. Diodorus Democritum nulla iusta causa reprehendens, Etesias ait non eos esse qui à septentrione sed qui ab æstiuo occidente flant: tanquam occasus æstiuus, illis præsertim qui propius Arcton habitant, non sit, si æquatorum respicias, uel maxime septentrionalis. Euthimenes Masiliensis sententiam suam mendacio uerisimilem fecit, ausus affirmare se Atlanticum nauigasse mare, è quo Nilus maior fluat, quamdiu Etesia tempus obseruant: tunc enim dixit eijci mare instantibus uentis. Quod falsum esse, recte Seneca contendit: ante Etesias siquidem crescit Nilus: horumq; flatus cum admodum pacatus sit, nil impellit, præterea nunc tota (inquit Seneca) extremi maris ora mercatorum nauibus stringitur, quorum nemo narrat maritimum Nilum, aut mare saporis alterius, quàm natura credi uetat: quia dulcissimum quodq; & leuissimum Sol trahit. Et paulo infra: Quod si è mari ferretur Atlantico, totum simul oppleret Aegyptum, at nunc per gradus crescit. Hæc Seneca: apud quem eodem in loco quatuor dictiones corrupte leguntur. Non sit (inquit) quo illi flauere uehementius, &c. fauere exemplaria corrupta habent. Item, nemo narrat Mintium Nilum, pro, maritimum. & paulo infra: semel populet, pro, simul oppleret. Non ignoro Aegyptios olim sacerdotes Nilum ab oceano fluere confirmasse, ut Diodorus scribit, atq; inde à uetustissimis uatibus Nilum oceanum nominatum, quod & Herodotus secundo libro autumat. Tantam tamen undarum uim, atq; adeo dulcis haustus amnem eo modo fontes habere haud unquam uerisimile fuit, cum iam alijs propè euidentijs causis eius incrementum comperit habeamus. Quanquam Theophrastus, authore Seneca, Nilum aliquando marinam aquam detulisse scripsit: dubium tamen est an Historica id fide præstiterit, nisi salcedinis causas, in adultis Sole arenis subesse intelligimus.
- c** Super principia. Super Nili fontes. Nam uenti septentrionis ut nobis cælum reddunt serenum, ita Africæ plerunq; nubium propulsa caligine imbres pariunt. Hinc de Borea Lucanus libro tertio: Cum mediũ nubes Borea cogente sub axem, Effusus magnum Libyæ tulit imbribus annum. **d** Præcipitant. agminatim impellunt. **e** Venienti. Nilo. **f** Cum fluctibus. cum Aegyptij maris æstu: nam ea litora utpote nobis obuersa Boreas infestat, sicut è regione, nostra petunt Auster & Africus. **g** Obducunt. claudunt & opplent, quo minus egrediatur. Lucretius libro sexto, ubi de iisdem incrementi causis meminit, sic tradit: Est quoq; uti possit magnus congestus arena fluctibus aduersis oppilare ostia contra, Cum mare per motũ uentis ruit intus arenam. Quo fit uti pacto liber minus exeat amnis. &c. Quo loco oppilare dixit ostia arena congestus: quod Pomponius obducere, pro eo quod est opplere & suffarcire: quo significatu & Medicis oppilare & oppilatio in usu est. Tameñ Hermolaus Barb. uir doctissimus, castigationum Plinianarum libro ultimo, Vitium

præclusi fardiq; iocutoris aliorumq; intus uiscerum parum plausibili, nec imitatione digna uoce, oppilationem à Medicis uocari contendit. Quod secunda Philippicarum Cicero Tarbernis oppilatis dixerit, pro eo quod est pilis stantibus obfirmatis suffultisq; à cuius utiq; sententia non recesserim. Plinius (ut ad Nilum reuertamur) causas, inquit, huius incrementi uarias prodidit, sed maxime probabiles, Etesiarum eo tempore ex aduerso stantium, repercusso ultro in ora acto mari: aut imbres Aethiopiae aestiuos, iisdem Etesijs nubila illo ferentibus

^a Fitq; maior, uel qd nihil ex semet amittit, uel qd plus quam solet accipit, uel quod minus quam debet emittit. ^b Quod si est alter orbis, suntq; oppositi nobis à meridie ^d Antichthones, ne illud quidē à uero nimium abscesserit, in illis terris ortū amnem, ubi ^e subter maria caeco alueo penetrauerit, ^f in nostris rursus emergere, & hac re solstitio accrescere, quod tum ^g hyems sit unde oritur. Alia quoque in

reliquo orbe. &c. Credita est igitur triplex incrementi ob Etesias ratio: nam aut ob nubes aëtas super Nili caput, aut ob aduersum statum, unde solitum cursum morantem, ut inde fiat auctior, aut ob arenas maris impetu ab Etesijs agitati, in annis emissaria congestas, sit maior. Prima harum ueri habet aliquid, reliquæ futiles sunt.

^a Fitq; maior. Priorum rationum epilodus est. Ut sit sensus Nilum fieri maiorē, uel quod nihil ex semet

amittit, Sole scilicet à fontibus eius absente, ob secundam rationem: uel quod plus quam solet accipit, ob niues solutas, & imbrium in Aethiopia interiori prouentum, ex prima & tertia ratione: uel quod minus quam debet emittit, propter Etesias annis cursum suspēdentes, aut harenis ostia obthurantes, ob quartam rationē & quintam. ^b Quod si est alter orbis. Ostendimus supra, Perioeci omnem temporum rationem cōformem esse,

Nota.

quacumq; parte circumferentiæ rotundæ molis sint. Id ipsum demonstrare nō difficile est, cum igitur Antichthonibus nostris hyems est, eadem Antociis nostris eiusdem cum illis paralleli existit, nam Antichthones nostri illis Perioeci sunt. Quid igitur erat opus, ob hyemem meridianam Nili fontes à tam profunda origine ducere, si eadem in illa prouenit quadra, quæ trans æquinoctialem per Aethiopiae latissimos tractus ipsi etiamnum Pomponio nota fuit, & arma Romana peragrarunt: Quod si intersuo oceano (ut uetustatis erat opinio) Antipodum & Perioecorum plagæ à nostris separarentur, nihil minus tamen illæ ut hæc frigoris aestusq;, tum & uerni & autumnalis temperiei conformem haberent modum. Si primam incrementi Nili, quam posuit rationem recte tenuisset Pomponius, non admisisset me hercule postremam. At mouerūt Memphitici philosophi, qui, ut Diodorus scribit in illa fuerunt sententia, tum Nicagoram Cyprium idem confirmasse scribit Aristoteles. Quod si illi temperatam Antocorum nostrorum intellexerunt, rem tradiderunt maxime uerisimilem, ut supra exposui. Si eo modo quod Pomponius, falsam indubie & fidem indignam. Nihil autem in rerum naturæ perquisitione molestius

Nota.

candidis ingenijs, quam alienis & minus apposite depromptis rationibus quicquam inuolueri, ac propè contemnere, non explicare, quod aut ueris, aut uero non adeo alienis argumentis commode explicari queat. Sed nihil ad Pomponium, qui quid alij contenderint magis quam quod ipse senserit, attulit, ut Diodorus quoq;, Herodotus, Seneca, & Plinius (saluo tantorum authorum honore dixerim) aliorum industriam in hac re magis quam suam prodiderunt. ^c Nobis. Qui temperatam septentrionalcm inhabitamus. ^d Antichthones. Qui illis qui supra Aegyptum habitant in interiori Libya ad certum parallelum Perioeci sunt. Intellego autem per Antichthones Antipodis, ut supra. ^e Subter maria. ea quæ inter nostrū & illorum orbem intersunt, ita esse Macrobius & alij non pauci putarunt falso. ^f In nostris. ad quas nos nullo intermedio oceano permeare possimus. ^g Hyems sit. Verum id est etiam si nostro orbe oritur: ut supra pro Anaxagora explicuimus.

LIBVIIT huic loco adscribere quod ad longinquam Nili originem pertinere uidebatur, ne quis adeo miretur ex alio orbe petitos Nili fontes. Aristoteles author est, Artaxerxem cognomento Ochum, expeditionē aduersus Aegyptios parantem, per Indica flumina quædam, in quibus Crocodili apparuissent, classe descensurū fuisse, quod persuasum esset ei Nilum in Aegyptum fluentem, inde principia sumere: nec omnino tempore suo an ita esset compertum fuisse, & an rubrum mare, quod ante sinum Persicum est, cum illo quod ad Herculeas colūnas est, unum mare esset, id est Oceanus an mare seorsum. Alexāder quoq; Magnus, ut Strabo libro decimo quinto scriptum reliquit, cum Crocodilos in Hydaspe uidisset, & Aegyptias sabas in Acesine inuenisset, putasse id esse Nili initium, & propterea clissem in Aegyptum parasse, tanquam hoc flumina in Nilum nauigaturus. Hanc uetustatis credulitatem sequi uoluit Vatum princeps Virgilius quarto Georg. lib. cum ait: Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis. Tortellio hallucinante, qui per coloratos Indos, nigros Aethiops intellexit. Pausaniās refert, credidisse quosdam ex Euphrate manare Nilum, qui terra conditus, supra Aethiopiam rursus exeat, Nili

Multi in Asia Nilū oriri putarunt.

Locus Virgilij

- deinde nomen habeat. Condi Euphratem etiā Pompon. lib. 3. scribit, antequā ad sinū Persicū perueniat. Porro Strabo lib. 16. Euphratē à uere in astate exundare scribit, & obruere arua: ut inde ueri quaedā similitudo fuerit, ex eo fluere Nilum, quod falsum tamen esse cōstat. Ad huiusmodi opiniones nō obscure alludit lib. 1. c. Lucanus his uersibus: Teq; uident primi, quærunt tamen hi quoq; Seres, Aethiopumq; feris alieno gurgite campos, Et te terrarū nescit cui debeat orbis. Per Seres, nisi fallor, Scythas figurate intelligens, qui iuxta Taurū, è quo Indici annibus origo est, in ortū & septentrionē siti sunt: siue Seres magis Indos dixit. Et Ptolemæus exteriora Indiæ iuga, Sericorū montiū nomine donauit. Refero hæc eo libentius, quod locū illū ceu apertū præterierunt Lucani interpretes. Seres aut quærere dixit, quod hi fortasse alicubi Nili fontes cernant, & interim Nili esse ignorent. Ad Nilum reuertamur. Inopides Chiūs (ita Diodorus eum nominat, Seneca exemplaribus indubie corruptis) hyeme dixit calorem sub terra cōtineri, & ideo uenas interno calore siccari, astate ergo Nilum crescere, cū tunc interiora terrarū frigeant, & fontibus redeat rigor. Quod recte Seneca improbat: quanquam nō ita à uero aliena uidetur, ut hæc quā Diogenes attulit Appolloniates: q̄ tātū aquarū à Nilo hauriri, & à Sole absumi putauit, ut Arctōū oceanū ea gratia perpetuo fluxu in meridiē tēdere aßeruerit. Sed iprobatur à Seneca emēdas neca: apud quē inibi corrupta lectio est, quam ita restitui: Interrogare Diogenē libet, quasi cōpertū annis inītia & meatus, Nō omnibus locis astate maiora sunt flumina: ut hæc uerba quæ sequuntur, Aegyptū Sol magis pcoquit. &c. Diogeni quasi rationē quærenti Seneca reddituro, tribuantur, atq; inde illa uerba, Sed in ceteris &c. rursum Seneca sint, rationē adductam confutantis. Ita elara erit lectio, posset & cōmeatus, legi: sed minū fortasse latine, hoc uocabulo aliud significante. Q V O D si quis, quid ego sentia, desiderat, respondeo: Nilū mihi uideri incremēta & exaggerationes nō tā à meridiē, quā à Mauritanie iugis suscipere, dūmodo obseruare potuerim, ex Iubæ, Ptolemæi, Plinij, Strabonis, & aliorū relatis, annē dispersis alueis, et passim allabētibus in ea primū Aethiopia, quæ supra Aegyptū est, unum fieri, ut de fontibus eius pronunciarū uix quispian recte possit. Nihil aut refert, in meridiēne, ut Ptol. an occasu, ut & Iubæ & Pomp. Nili fontes esse dicas, si uerisimile est utriq; in eū undas descendere. Sol ergo ad Cancrī tropicū accedens, locū facit imbribus meridianis, & affluentiæ aquarum, ut Aristoteli, Nearcho, Agathargimi Gnidio, & Diodoro cū primis uidetur: rursum uero ad Cancrū accedens, niues ex altissimis illis quæ supra Mauritanā & Numidiā sunt, montibus soluens, ut flumina illic adcreseāt, pari ratione efficit, ut Democritus aßeruit. Fit itaq; ut illic imbribus exortis, hic solutis niuibus, undæ per medias solitudines effluant, & uario flexu tandem corriuent, Nilumq; confertiant, ut ad tantā inundationē sufficiat: crescant uero sensim, prout illinc Sole latius abeunt, crebriores imbres fiunt, huc uero magis accedente eo uehementius niues soluiuntur. Hoc, Sole gemitos tenente, fieri pot: quanquā in Cancro primū Aegyptō reddantur aquæ, fluxus enim longissimus est, & perpetuis ambagibus suspenditur. In Leone ergo est abūditatissimus, aquis utriq; ingruētibus: in Virgine decrescit, qd̄ tū Sol declinationē citius uariat, in æquatorē immittens, & meridianā plagā, quæ intra tropicū Capricorni est, æstu rursum premens, imbrūq; materiā exuens: in libra enim tā residet, ut Plin. scribit. Addo quod annis fluxus uariatur, prout imbres niuesq; utriq; ut apud nos quoq; fit, eo anno ualuerint. Hæc mea est de Nili incremēto sentētia. Eudoxi Aegyptij sacerdotis, omni testī monio præstantissimi Philosophi, autoritate sulta: hic enim, ut in philosophorū placitis Plutarchus tradit, causam crescentis Nili in pluuia aquas refert, anniq; tēporū antiparistāsin, q̄ circūobsistētiā Budæus transtulit. Etenim cū nobis, ait, est æstas, q̄ sub solstitiali circulo agimus, tūc illis hyems est, q̄ sub brumali ad perpēdiculū incolūt: propterea Nili aqua alueos superans expatiat p̄ Aegyptū. Possum uero admittere diuersa sententiē, dūmodo æque uero similia referat: quin & illud pati, ut, qd̄ imperitorū mos habet, mendacia quis dicat: si enim hæc mendacia sunt, in illo sunt genere mendaciorū, quorū causa nō os præcidi (ut Senecæ uerbis utar) nō oculi erui solent, immo quæ maximā habeant fugē. Non me præterit quid Ephorus, quid Timæus opinatus sit: de eis aliorū iudiciū esto, ego neutrum sequor. Nec ignoro pleraq; de Nilo & eius origine Ammianum scripsisse, libro historiarum. 22. sed supra Etesiarū statum, & Iubæ historiam nihil attulisse noui. Ridendum uero, quod Herodotus tradit libro secundo in hæc uerba: Quod si finium ad cœli situs immutaretur, ut ubi nunc Aquilo situs est & hyems, ibi Austri situs esset & meridiē: & ubi Austro, illic Aquilo collocatus esset. Si hæc ita haberent, profecto amotus Sol è medio cœlo sub hyemem & aquilonem mearet supra Europam, quemadmodum nunc supra Africam, pertransiens nobis omnē Europā, faceret (opinor) cadē in Istro, quæ nunc facit in Nilo. Hæc Herod. tāquam Solis excursus in meridiē nullo limite cohibeatur, & tanquā Africa cœlo uerso, & mutatis polis, nō sub tropicis, ut nūc est, māsura esset. Posset uero unquā fieri, ut in Europā ascēderet Sol: aut alia in regione tropicus Capricorni statueretur, quam ante Cancrī parallelus fuisset: etiā si mūdus, ut ille imaginatus est, uerteretur. Ut hæc interim missa faciamus, annotādū inter principia duxerim, Nilū aliquādo nouē annis nō intumuisse, ex Calimachus authoritate: qui fidē meretur ob patriā, nam Cyrenæus fuit. Vnde illud est Ouidij lib. de arte amandi primo: Dicitur

primo: Dicitur Aegyptus caruisse iuantibus arua Imbribus, atq; annis sicca fuisse nouem. Mōses Genesis .41. cap. sterilitatis meminit septem annorum, quam Ioseph prädixerat, toto orbe frequenti fame: quanquam nulla Nili mentione facta. Sed & praesagium minimo defluxu suo fuisse eum constat anno quo Pompeius illic perijt, uana uetustatis superstitio asserere fuit ausa, sicut in decimo & undecimo anno regni Cleopatrae, quā nō defluerat, creditum est imperij eius Antonijq; defectionem Nilo uate portendi: quasi uero tanti fuerit amplissimis.

Nilus praesagus.

his terris mira sunt. In quodam lacu ^a Chemnis insula, lucos syluasq; & Apollinis grande sustinens templum natat, & quocunq; uenti agunt pellitur. ^b Pyramides ^c tricenum pedum lapidibus extructae, quarū maxima (tres nāq; sunt) quatuor ferè soli ^d iuge-

elementis trium homuntionum interitus. Credit Albertus (si modo illud opus Alberti est) libro sententiarum secundo, distinctione .17. in fine; & in eo ipso loco Marsilius, bis in anno Aegyptum irrigari: quorum sententia, nulla prorsus nec auctoritate, nec ratione nititur. An uero è para-

Albertus.

Marsilius.

diso fluat, & quomodo id accipiendum, obiter alibi referemus. De Nilo haec tenus, ac fortasse longius, quam desiderat ratio, at nil mirabuntur studiosi, si Eudoxum, & Aristonem Peripateticos authore Strabone libros de Nilo seorsum edidisse, intelligent. ^a Chemnis insula. Herod. lib. 2. Echemnim nominat, nihil diuerso uocabulo. Cur uero natet, idem rationem affert, ex Aegyptiorum sententia, quam libens omitto. Nam Herodo.

Ego (inquit) eam neq; inmatantem uidi, neq; se mouentem: & hoc audire admiratus sum, si uerum est insulam natate posse. Haec ita scripsit tanquam dubitet natate insulam posse. Ego me hercle nil ambigo: nam Seneca grauis author, lib. nat. q. 3. insulas in Lydia plerasq; quarum lapides pumicosi sunt, & leues, natate ait, authore Theophrasto. Idem, ipse (inquit) ad Cutilias, natantem insulam uidi: & alia in Vadimonis lacu uehitur, alia in Stationensi est &c. Hunc sequitur Plin. lib. 2. cap. 77. ad Cutilias, inquit, aquas opaca sylua, quae nunquam die ac noctu eodem loco uisitur. Idem in Lydia lacu Nymphæo, Calaminas dictas adeo mobiles esse scribit, ut non uentis solum, sed corso etiam quò libeat impellantur. Seneca uerba iam nunc citata, in omnibus quae uiderim exemplaribus uitiosa, Hermolaus propè uniuersa correxit in capitis Pliniani citati annotationis. In eodē lacu saltares sunt, ita dictae, quoniam in symphonia cantu ad ictus modulantium pedum mouentur, authore Plin. Non possum non reponere Capellae uerba, quae de iisdem ex nono libro haec sunt: in Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior asserentium Varro se uidisse testatur, quae in medium stagnum à cōtinente procedentes, cantu tiliarum primo in circulum motae, dehinc ad litora reuertuntur. Haec tenus Martianus. ^b

Insulae natantes

Seneca emendatus.

Capella.

Pyramides. Haec in Aegypto nil aliud fuerunt, quam regum pecuniae ociosa & stulta ostentatio, ut Plin. ait. Nā faciendi eas causam fuisse pleriq; tradiderunt, ne pecuniam successoribus aut amulis insidiantibus praeberent. Plures in Aegypto passim extiterunt, nullae tamē clariores tribus illis, quarum Pomp. meminit, quae orbem impleuere fama, cōspicuae undiq; ad nauigantibus, sitae in parte Africae, monte saxeo steriliq; inter Memphim oppidum & Delta. T V R R E S autem sunt (Solin. inquit) fastigiatae ultra excelsitatem omnem, quae manu fieri possit. Nostri hodie quoque propè paribus expensis, ac pari uanitate ad sacras aedes illas extruunt: in quibus plus multo ostentationis est, quam utilitatis. Duae uero per Germaniam maxime celebres: ea quae Viennae Austriae est, arte & altitudine insignis: & illa Argentoracensis, mole quidem uastior, uerū imparis cum illa elegantiae. Pleriq; in Palaestinam, & Aegyptum religionis gratia itinerantes, illam altiore turrim Babylonis existimant, nectuntq; fabulas, adiri eum ob uermium illic immanitatem non posse. At constat Babylonem ab Aegypto tota Arabia & Syria intermedia sciungi. Quanquam scio, Babylonem munitissimum castellum in Aegypto haud longe ab Heliopoli esse Straboni, si forsitan ab hoc ipso cognominarint. ^c Tricenum pedum. Tricena pedum crassitudinis, ex tantis enim frustis constabant Pyramides, & Obelisci paris formae ex solido saxo fiebant. Ideo Marcellinus lib. 17. Obeliscus, inquit, lapis asperimus est in figuram metae cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, ut quae radium imitetur, gracilescens paulisper specie quadrata in uerticem productus angustum, manu leuigatus artificis &c. ^d Iugera. In iugero .340. pedes insunt. Plin. amplissima, inquit, octo iugera continet soli, quatuor angulorum paribus interuallis per octingentos octogintatres pedes singulorum laterum altitudo, à cacumine pedes uiginti quinque. Herodotus quoque secundo libro octo iugerum altitudinis meminit. Strabo libro ultimo iuxta Labyrinthum Pyramidem, qua rex Imandes conditus fuerit, quadrijugerum esse scribit per singula latera. Plin. maiorem Pyramidem à .340. hominum nullibus annis .20. extructam esse refert: intus uero puteum habere octoginta sex cubitorum altum, quo flumen admissum arbitratur. Plerosq; uero obeliscos, & alia magnifica Cambyses ille immanis & alieni cupidus, dum Aegyptum ingressus est, aequauit solo. Scripserunt de his, quos equidem uiderim, Plin. 12. cap. 14. 30. Strabo, Solinus, He-

Pyramides.

Turres.

Babylon in Aegypto.

Obeliscus quid

- rodo. Martial. Barbara Pyramidū sileat miracula Memphis. non indigna lectu Marcellinus lib. 22.
- Mæris lacus.** Mæris. De illo quoque & Plin. & Strabo in primis, sed in hoc obseruanti mihi diuersi sunt, quod olim campum, nunc autem lacum esse Pomp. inquit: Plinius uero olim lacum fuisse, nunc campum uel fossam grandem esse. Et constat tamen Pomponium & Plinium uno aliquo tempore floruisse: ut ueris mile non sit, adeo mutatum locū breui tempore. Plin. uerba lib. 7. hæc sunt. Inter Arsinoiten autem & Memphitē lacus fuit circuitu. 250. milliū passuum, aut ut Mutianus tradit. 450. mil. & altitudine. 50. passu manu factus, à rege qui fecerat Mæridis appellatus. Idem. 36. lib. inquit, fuit Mæridis lacus, hoc est fossa grandis. Diod. libro secundo, Permansit, inquit, hoc stagnum summa Aegypti orū utilitate, usque ad nostram ætatem à cōditore Myride appellatū. Floruit hic sub Augusto. Ceterum, Mæridem, Muridem, & Myridem, diuersis appellari, iam ex Hermolao notū est. **Labyrinthus.** **Labyrinthus.** Falluntur qui Labyrinthos omnino subterraneos fuisse existimant. Nam Cryptæ ille tot ambagibus intortæ, tam multiplici flexu uariæ sub terra positæ, maximas regias sustinuerunt. **Labyrinthi quatuor insignes.** **Labyrinthi quatuor insignes.** Quatuor esse toto orbe insignes Plinius docet: hunc Aegyptium omnium maximum, & portentosissimum humani ingenij opus: de quo hic Mela. Creticus arte maxime spectabilis, cuius Ouidius libro transform. 8. meminit. Lemnius columnarum nitore insignis, & quartus Italicus à Porsenna Hetruscorum rege sepulchri causa extructus: de quibus nemo Plinio uberius retulit, capite tredecimo libri. 36. in quo de Labyrinthis. Pomponius Herodotum secutus Psammetichi esse ait, de cuius regno libro secundo, hic à uero non admodum aliena scribit. Strabo libro ultimo. & Plin. loco iam citato, à uetustissimis regibus Aegyptium inceptum, à Psammeticho tandem ampliorum factum scribunt. Creticus centesimam tantum portionem eius, qui in Aegypto est, continet. Si quis plura noscere cupit, Plinium adeat, qui uere uosanam illam fuisse dememiam scribit, quæssisse gloriam impendio nulli profuturo: præterea fatigasse regni uires, cum tamen laus maior artificis esset. Labyrinthi autem formas, quibusq; flexibus figura Trigona, quadrangulari, & rotunda strygi queant, editis ut sic dicam Iconibus, iam pridem dicitur Ioannes Stabius Austriacus Mathematicus, maximi ingenij homo, & cui neminem in acute iudicando, simul & inueniendo, recte prætulcris. **Domus.** aliud domum, aliud regiam intelligimus: quanquam ita accipi potest, regias duodecim domos mille adnexas habere, quibus consistunt. Strabo libro ultimo scribit per cryptam egressis uigintiseptem regias ordine sitas, obuiam fieri. Mirumq; illud, quod cuiusq; domus tabulata, & cryptæ latitudo ex pluteis lapideis integris, & magnitudine excellentibus constat, nulla usquam nec ligni, nec alterius materie admixtione. **Perpetuo continuo.** **Intus.** intra uestibulum cryptæ. **Continuo.** subinde flexo. **Porticibus.** cauis illis meatibus. **Subinde.** frequenter. **Errore.** Strabo cryptæ, inquit, quædam multæ, ac longæ, que inter se uias flexuosas habent, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam possit, nec egredi sine duce & c. quibus uerbis inuit, per cryptas in aulam ingredi consueuisse reges, regumq; familiares: ideoq; perplexas itineris ambages factas, ne peregrinis facilis esset in regum conspectum aditus. **Cultores.** De his propè immensum esset prosequi. Et sunt ad fastidium usque copiosi, libro secundo Herodotus, Strabo ultimo libro, & libro secundo Diodorus. **Fimo oblit.** Herodotus libro secundo: Quibuscumq; domesticis aliquis decessit, homo alicuius momenti, ibi omnis muliebris sexus familia caput sibi & uultum oblitit luto: deinde relicto domi cadauere, ipse per urbem uagantes se plangunt, succinctæ, nudatis mammillis, & cum eis proximæ queq; altera ex parte, uiri & ipsi expectorati se uerberant: his actis ita demum ad condicendum portant. **ID VERO** memoratu dignum est, In conuiujs eorum celebribus esse, qui defuncti cuiuspiam simulacrum bicubitale, iconicos effigiatum circumfert.

ostendēs q̄; singulis conuiuiarum ait: in hunc intucns pota, & oblectare, talis post mortē futurus. Hero. author.

a Arte medicatos. Plin. 16. lib. scribit in Syria picis genus cedrium uocari, cuius tanta uis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuso seruentur. Consimilis ingenij est, aloë, quod recentiores medici succocitrinum nominant, contra putrefactionem presentissimum: ac nescio quidem an idem sit cum cedrio, quasi corrupto uocabulo succocedrium dictum: ut gummi hodie Armoniacum propē omnes nominant, quod Plin. &

Cedrium.

Sucus cedrius.
Gūmi hāmoni-
cum.

mare aut fodere fas putant: uerum ^a arte medicatos intra penetralia collocāt. Suis literis ^b peruerse utuntur. ^c Lutum inter manus, farinam calcibus subigūt.

^d Forum ac negocia foeminae, uiri pensa ac domos curāt: onera illae humeris, hi capitibus accipiūt. ^e Parentes, cum egent, ^f illis necesse est, ^g his liberum est alere. ^h Cibos palam, & extra sua tecta capiunt, obscœna intimis ædium reddunt. Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia, sed alii alia, adeo ut quædam eorum etiam per impru-

supra Cyrenas ad Hammonis regionē prouenit: de illo nihil statuo: quāquam constat cedriam cedri picem esse, & cedrium crudam cedri lachrymam, qua utuntur in asseruandis hominum corporibus, sicut primo libro Corollarij explicuit Hermola. Multa Diodo. de cadauerum in Aegypto cōdendorum cura lib. 2. **b** Peruerse. Retro ducendo, ut Hebræi solent, quos Aegyptum tenuisse ritus indicant. Nam ut Hebræi, circumciduntur, sacerdotes lineis utuntur uesti-

bus, capite raso: pleriq; uero & nudis pedibus incedentes, authore Strabone. Notum est in Aegypto mortuos esse Iacob & Ioseph: post cuius mortem populus dei mirifice creuit in Aegypto centum quadraginta quinque annis: nato postea Moysē, qui ē seruitute Aegyptiaca eum ipsum Idololatram fugiens liberauit, ut lib. 13. ciuitatis dei Augustinus scribit. **c** Lutum inter manus. Herod. author est, quem uere id asserere Strabo lib. ultimo testatur. Verum c̄p̄est, inquit, & illud Herodoti Aegyptiorum esse, lutum manibus tractare: massam uero ex qua panis fit, pedibus. **d** Forum. More omnino nostris contrario. Addit Herod. foeminas stantes min-

Foeminae foris
curant.

gere, uiros sedentes. Ex quibus coniectura est, molles plane & emasculatos Aegyptios fuisse: nam muliebrem illorum animum innumera superstitio docet. **e** Parentes. Ex Herodoto deprompsit, qui sic ait: Alendi parentes filijs, nulla uolentibus filiabus, & ut nolunt, summa necessitas est. **f** Illis. Foemellis filiabus.

In Aegypto
spurium esse
nil obest.

g His. uiris filijs. Scribit Diodorus in Aegypto spurium omni prorsus carere nota: singulos uero plures, ut libet uxores habere. Sacerdotes solos ut una contenti sint officio cogi. Quæ res & à nostris hodie omnino diuersa moribus est. **h** Cibos palam. Herodo. Ventrem domi exonerant, exterius in uijs comedunt. Illud eleganter, obscœna reddere Pomponius nominat. **i** Colunt effigies. Quicquid apud Aegyptios boni speciem præ se tulit, id diuinitatem obtinuit: præterea multa noxia, ne obessent, uenerati sunt. Causas tantæ uanitatis nō indiligenter Eusebius primo cap. 2. lib. assert. Plinius est author capi. 5. decimi noni lib. Aegyptum allium, & cepas inter deos iureiurando habere. Iosephus item lib. 11. contra Appionem, Aegyptiorum, inquit, solennes dii sunt bos, hircus, & crocodilus. Sues Iudæorum more ita habent despectui, ut si quis uel transeundo attigerit, abeat lotum sese cum ipsis uestimentis ad flumen. Eā ob rem soli omnium subulci in Aegypto, & si indigenæ, tamen nullum intrant templum, nemoq; aut filiam cuiuspiam eorum nuptum dare uult, aut cuiuspiam eorum filiam in matrimonium ducere. Hero. author. De boue infra dicemus. Hircum scribit Strabo libro ultimo in Hermopoli & Mendete coli, ubi hircos misceri mulieribus Pindarus fabulatus est: Et lasciu mulieribus admiscetur hirci. Herod. caprarios pastores magno honore à Mendesijs affici scribit. Vocatur autem, inquit, hircus & Pan Aegyptiæ Mendes, unde & oppido nomen est. Mirum uero c̄at̄um historicum id pro uero subiun-

Sues despecti.

Hircus sacer.

gere ausum? In hac, inquit, regione contigit hoc mea memoria prodigium: hircus cum muliere coiuit propalā, quod in ostentationem hominum peruenit. Sunt autem immodice lasciu hirci, etiam si homines sint. Vnde hircina libido pro immodica Apuleio dicta, & hircuitalli libidinosi, etate præsertim pubescēte, ubi incipit ualle subalarum trux habitare caper, sicut ait Catullus. De Crocodilis Strabo, qui cum Aelio Gallo præfecto in Aegyptum nauigauit, inter multa hæc scribit. In Arsinoite præfectura mirum in modum colitur Crocodilus: & est sacer apud eos in lacu quodam scorsum nutritus, & sacerdotibus mansuetus, Suchus uocatur. Nutritur autem pane, carne, & uino, quæ à peregrinis afferuntur ad huiusmodi spectaculum uenientibus. Hospes itaque uir, inquit, inter alios honoratissimus, qui nobis sacra commonstrabat ad lacum ueniens, placentulam, & carnem assam, & quoddam mulsu uasculum ex coena attulit. Belluam in ripa lacus inuenimus: ex sacerdotibus alij os eius aperuerunt, alius bellaria imposuit, postea carnem, deinde mulsu iniecit. Ille in lacum exiliens, in ulterio-

- rem partem traiecit. Sed cum alius hospes & similiter primitias attulisset, cursu lacum circumuehentes itidem inuento Crocodilo obtulerunt. Hæc uidisse se Strabo asserit, qui de innumeris alijs, quæ ab illis coluntur, mentionem facit, quemadmodum Herodotus, & Diodor. Iuuenal. Satyr. 15. Quis nescit Volusi Bithynice, quælia demens Aegyptus portentosa colat? Crocodilon adorat Pars hæc, illa pauet saturam serpentibus Ibin. Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci, & reliqua. Inde tot in Aegypto ciuitatibus ab animalibus, quæ uenerantur, data nomina sunt. Id ex Herod. duxerim notandum, mulierem nullam nec Deæ, nec Dei sacerdotem esse, uiros deorum omnium. Præterea, uirilia prout contigerunt, alijs esse permittunt, qui quicquam ab eis didicerunt, hos circuncidunt. Paulus quoque à sacrorum administratione mulieres arctet. **a** Capitale sit. Scribit Diodorus hominem quendam Romanum, selem per imprudentiam in Aegypto, eo tempore, quo summa Romanis illic dignitas esset, interfecisse: Plebem autem id resciscentem, in eius domum tanto impetu pro ultione sumenda irruisse, ut nec regijs ad id missis principibus, nec Romanorum potentia auerti potuerint, quo minus de homine sumpsissent pœnam. **b** Sepelire. Cum aliquod animal ex eorum numero, quæ uenerantur, moritur, sindone contextum cum ululatu peccatis percutientes, sale liniunt: ac cedri liquore, uirginitatisque odoriferis, quo diutius seruetur corpus, unctum in sacris locis sepeliunt. Diodo. author. **c** Apis populorum omnium numen est. Eusebius bouem, hoc est apim in Aegypto coli ceptum autumat, propter Io illam in boue mutatam: quanquã in Chronicis aliud refert. Apis autem bos est diuersis genialium notarum figuris expressus, maximeque omnium corniculantis Lunæ species lateri dextro insignis: qui cum post uiuendi spatium præstitutum sacro fonte imersus è uita abijt (nec enim ultra eum trahere licet ætatem, quam secreta mysticorum librorum autoritas præscribit) necatur Io Inachi, bos scemina, & cum uotis certis offertur: quo perempto, alius cum publico queritur luctu: & si omnibus signis consummata reperiri potuerit, defertur Memphim urbem præstantem, frequentiaque numinis Asclepij claram. Cumque initiãte antistitiu numero centum, inductus in thalamum, esse ceperit sacer, coëcturis apertis signa reru futurarum dicitur demonstrare: & adentes quosdam indicijs auersari uidetur obligis, ut offerret cibum aliquando Germanicis Cesaribus (sicut lectum est) auersatus portederat paulo post euentura. Hæc ex Marcellini lib. 22. Stra. li. ult. In Momæphi quæ alia à Mæphi ciuitas est, uaccã sacrã ali solere scribit: sicut Heliopoli Mæuin boue uenerantur, cuius & Euseb. meminit, Ammianus Meuium notat, nisi uitiatus codex est. De Api multa admodum digna lectu Stra. lib. ult. Pli. capite. 46. octauo libri, Memphi, inquit, est locus in Nilo, quem à figura uocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteamque mergunt: septem hi sunt, mirumque, neminem per eos à Crocodilis attingi: octauo post horam diei sextam redire belluæ feritatem. Meminerunt eius bouis Suetonius in Tito Vespasiano, Spartianus in Hadriano, Soli. Herodo. ceteri. Macrobius per eum, Solem intelligit. Augustinus Apim Argiuorum regem aliquando in Aegypto mortuum esse scribit lib. 12. Ciuitatis dei. Hanc uanitatem olim populus Iudaicus secutus, uitulum sibi cõflatilem fecit, & adorauit. **d** Ipsi uetustissimi. Scribit libro secundo præparationis Euangel. Eusebius, Aegyptios asserere in rerum omnium origine primum apud eos homines productos, partim propter cœli temperantiam, partim propter Nili fecunditatem, qui humanas etiam effigies moliantur, ut supra. Reuera tamen eo uetustissimos esse, uel ueteris instrumenti fides indicat. Dignum est scitu, quod Herodotus scribit in Euterpe, Psammetichi temporibus anxie de uetustate Aegyptiorum perquisitum esse, quod Phryges uetustiores esse sese contenderent. Infantes igitur humili genere natos, pastori educandos tradidit, ea conditione, ne uerbum quidem quisquam coram ipsis hisceret. In casa illi solitaria educati, & tum lacte caprino, tum cibarijs alijs postquam creuerunt, foti, & adusque bimatum retenti sunt. Contigit deinde ut pastore, qui hæc administrabat, ianuam aperiente, atque intrante, ambo infantes porrectis manibus procidentibus Becus clamarent. Ea uox sæpe repetita ad Psammetichi aures delata est, qui sciscitans mortales, ne aliqui hoc nomine quicquam significarent? comperit tandem Phrygas sic pater nem adpellare. Atque hoc indicio, Phrygibus Aegyptij ut prioribus ceferunt. Hinc illud est Claudiani libro contra Eutropium. 2. Dat cuncta uetustas Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra Restitit, humani postquam puer uberis expers, in Phrygiam primum laxauit murmura uocem. Lactantius Placidus, Statij interpret, apud eundem in quarto Thebaidos, hanc contentionem inter Arcadas luna se uetustiores esse iactantes, & Phrygas

Phrygas fuisse scribit. Iustin. lib. 2. Scythas & Aegyptios contendisse ait, & primos homines Scythiae tribu-
it, Plato Atticae, Hebraei & Christiani Paradiso: quae quamam terrae parte sita sit, etiamnum quaeritur. a

Amasim. De hoc Lucanus lib. 9. Non mihi Pyramidum tumulis euulsus Amasis. Hic authore Eusebio, Dynastiae
decimae octavae rex tertius fuit, anno mundi. 3480. unde coniectura euidens esse potest, multos ante eum reges
floruisse. Non praeterierim hoc loco, Aegyptios aliquando reges suos omnes Pharaones nominasse, sicut postea Pharaones.

uetustissimi (ut praedicat) hoim, trecentos & triginta
reges ante^a Amasim, & supra^b tredecim milliū an-
norū ætates certis annalibus referūt, mādatumq; li-
teris seruant, dum Aegyptii sunt, c quater cursus su-
os uertisse sydera, ac Solem bis iam occidisse, unde

Ptolemæos, ut iperatores nostri Cæ-
sares dicuntur. Ea causa Augustinus
octauo cap. lib. de ciuitate Dei deci-
mi, Pharaonem regem Aegypti inter-
pretatur. Ille autem qui Mosen perse-
cutus est populū Israël ex Aegypto
ducentem, Cenches Pharaon dictus
est, authore in Chronicis Eusebio. Io

sepho certe Techmosis dicitur, & nonnullis Amasis. Authore enim Appione Polyhistor, cuius meminit Gellius,
Iudæi, qui iam olim Aegypto potiebantur, Amaside regnante, duce Mose ab Aegyptijs defecerunt, Eusebio ali-
cubi authore. Adde & hoc, Barbaros uocasse Aegyptios omnes eos, qui lingua sua non loquerentur, Herodoto
authore. b Tredecim millium. Discordat in numero ab Herodoto, ex quo tamen hæc deprompsisse uide-
tur. Nam hic secundo libro, nisi corrupta est lectio, mille trecentorum & quadraginta annorum meminit, in eo
uero quater Solem præter consuetudinem fuisse ortum ait: bis quidem illic exortū, ubi nunc occidit, bis autem
unde nunc oritur, illic occidisse. Et de annis quidem dubitari posset, eo quod annum dierum triginta apud Aegy-
ptios fuisse Plinius asserit. Si ita accipimus, nulla uetustas est, nec dignum tempus cuius mentio fiat: essent enim
annorum nostrorum mille octoginta tres plus minus, & menses quatuor. Ceterum, quod scribit quater per id
tempus uertisse sydera, necesse est ut duodecim mensium annum intelligamus: cum ne hoc quidem modo tot an-
ni ad tantam mutationem syderum quadrent, ut iam nunc exponam. Annum autem & hunc in Aegypto coepit
se ex Strabone constat, qui libro ultimo. 365. dies in anni complementum tradidisse eos scribit: mox Græcos,
apud quos annus eo tempore ignorabatur, ab illis didicisse, multis sacerdotum monumentis in Græcam linguam
translatis. c Quater uertisse. Quo motu? Si motu quo existimatur octaua sphaera in 100. annis uno gra-

Motus octauae
sphaerae.

du ferè mutari respectu sphaerae nonae: desiderabit ea conuersio triginta sex annorum millia, qui numerus annū
illum fabulosum Platonicum efficit. In quo metiendo nihil pensi uetustiores habuerunt, & uariant etiamnum re-
centiores. Nec dubium est tamen, ex diligenti motus orbium obseruatione isthoc scire posse, cum sit deprehen-
sum octauam sphaeram proprio nisu moueri contra motum primi, ut uocant, mobilis, ab occasu in ortum uersus:
ne quis fabulosa putet Platonis ueterumq; placita, quod ita fieri, quantum ad caeli motum attinet, nō possit. Sed
hac causa magis, quod Christiana religione, ut diuersum nobis persuadeamus, arceamur. Statuamus autem, gra-
tia exempli, aliquā stellam fixam in certo gradu nonae sphaerae hoc nostro seculo oriri & occidere, illa post cen-
tum propè annos, cum alio gradu & sequente, orietur & occidet, ob motum iam dictum: & quia circulo. 360.
gradus respondent, & singulis seculis, hoc est singulis annis centenis, in singulos gradus illa mouetur: cōsequens
est, ut praedicta fixa stella sub eum gradum nonae sphaerae, cum quo hodie oritur, occiditq; non perueniat nisi. 36.
millibus annorum exactis: tanto enim tempore illa fit syderum conuersio. Nec uero me praeterit esse recentio-
res, qui id annis. 49. millibus euenire asserant, propter motum trepidationis, siue reuersionis octauae sphaerae in
paruis circulis super capitibus Arietis & Libræ descriptis. Quid uero proportionis est annorum tredecim mil-
lium ad numerum conuersionis praedictum? Adde: quod hoc modo non contingit, quod aliquo tempore Sol ibi
oriatur ubi prius occidit: quocumq; enim gradu oriatur, in eodem occidit, Quid igitur? Quando me torsit locus il-
le (uolo equidem fateri per quos profecerim) & Chalcographi in postulandis schædis meis (simul enim domi &

Anni magni ex
plicatio.

in officina Chalcographaria hic noster commentarius cudebatur) molesti admodum essent, ad Georgium festina
ui Collimitium clarissimum Mathematicum: cui quicquid in me rudimentorum est, ad Astronomica illa attinen-
tium, acceptum ingenue refero. Qui uiso Pomponij loco, quo premi me nonnihil querebar, codicem protulit eius
authoris peremendatum, quo in interpretandis Melæ libris usus est. Andreas Stiborius Boius, ordinarius ali-
quando Viennæ Mathematicæ professor, homo dum in uita fuit, citra controuersiam doctissimus, cui proximis
annis Collimitius Cæsaricus & Physicus & Mathematicus, auctiori factio stipendio successit. In eius codicis mar-
gine scholia quaedam adscripta crant, quæ cum intuitus esset Collimitius, in hanc sententiam retulit, Videri sibi
ex Pomponij & Herodoti uerbis, mirabilem quandam motus rationem Aegyptios illos secutos esse, qui id eue-
nire putarint, ut ab eo aliquando latere Sol occideret, unde prius ortus est, conuersione syderum facta. Nec alio

Georgius Col-
limitius mathe-
maticus.

Andreas Stibo-
rius mathema-
ticus.

id modo fieri posse, quam si persuadeamus nobis octauam sphaeram moueri, super axe Zenith æquinoctialis, terra stante, ad totam sui conuersionem: quo posito & concesso, non difficile esse aiebat, id intelligere quod Aegyptij aliquando asseruissent, & Pomponius referret. Talem autem motum in excursu annorum plus minus triū millium eos distribuisse uideri. Verum repugnare hoc & contrauenire sibi ostendebat, ut Sol bis tantum ortus fuerit, ubi nunc occidit, aut è regione, & interim quaternam conuersionem esse factam: magno argumento, falsæ esse quæ illi tradidissent: nam si quater uersa sydera essent, necesse erat Solis ortum occasumq; similiter quater mutatum esse. HANC opinionem minime ueram, ad Melæ tamen locum explicandum mire efficacem,

cum ego exulians probassem, aliam mihi perquam auide inquirenti recensuit, Videri posse uidelicet, moueri mundum super axe ueri orientis: quo proposito, ex huiusmodi imaginatione sequi dicebat, ut intelligeretur per huiusmodi motum, omni parallelo uerticalem aliquando futurum Solem: quod ipsum ita esse, demonstrabat. Alluisse autem ad talem rationem motus Herodotum existimabat: qui secundo libro scripsit, Solem eadem super Istro suscitaturum, quæ hodie super Nilo suscitatur, si fines uerterentur mundi, & in ea parte statueretur Aquilo, quam hodie tenet Austro, de qua re nos supra retulimus. Tali autem motu tametsi sydera uerti contingeret, Sol tamen non nisi una in parte oriretur & occideret, id quod patet ex sphaeræ inspectione. SED falsa illa omnia, inquit, quæ ad fictos motus attinent, quis nescit? nec religioni tantum nostræ, sed receptissimorum etiam scriptorum auctoritati aduersa, tum & experientia, obseruatione, & demonstrationibus certissimis confutata. Adiecit hoc quoq; quod utrisq; iam dictis motibus, si quo modo possibile foret esse eos, accideret, ut cuilibet portioni terræ, quodlibet coeli punctum aliquando uerticale fieret: unde nulli mirum esset, transmutationes regionum, morū, legum, aliorumq; huiusmodi perpetuo uariari. Ita ut in septimo climate ea quandoq; futura esset elementorum, & quæ ex ipsis constant, natura, quæ hodie de Callicuto, T aprobane, aureoue Chersoneso comperita est. Postremo affirmabat, quod perpulchra esset recentiorum imaginatio de motu octauæ sphaeræ in paruis circulis super capitibus Arietis & Libræ descriptis: qui motus re ipsa existens, utriusq; cuius meminerit ficti motus, partem quandam teneret: quod mihi instrumento æreo quodam, quo paruos circulos illos uidere erat, apertissime ostendebat. IAM constat posteriores Aegyptios multum à maiorum studijs & seueritate degenerasse: inq; hoc gloriandi genere admodum iactantulos fuisse, ut non iniuria Phlegon Hadriani libertus, in quadam epistola genus illic hominum uanissimum esse dixerit, ut ex Saturnini uita, quæ Spartiano ascribitur, libro. 12. Crinitus adnotauit. Spartianus certe in Aemiliano, Familiare, inquit, est populo Aegyptiorum, ut uelut furiosi ac demones de leuibus quibusq; ad summa reipublicæ discrimina perducantur. Sæpe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamenta seruilia, & cætera talia usq; ad summum R. P. discrimen seditionum ita ut armarentur contra eos exercitus, permouerunt. Adeo plerumq; ubi amplissimis uirtutibus locus est, grandia uitia iuxta eminent.

Aegyptij degeneres.

Polybius.

a Viginti millia. In Delta. 250. urbes fuisse Martianus scribit. Ceterum quod ait, habitauerunt, intelligo tot urbes extra intraq; Aegypti limites eos tenuisse, alioqui res uix capit fidem. Nam Capella Martianus libro. 6. quinque millia oppidorum Indos habitasse refert: & terræ tamen propè tertia pars credita est. Imperio igitur rectius quam terræ Aegyptiorum tot urbes tribuimus. Plinius quoq; lib. 5. Aegyptus, inquit, supra cæteram antiquitatis gloriam. 20. millibus urbium, ibi Amase regnante, habitata præfertur. Strabo libro ultimo ad Thebas Aegyptias scribit obeliscos esse, quorum uetustissimis literis, quanta regum illic potentia fuerit, declaretur: & imperium tenuisse eos usq; ad Scythiam, Bactrianam, Indiamq; & quæ nunc Ionia dicitur, propagatum significare. Tributorum item & exercitus magnitudinem circiter decies centena millia. Quamquam & hoc mihi horum iactantiæ tribuendum uidetur. Nam Imperatores, & rerum gestarum scriptores, ut ornatiore efficiant negotia, ad hoc mentiendi genus aliquando efferuntur: ut libro. 3. scribit Strabo. Ita Polybius Celtiberorū in Hispania. 300. urbes à Tib. Graccho subuersas esse, in Græchi gratiam memoriæ prodidit: illorum more qui triumphales pompas adparant, & pro singulis turribus singulas urbes spectandas exhibent. Nam & Cicero in libro qui Brutus inscribitur, fatetur immodico illo laudationum genere Romanam historiam mendosiore factam esse. Multa enim, inquit, scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consolatui, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones. &c. *b* Says. à qua Saytani Herodoto. *c* Memphis. Notissima ex Apidis culti uanitate, hodie Alcayrum nominari, & Sultani regiam esse ferunt. *d* Syene. Hæc Cancri tropico subiacet, ideo in meridie cū in initio Cancri Sol esset, arrecta corpora nullam faciunt umbram. Vnde illud Lucan. lib. 2. Atq; umbras nusquam flectente Syene. ubi

nusquam legendum, non, nunquam, ut Macrobius legit lib. Somnij secundo: nusquam enim dixit, id est in nulla parte, cum tunc radius ex meridiano per catheton incidat. Hinc & Strabonis illud lib. ultimo de puteo meridiei tempore umbra carente. a Bubastis. in hac Dianæ, quam Bubastin nominant, clarissimum templum fuit, & inter cetera maxime spectabile, ut in Euterpe scribit Herodotus. b Elephantis. Paulo infra minorem Cataractem sita est, ut supra. c Thebæ. hodie Diospolis, ut Strabo

ait. meminit eius Homerus lib. Iliados nono. Plini. lib. 5. Thebæ, inquit, portarū centū fama nobilis, copiosa Arabicarum Indicarumq; mercium, Nilo proximum emporium. Multa de hac Diodorus & Strabo. A Busyride cōditam uolunt. Hortum habuit pensilem, adeo amplum altumq; ut subitus per immensos meatus exercitus emittere potuerint, uulgo id non sentiente: quod fabulosum Plinius existimat cap. 14. lib. penultimi. Demum collapsa, ut alia solent uictustate, etiā Strabonis temporibus uicatim inhabitata

Thebæ.

^a Bubastis, ^b Elephantis, & ^c Thebæ utiq; (ut Homero dictum est) centum portas, siue (ut alii aiunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasq; singulas ubi negocium exegerat, dena armatorum millia effundere. In litore ^d Alexandria Africæ contermina. ^e Pelusium Arabiæ ipsas oras secat. ^f Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticū, Pathmiticum, Mendesium, Tanicum, Pelusiacum, Nili ostia.

ta est. Iuuenal. de hac Saty. 15. Atq; uetus Thebæ centum iacet obruta portis. Quo loco centum portarum meminit, ad differentiam Bæoticæ, quæ septem tantum insignibus portis memorabatur. Ideo Ouidius lib. met. 12. Vrbs erat & septem poses ostendere portas. Hæ pro nomine erant. & c. De illis Aegyptijs Rufus ex Dionysio. Hic urbs est Thebæ, Thebæ quæ mœnibus altis Præcinxere larcm Memnon, ubi Tithoneus Suspectat roscas auroræ matris habenas. & c. Quod ad Memnonem attinet, satis Strabo & Diodorus. Scribit libro. 2. Tacitus, Germanicum Casarem cur aliquando in Aegypto ageret, Thebas diuertisse, ubi in extractis uetustissimis molibus literæ Aegyptiæ extitere priorem urbis opulentiam complexæ: quas è senioribus sacerdotibus unus interpretari patrio sermone iussus, retulit habitasse eam quondam septuaginta millia, etate militari, atq; eo cū exercitus Rhamsen propè tota Asia potitum. Idem tradit, & ceteris miraculis Germanicum animum intendisse, quarum præcipuum fuerit Memnonis saxea effigies: quæ ubi radijs Solis ista esset, sonum uocalem reddiderit.

Iuuenalis.

^d Alexandria. Multa de clarissima urbe illa scribit lib. 10. Egeppus, lib. 17. Diodorus, & 5. lib. Plinius. Iosephus contra Appionem libro primo tradit Alexandriam Ditis patris uetustissimum templum habuisse, à Ptolemæo extractum primo illo Macedonum, scilicet qui opes Aegypti auctiores fecit, cuius multis libro. 20. Tacitus meminit. Durat hodie celeberrimum omnium propè Europæ nationum Emporium, Indicas merces Arabico sinu & Nili fossis uarijs excipiens, & in omnes mediterranei maris oras distribuens. De Alexandria origine, alijsq; in ea insignibus Strabo libro. 17. Alexandria, inquit. 22. lib. Marcellinus, uertex omnium est in Aegypto ciuitatum, quam multa nobilitant, & magnifica conditoris altissimi, & Architecti solertia Dinocratis. & infra paulo: Inibi auræ salubriter spirantes, aer tranquillus & clemens: atq; ut periculum docuit, per uarias cōlectum etates nullo penè die incolentes hanc ciuitatem Solem serenum non uident. Scribit Hircius lib. bellorum ciuiliū. 4. Alexandria edificia sine contignatione, ac materia fuisse, qualia hodie quoq; ut audio, uisuntur struaturis & fornicibus contenta, tectaq; rudere aut pauimentis, ideoq; ab incendijs maxime tuta. Iuxta est Pharia

Alexandria.

Pharia turris.

^e Pelusium. Ab hoc oppido nomen est præterfluenti ostio. Strabo lib. ultimo, Arabia inquit (Petream intelligens) inter Nilum iacet & sinum Arabicum, in cuius extremis partibus situm est Pelusium. Scribit Hircius, existimatum aliquando totam Aegyptum maritimo accessu Pharo, pedestri Peluso uelut castris munitam fuisse. ^f Canopicum. In ostiorum Nili nominibus pulchre Plinio cap. 10. lib. 5. Strabo lib. ultimo, & lib. 22. Ammianus cum Pomponio conuenit, nisi quod Heracleoticum, præterito Canopico, Ammianus recenset, cuius & Seneca meminit ut insignis, lib. 4. nat. q. rationem Plin. reddit his uerbis: Naucratum, unde ostium quidam Naucraticum nominant, quod alij Heracleoticū, Canopico, cui sex millibus passuum proximum est, præferetes. Heracleoticum Tacitus his uerbis indicat lib. 2. historiæ Augustæ: Inde proximū annis os, dicatū Herculi, quem indigene apud se & antiquissimū perhibent, eosq; qui postea pari uirtute fuerint, in cognomentū ascitos. Addit Plinius, minus præcipuis ostijs adnumeratis. 11. ostia reperiri, superq; quatuor, quæ ipsi falsa ora adpellant. & Strab. Sunt, inquit, inter hæc alia quedam ostiola ignobiliora falsa ostiorum adpellatione: habent ingressus nō tamen aptos magnis nauigijs, sed scaphis, propterea quod breuia & paludes loca obtinent. Nonnihil ab alijs diuersa

Ostia Nili.

lib. 2. scripsit Herodotus. Omnibus uero ab insignibus oppidis imposita nomina: Ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebernis, Pathmis, Mendes, Tanis, à qua Taniticū Ptolemæus & Strabo. deriuat. Plin. & in emendatis codicibus Pomponius Tanicū, & de quo supra retulimus, Pclusiū. Hæc de Aegypto hæcenus. ARABIA.

Arabia ubi?
Triplex Arabia.



Vicquid ultra Aegyptum in meridiem & brumalem ortum expositum est, Palestina, Phœnicia, Syria, Mesopotamia, & Babylonia exclusum, id uniuersum ad Arabas pertinet. Quorum

regionem triplicē Ptolemæus fecit, Petream Arabiam

ARABIA.

cam nominans, quæ supra Palestinam ad Casium montē, & mare rubrum excurrit. nomen habet à Petra uetustissimo oppido, de quo infra referemus. Strabo libro decimosexto, Nabatheam uocat. Aliam desertam, felici à meridiē, à septētrione Syria & Mesopotamiæ parte terminat. Vtranq; tab. Asiæ. 4. describit Plinius & Strabo. Scenitē, & Ara-



Arabia^a hinc ad Rubrū mare pertinet: sed^b illinc magis læta & ditior, thure atq; odoribus abundat: hic, nisi quæ Casio monte attollitur, plana & sterilis, portum admittit^c Azotum suarum mercium emporium. Quæ^d in altum abit, adeo ædita, ut ex summo uertice à^e quarta uigilia ortum Solis ostendat.

Scruuius.

hoc loco plura ceu minus illustria præterijt. Seruius super illo Maronis libro Aneid. primo: Centumq; Sabæo Thure calent aræ, Tres, inquit, sunt Arabiæ, Inferior, Petroses, & Eudemon, p inferiorē eam intelligens, quæ ad Cœlesyriam sita Scenitis nominatur. Plinius uigesimo octauo capite sexti libri, Sceniten amplioribus quam Ptolemæus finibus, à Comagene, atq; ipso Amano & Ciliciæ regione descendere ait: in uniuersum amplitudine nullis gentium postferendam asserens. a Hinc. In occasum, Aegyptum uersus & septentrionem, citra montana. b Illinc. In meridiem & ortum. c Casio monte. Iuxta hunc delubrum est Casij Iouis, quod

Casius mons.

Romanorum ambitio illustre fecit, & Pompeij tumulus multis post annis ab Adriano instauratus, ut Capitolianus tradit: Nostri Sinam montem esse asserunt, summæ ueritatis decalogo, perferente Mose, mort alibus exhibitio nobilem, & etiamnū diuæ Catharinæ sepulchro clarum. Plinius Arabiam hanc sterilem, & præter Casium montem nihil insigne habentem indicat. At notandum obiter, alium supra Seleuciam Casium esse Plinio, cuius altitudo in directum quatuor millium passuum est. Cuius, inquit, excelsa altitudo quarta uigilia orientem per tenebras Solem aspicit, breui circumactu corporis diem noctemq; pariter ostendens. Quod ipsum montanis Arabiæ Pomponius generatim tribuit. Ammianus de Iuliano Casare libro uigesimosecundo. Denique præstituto, inquit, feriarum die Casium montem ascendit nemorosum, & tereti ambitu in sublime porrectum: unde secundis gallicinijs uidetur primo Solis exortus. A Casio Ptolemæus Casiotin Arabiam illam cognominauit. d

Duo Casij.

Petra.

Plana. hoc ita esse satis his uerbis Strabo indicat libro decimosexto. Nabatheorum metropolis est ea quæ Petra nominatur, in loco alioqui æquo & plano iacet: in circuitu uero rupibus & præcipitijs mutato, introrsum fontes ad hortos & aquationem uberrimos habente. Extra circuitum regio magna ex parte deserta est, præsertim Iudæam uersus. Hæc ille. Inde Petram deserti ab Esaiâ nominatam legimus. e Azotum. Oppidum Plinius & Strabo faciunt, unde Azotij dicti. Eam ciuitatem diutissimam inter omnes Syriæ ciuitates obsidionem, Psameticho Aegyptum tenente, sustinuisse Herodotus scribit libro secundo. Ptolemæus Azotum Palestinæ tribuit, à quo quantum ad situm attinet, nec Plinius, nec Strabo dissentiunt. f In altum abit. In præ-

uigiliæ quatuor.

cellos assurgit montes. g Quarta uigilia ortum Solis ostendat. Ante ortum Solis iusto tempore. Nam in castris Romanis nocturno tempore quatuor uigiliæ datæ sunt, maioris gratia custodiæ, pluribus demandato labore, ut & certius uigilaretur, & nocturnæ quietis, quam in omni animali natura ex postulat, ratio haberetur: ab occasu autem ad noctis medium uigiliæ duæ, hinc in ortum duæ alteræ statuebantur. Quarta igitur uigilia, tenebris præsertim lucem æquantibus, hora ante uerum ortum tertia initium habuit, qua galli excubitorum res cantu frequenter prædicere diem assolent, quanquam ne medio quidem noctis sileant:

hoc est, quod secunda gallicinia, matutina illa, Marcellinus non tam

apposite, quam eleganter appellauit.

SYRIA.

SYRIA.



A Arabia Petrea totus tractus litoris maris nostri adusque sinum Issicum, Syriae est. Bene ergo Pomponius late eam litora tenere ait. Proscribit omnia Ptolemæus tabulis Asiae quarta & quinta: quas te inspectare est opus quisquis es studiose lector, ex his nostris promouere lubricationibus: alioqui in tanta rerum, nominumq; diuersitate nihil recte memoriae offeres.

SYRIA.



SYRIA late litora tenet, terrasq; etiã^b latius introrsus, aliis aliisque nuncupata nominibus: nam &^c Coele dicitur, &^d Mesopotamia, &^e Damascene, &^f Adiabene, &^g Babyloia, &^h Iudæa, &ⁱ Sophene,

quit, regio ultra Sclucidem in Aegyptum, & Arabiam recedens Coelesyria appellatur, sed proprie que Lybano terminatur, & Antilibano &c. Nomen sortita est à concauitate, quam Græci κοιλότιτα nominant. Nã & κοιλος omnis is locus cauus dicitur. Fecit id altissima inter Libanum & Antilibanum profunditas.

^d Mesopotamia. Quæcumq; intra amnes est Tigrim & Euphratem, à septentrione Tauri excepta. Inde nomen sortita, ut est notum cum ex alijs, tum Philostrato lib. 1. de uita Apollonij. Tacitus lib. Augustalis historie. 5. ubi de Ornospade Partho, Mox, inquit, repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate, & Tigre inclytis amnibus circumflui Mesopotamiae nomen acceperunt &c.

^e Damascene. Circa Libanum à Damasco, clarissima ciuitatum.

^f Adiabene. Nomen habet à difficili transi-

tu: magnis enim rigatur arcibus, Græcis Διαβόλαια transire significat. Lege Ammianum lib. 23. Ptolemæus

hanc trans Mesopotamiam in ortum, Assyriae partem statuit, sicut & Sitacenam, & Arbelitin. At Plin. ultra Armeniã, inquit, Adiabene, Assyria ante dicta. Quo in loco de Syria pro cursu pulchra, quanquam mendose

hactenus inter alia lectum, qui subtilius diuidunt circum Euphratem Syriam Phœnicem uolunt, ubi pro citra

circum legitur, cum intelligat Plinius, Syriam, quæ citra Euphratē est, à frequentiori parte Phœnicem quoque

dictam aliquorum sententia. Nam & mare eius litoris totum Phœnicum cognominatur. Aut certe sic legendū:

Qui subtilius diuidunt circumfundi Syria Phœnicem uolunt: quemadmodum legendum censet doctissimus Budæus lib. de Ase, & partibus. 4. Quod ad Diabenen attinet. Strab. lib. 16. à principio cū Ptolemæo cōuenit.

Martianus. 6. lib. Plinium, è quo sua deprompsit, sequitur. Strabo Babyloniam & maximam circumstantis re-

gionis partem Assyriae nomine comprehendit: à cuius sententia in urbibus Stephanus est, ut ea proprie Syria sit,

quæ citra Euphratem in mediterraneum pelagus inclinat. Plin. 12. cap. quinti lib. Syriae totius Assyriam partē

facit: quem equidem libentius sequor. Multi confundunt, ut Herodotus, qui Syros à Græcis dictos, Assyrios à

Barbaris dici scribit, & illis Chaldaeos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio insignes grammatici super. 12.

Ode secundi Car. Hora. eam quæ nunc Syria dicitur, olim Assyriam addita syllaba dictam scribunt, & lib.

23. Ammianus, Citra amnes, inquit, prouincia est nobilis Assyria, celebritate & magnitudine, tum & multiformi

feracitate ditissima: quæ per populos pagosq; amplos diffusa, quondam & copiosa ad unum concessit uocabulum,

& nūc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani uita, Attyriam barbaris dicta. s. litera in .t. mutata,

quam Assyriam nos uocemus, indicat. Hanc diuersitate percensenti mihi nil aliud uidetur, quàm ut Syriae, &

Assyriae nomina confusa fuisse credam, nam & hodie cōfundimus.

^g Babylonia. Quæ & Chaldaea, quam Ptolemæus cum Pomponio, & Plinio ab Assyria separat, nomen ab urbe adeptæ, de qua infra. Hoc non prætere-

ream Adiabene à Plinio trans Armeniam statui: quod quidem non eo modo intelligendū est, quo Sophenen trās

Taurum in septentriones expositam esse ait: citra enim Taurum esse illam quis nescit? Sed trās Armeniam dixit,

quod Adiabene amplius, quàm illa in ortum solis secundum Tauri iuga excurrit, id quod in quinta Ptole-

mæi tab. uidere licet.

^h Iudæa. Ptolemæus lib. Cosmographia quarto, Palestina, inquit, Syriae, quæ Iudæa Syria appellatur &c. Plin. lib. 5. Palestinam, Samariam, Iudæam, & Idumæam sciungit. Galileam ad-

pellari hic asserens, ubi Syriae iungitur: in occasum autem trans Iordanem Petream, Arabiae proximam. Omnia hæc

Palestinae Ptolemæus subdit, cuius tabulam Asiae quartam diligenter inspicio.

ⁱ Sophene. Plin. Qua Taurum, inquit, transit, Sophene dicitur. Procopius, nisi uitiatus codex est, lib. 1. de bello Persico, Sophone nominat. Ptolemæus eam in Armenia maiori statuit. Strab. lib. 11. inter Taurum, & Antitaurum eodem

Cernes autem, si nobis obsequeris, quàm apte omnia in tabulis expressa loca, Pöponij uerbis respondeat.

^b Latius introrsus. Nam ad sinum usq; Persicum procurrit, ab ortu Susiana & Tauri iugis mediam claudentibus terminata, Straboni, et Ptolemæo.

^c Coele. Hinc Coelesyria dicta Strab. 16. lib. Tota, in-

Coelesyria.

Mesopotamia.

Adiabene.

Assyria.

Iudæa.

Sophene.

Syriae ampliu-
do.

in loco. Vide pro loci memoria comparanda Ptole. tab. Asiae. 3. Populus uero in Armenia celebris Sopheni, quorum in sexto meminit Plin. Dignum est scitu quod scribit lib. 16. Strab. Syriae nomen aliquando ab Issico situ ad potum usque Euxinum durasse, & ob id utrosque Cappadocas, & qui ad Taurum, & qui ad Euxinum sunt siti, Leucosyros adusque sua tempora dictos esse. Quod confirmat Dionys. interprete Palemone: Post Libani montis populi sunt Solis ad ortus, Alterius Syriae, quae tendit adusque Sinopen, Cappadoces medijs habitant in finibus huius. Plin. capite tertio libri

sexti, Galatiae, inquit, Cappadociae pars praeterea Morimene uocatur, ubi determinat eos Cappadox amnis à quo nomen traxere, ante Leucosyri dicti. a Palaestina. De Phoenice infra. Illa à Palaestin olim illic metropoli nomē habet. Vnde Palaestini, qui ijdem cum his sunt, quos sacra hi-

storia Philistin, & Philistinos nominat, de quibus in primo regum scribitur. b Committit. coniungit.

c Antiochia. Pli. ubi Ciliciam attingit, inquit, Antiochia dicitur, & Antiochena, ab Antiochia quae illic est clarissima ciuitatum, de qua multa lib. 1. Procopius de bello Persico. Sicut Comagena intra sinum Isicum, & Euphratem, & alibi, Laodicea, Apamena, Ptolemaeo. d Eam. Syriam. e Semiramis. De

Semiramis.

hac prudentissima, & uiri nomine digna foemina lib. 3. Diodo. commemorerunt, quos uiderim, Valerius Maximus. Iustinus, Orosius, Iuuenalis, Eusebius, Augustinus, Iosephus, Philostratus, Propertius. Ea mulierum omnium, quarum ex historia ad nos perlata notitia est, longe celeberrima: quamque cum Cyro praecipue Alexander admiratus fuerit, quod in illis & magnitudo quaedam animi, & rerum claritas plurima cernuisset. Caelius scribit Rhodiginus c. 37. libri antiquarum lectionum duodecimi. f Potentissima. Augustinus cap. 2. lib. 18. de Ciuitate Dei, Quantum, inquit, attinet ad imperium nullum maius primis temporibus Assyriorum fuit, nec tam longe lateque diffusum. Sed à Semiramide tamen multo est Salomonis nomine celeberrimum, qui, ut nono cap. lib. Paralipomenon secundi scribitur, ab Euphrate ad Palaestinam usque, & Aegypti limites longe lateque imperauit, gloriaque & diuitijs circumfluentibus omnes reges non modo aequales, sed cuiuscunque etiam aetatis haud dubie superauit. De Dauidis pari in ea imperio est notum. Domitis hic adusque Euphratem Syris, simul & tributa iniunxit, & optima spolia Hierosolyma transtulit, ut. 8. cap. & rursum decimo secundi Regum legitur. Velle autem ut nostrorum Antistitum, & horum maxime, qui se a priori religionis furo uestierunt, quibus tantum imperitandi studium est, dum contra Euangelij edictum tantopore ad ueteris, hoc est mortuae legis exempla respiciunt, sibi subinde palpantes, & ingruentem conscientiae mucronem utcumque eludentes, tantis opibus suis, quas unice quaerunt, sapientiae studium coniungerent: ut quod Euangelio reclamante, mordicus retinere semel coepissent, ipsis saltē doctrinae, & sapientiae noīe licere uideretur, nec essent qui Christianae plebi obijcere possent, ita eam damnabili consensu delirare, ut non nisi ignauissime ociante, maximis demū opibus dignos iudicet.

Salomonis eru-
ditio.

Porro ut Dauidem prophetae spiritu insignem praetereamus, ea etiamnum doctrinae Salomonis monimenta extant, ut si satis animo comprehensa haberemus, quae ille tradidit, omnem antiquam philosophiam (quod ad mores attinet, & animi institutionem) nugae meras esse iudicarem. In hac sententia Budaeus est. g Constituta urbs. Maxima urbs & Chaldaicarum gentium caput, ut Plin. lib. 5. scribit. Exhausta tandem potentissimarum gentium inuidia. Nam Seleucus Nicator cognominatus, à se nominatam Seleucicam iuxta cōdidit, intra nonagesimum lapidem, & post eum eodem consilio, & ceteris partem tertio ab eo lapide Parthi rege eorum Var-

Babylon.

dane condiderunt. Conditam Babylonem à Semiramide Strabo scribit lib. 16. & lib. 3. Diodo. Propertius lib. 3. Persarum statuit Babylona Semiramis urbem, ut solidum cocto tolleret aggere opus. Lege Herodo. lib. 1. Nostrum, id est Hebraei, & Christiani uerius à prole Noë post cataclysmum constructam tradunt, ut magna illa linguarum confusione facta ei nomen datum sit, sicut Geneleos. 11. cap. scriptum est. Et Iosephus. 9. cap. lib. 1. antiquitatum explicat. Lege August. cap. 4. decimifex. de Ciuitate Dei. Diuersis & temporibus & locis auctam, aut instauratam fuisse Babylonem, eo credo uerisimile esse, quod adeo diuersa de eius origine produnt auctores. Porro & Eusebius libro praeparati. Euangelicae nono, tradit Nabidam regem, cum qui post paulo à Cyro captus est, muros Babylonis secundum amnem lateri, & bitumine condidisse. Ammianus Marcellinus lib. 23. Babylon, inquit, cuius moenia bitumine Semiramis struxit: arcem autem antiquissimus rex condidit Belus. Eius uerba plane Eusebij sententiae quadrant, qui in Chronicis, instaurasse hanc reginam pleraque confirmat. Meminit & Iosephus libro contra Apionem primo. Non praeterrico, iuxta Babylonem, & bituminis lacum

ostendi, cuius glutino Babylonis muri ædificati fuere. Dion scribit Traianum in Syria agentem, ut hunc lacum spectaret, ex itinere deflexisse. Eius liquoris ingenium est, ut lateribus aut exiguis lapidibus interlitū saxo, aut quouis ferro muros solidiores, & firmiores faciat. a Siccis regionibus. In Assyriorum terra parū pluit. Assyria
Quod in ea frumenti germinat, id demū est quod ex flumine irrigatur, irrigatur autem seges: & frumentū pro Euphrate irri-
uenit non quemadmodum in Aegypto flumine, sed manibus & scrobibus irrigatum. Etenim Babylonica regio gua.

⁴ siccis olim regionibus Euphrates, & Tigris im-
missi. Cæterum in Palæstina est ingens, & mu-
nita admodū^b Gaza (sic Persæ^c ærarium uocant)
& inde nomē est, quod cum Cambyfes armis Aeg-
gyptum peteret, huc belli & opes, & pecuniam in-
tulerat. Est non minor^d Ascalon. Est^e Iope ante

Aerarium. Seruius Aeneidos. 1. Super illo Maronis, Et Troia Gaza per undas, Gaza, inquit, Persicus sermo
est, & significat diuitias, id est omne quod possidemus. Curtius lib. 3. de Alexandro, Regiam, inquit, pecuniam,
quam Gazam Persæ uocant, cum preciosissimis rerum efferi iubet &c. Nil repugnat metonomia & ærarium
significari, ut thesaurum iam æris conditi locū, iam ipsum æs adpellare græco uocabulo solemus. d Asca-
lon. Amplissima quondam, & ualidis subnixæ muris, ut lib. 3. Egesyppus scripsit, commemorat & lib. 5. Anti-
quit. Iosephus. ab hac Ascalonitæ dicti. e Iope. De huius situ nemo fidelius Egesyppo lib. belli Iudaici

tertio: quæ equidem adscripsissem, nisi ad alia festinanti mihi, nimis uel inuito commentarius accresceret. Lege
Plin. cap. 13. lib. quinti. Andromedæ fabulam apud Ouid. lib. 4. Transform. Meminit Higinus lib. 2. belluæ, cui
dicebatur exposita fuisse Andromeda, oſa Romæ apportata ex oppido Iudææ Iope, ostendit inter reliqua mira-
cula ædilitate sua Marcus Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarū Indicos elephantos ex-
cedente, spinæ crassitudine sesquipedali, authore Plinio cap. 5. lib. 9. Ipse in Pannonia uidi belluæ marinæ oſa

omnem fidem magnitudine uincens, quæ à Friderico Cæsare ex Hierosolymitana peregrinatione reduce adue-
ctæ in fornice uestibuli munitissimæ arcis ciuitatis, quam nouam cognominant, grandibus catenis suspensa uisun-
tur. Haud longe uero ab Iope, cui & hoc hodie nomen est, in Norine Toparchia fuere Hierosolyma, longe cla-
rissima urbium orientis, ut Plin. ait. Et ut lib. 21. Tacitus, Vrbs ardua, situ, operibus, molibusq; adeo firmata, ut
uel plano sita satis munita uideri potuisset. Muros non recta ductos, sed reductos in crebros sinus, ut oppu-
gnantes è conspectu, & utring; à lateribus urgeri possent. Turres in æditis locis breuiores, in conuexis altio-
res, ut procul intuentibus pares uiderentur. Intus cum Regia suis circumdata mœnibus, & templo illo ingenti

in modum arcis, proprijsq; muri labore, & opera clauso clarissimis porticibus, & propugnaculo. Hactenus Ta-
citus. Hodie uisendo loco religio est, ut & ante fuit, ob mortem & sepulturam seruatoris nostri Iesu Christi. Iu-
xtaq; eam sitis Galilea, Samaria, Bethleem, Hiericunte, alijsq; passim in sacris literis insignibus locis. De Hie-
rusalem (quod equidē legerim) nemo pulchrius uberiusq; Iosepho quinto cap. lib. de bello Iudaico sexti. Et lib.

contra Appionem primo de templo illo sumptuosissima Dauidis opera cœpto. Scripsit & Timochares, quem
Eusebius citat libro Euangelicæ præparationis nono. Quo in loco idem ex Hecateo Abderita, uerbo & re (ut
ipse ait) philosopho digna lectu deprompsit. Nō præteriero locū memorabile Dionis, qui in Hadriani uita scri-
bit Hadrianū Hierosolyma à Vespasiano euerſa, rursus habitari iussisse, urbemq; Aeliam Capitolinam appellas-
se, mox grauissimo bello excitato. Nam Iudæi ob rædem Ioui extructam grauissime afficiebantur, indignum exi-

stimantes externa sacra suis inuehi, peregrinos secum in ciuitate habitare, tum & externorum Deorum imagi-
nes pone templum suum, & ueteres in eo ritus locari. Quibus rebus offensus Hadrianus, cum nulla uideret con-
tra induratum illorum pertinaciam remedia esse, negocium Iulio Seucro cōmendat, tum ex Britannia in Iudæā
uocato, qui sensim, & per interualla confecto bello Iudaicam gentem penitus oppressit, quinquaginta eorum

celebribus arcibus dirutis, uicis non gentis octuaginta quinque, qui sanè frequentes & nominatissimi erant, dire-
ptis, & mox igne consumptis, uiris in excursionibus & prælijs ad quinquaginta millia cæsis: cū ingens interim
multitudo fame, morbis, igne absumpta esset. Eo modo desolata rursus Iudæa facta est. Spartianus scribit bellum
à Iudæis cœptum ea maxime causa, quod genitalia mutilare, hoc est circumcidere uetiti essent. Quod ad gentis
morositatem attinet, ex Cicerone intelligitur, qui in oratione qua Flaccum defendit, suspitiosam, & maledicam
appellat Hierosolymorum ciuitatem. Ut non sit mirum esse illic potuisse, qui Prophetas occiderint, & lapida-

rint, & Christum seruatorem, cuius miraculorum magnitudine confirmatam doctrinam sustinere non poterat,

Assyria

Euphrate irri-

gua.

omnis, quæ admodum Aegyptiaca di-

uiditur in fossas, ut Herod. scribit lib.

primo. De fossis illis multa libro. 16.

Strabo. b Gaza. Munitissima

Gaza.

quondam, ut Alexander bimestri obsi-

dione obsesam ægre cepit, ut lib.

17. Diodorus scribit. Iosephus eā in

Idumæa superiori ponit lib. antiquit.

5. quemadmodum & Plin. c

Iope.

ingentia pisci-

um ossa.

Hierosolyma.

Iudæorum mo-

rositas.

Iudaicæ gentis

casus.

cruci affixerint, trilingui eulogio in derisum cōtumeliāq; super cœlestis capitis uerticem affixo. Ceterum histo-
ria paulo ante ex Dione adducta, mire mihi facere uidetur ad uaticiniū Christi, quod est Lucae .23. explicādū.

Hesseni. In Palestina gentem Hessianorum Plin. & Solim. celebrant, in toto orbe præter ceteras miram, de qua dignissi-
ma lectu cap. 1. libri. 9. Eusebius ex Porphyrio, qui eos Esæos nominauit. Nō præterierim, in ea terra lege co-
lumbis parsum olim, & tantam earū copiam factam, ut aduenarū ora cicures petierint. Vnde illa sunt Tibulli
uerba lib. 1. primi: Quid referā ut uo-
litet crebras intacta per urbes Alba
Palæstino sancta columba uiro? Scri-
Pulcher mos. bit Strab. quod dignum scitu est, mo-
rem genti peruciterem esse, ægrotos
in uiam producendi, exquirendiq; à
prætereūtibus, an aduersus id genus
morbi remedia norint: neminē enim
tam malum esse sibi persuadent, qui, si
quid medelæ sciat, non libens imperti-
at. Fortunā & illi impensissime colue-
runt, & hortēsem operam super cæ-
Adagium. teros: ut inde natū sit adagiū, Multa
Syrorū olera, i eos quorū labore ma-
gna rei nō admodū æstimatæ copia p-
uenit. Meminit Plin. li. 20. a. Di-
lunū. Dubiū est qd' itelligat, cū mul-
ta fuerint. At quoniā ætatem indicat
uerisimile est uetustissimum ab eo in-
telligi. Lege Aug. 13. de Ciuita. Dei.

diluuium (ut ferunt) cōdita, ubi Cephea regnasse eo
signo accolæ affirmant, quod titulum eius, fratrisq;
Phinei ueteres quædam aræ cum religione plurima
retinent, quin etiam rei celebratæ carminibus ac fa-
bulis, seruataq; à Perseo Andromedæ clarum uesti-
gium bellæ marinæ ossa immania ostentant.

P H O E N I C I A .



Hœnicē illustrauere Phœnices, solers
hoim genus, & ad belli pacisq; b mu-
nia eximium. c Literas, & literarum
operas, aliasq; etiam artes, mare na-
uibus adire, classe configere, imperita
re gentibus, regnum d præliumq; cōmenti. In ea est
e Tyros aliquādo insula, nūc antæixa terris, defecit,
quādo ab ipugnate quōdā Alexādri iacta sunt ope-
ra. f Vici tenēt ulteriora: & adhuc opulēta Sidō ante
g à Persis caperetur, maritimarum urbū maxima.
Ab ea ad promontorium h Euprosopon duo sunt
oppida Byblos, & Botrys, ultra tria fuerunt, singulis
inter se stadiis distantia: locus ex numero i Tripolis

P H O E N I C I A .



Phœnice Neptuni,
& Libyes filio di-
ctā esse, Stephanus
est author: ad quod
accedit lib. 1. Sil. cū

inquit: Et qui longa dedit terris cognōia Phœnix. Eos Strabo lib. 16. Arithmetica, & Astronomia insignes, hęc
nauigando, illā negociādo auxisse scribit. Rufus ex Dionysio: Phœnicū regio est, hi rubro gurgite quōdā Mura-
uere domū, primi q; per æquora uecti Lustrauere salū, primi docuere carijs Ferre cauis orbis cōmercia, sydera
primi Scruauere poli & c. Luca. itē li. 3. Phœnices primi, fama si creditur, ausi Mansurā rudibus uocē signare
figuris. Ob Syrorū & Phœnicū nimis solertē uafriā, adagio locus factus est, Aduersum Phœnicas Syri, quo usū
sunt ueteres, quoties uersutus uersuto iponere uelle uidebatur. b Munia. officia & administratiōes.

**Aduersum
Phœnicas
Syri.**

c Literas. Tacitus lib. 11. Primi, inq; per figuras animalū Aegyptij sensus mētis effingebāt, & antiquissima
monimēta memoriæ humane ipressa saxis cernūtur, & harū semet inuētores perhibēt. Inde Phœnicas quia ma-
ri præpollebāt, intulisse Græciæ, gloriāq; adeptos, tanq; repperit quæ acceperāt. Quippe fama est Cadmū clas-
se Phœnicū uectū rudibus adhuc Græcorū populis artis eius authorē fuisse. Hęc Tacitus. Sed Eusebius dignisse
mus fide scriptor lib. Euāg. præp. 1. 10. ab Hebræis literas primū oim inuentas tradit. d Præliūq;. Ob id
diffensionū authores ab Herod. adpellātur lib. 1. c Tyros. Plin. lib. 5. Tyrus, inquit, quōdā insula, præalto
mari. 700. pass. diuisa: nūc uero Alexādri oppugnātis operibus cōtinens. Olī partu clara urbibus genitis, Le-
pti, Vtica, & illa Ro. imperij æmula, & terrarū orbis auida Carthagine, etiā Gadibus extra orbē cōditis: nūc
ois eius nobilitas cōchylio atq; purpura cōstat. De obsidiōe eius, utq; cōtinēti adiūcta est, nemo uerius Diod.
lib. 17. Lege Curtiū lib. 4. f Vici tenēt. Trās Tyron uicos aliquot esse qit, & ipsam cū primis clarā Si-
donē, quā magna olī potētia priuarint Perse, ut & Tyrū captā cōsternauit Alexāder. g à Persis. Qui an-
te q Cābysses Aegyptū peteret, Phœnicē et maritimā illic orā occuparūt, Tyrijs et Sidonijs ante alios uexatis,
ut lib. 13. Iustin. scribit. h Euprosopon. Id, nisi fallor, albū Plin. nominat, nomē hēt ab insigni aspectu. Nā

Tyros.

Tripolis. Græcis τριπόλις dicitur, qui bello est aspectu. De Byblo & Botri Herod. Strab. Plin. i Tripolis.
P tol. oppi-

Ptol. oppidū maritimū facit. Ceterū à tribus oppidis, Tyro scilicet, Sidone, atq; Arado dictā Pli. & Strabo testantur. Vtq; intelligendū est eo loco, cuius Pōp. meminit, trigeminū fuisse oppidū, qd' Tyrij, Aradij, & Sidonij ditioe obtinuerint. Quod recte ex Plinij uerbis intellexit Hermolaus. Non autē sic, ut iuncta illa oppida eo in loco tam breui spatio fuisse credamus. Nā multum Arados à Tyro abest. HAVD longe à Tripoli campus est, quem Macram dictum Strabo scribit, in quo serpentem uisum esse Possidonius retulit, mortuum, iugeri longi

Serpens maximus.

dicatur. Tum Simyra castellum, & urbs non obscura Marathos. Inde iam non obliqua pelago, sed aduersa adiacens à terra grandem sinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dices circumfident, situs efficit, quia regio fertilis, crebris & nauigabilibus alueis fluminum peruia, diuersas opes maris atq; terrarum facili commercio permutat ac miscet. In eo prima est reliqua pars Syriæ, cui^b Antiochiæ cognomen additur: & in ora eius urbes Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Arados. Amnesq; inter eas eunt Lichos, & Hypatos, & Orontes. Tum mons Amanus, & ab eo statim Myriandros & Cilices.

tudine, crassitudine tanta, ut equites ex utraq; parte adstantes seiuicem intueri non possent, hiatu tanto ut hominem equo insidentē reciperet, exuuiarū uero quamlibet squammā clypeo maiorem habuisse. a Non obliqua. Grandem enim illic sinum facit, & oram, quæ excursu suo à Palestina decliuis est, pelago obuertit.

b Antiochiæ. Inde Antiocheni & Antiochenses, Ammianus libro .14. de Syria scribens, Haec, inquit, nobilitat Antiochia mūdo cognita ciuitas, cui nō certauerit alia aduēctitijs ita adfluere copijs & internis, & Laodice & Apamea, itidemq; Seleucia, inde à primis auspicijs florētissima. & c. In ubi idem author multa de locis huius litoris insignibus. c Laodicea. Est æque insignis Laodicea iuxta Lycaones, haud ita procul ab Hierapoli & Colossis illis, à quibus Colossenses dicti, ad quos grauisima diu Pauli epistola extat. Beritos autē Pop. Ro

Antiochia.

CILICIA.



Al in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisq; Darii spectator ac testis. Nunc ne minima quidē

mani quondam colonia, & duarū altrix legionum, uulgo nauico Barutos etiamnum dicitur. d Arados. Forte eam intelligit, quæ alijs in continente sita, Antarados nominatur. Nam Arados in mari iuxta eam insula est Plinio & infra Pomponio. Supra Antaradum in meridiem oppidum est uetustum Paradisus, ad Libani orientale latus situm, non longe à Damasco, quæ pari propē forma ad Antilibani radices uergit, ut Ptolemæus tab. Asia quarta indicat. Capella libro sexto, amnis illic Paradisi meminit. Et est locus iuxta amoenissimus, ac supra quam credi possit accommodus uoluptatibus Daphne, creberrima apud historicos mentione: à qua Antiochia Epidaphne cognominata uideatur Plinio. Hermolaum adi, & lege super cap. 21. libri quinti Plinij. Meminit & Sextus Rufus. Reliqua ex Strabone & Plinio notissima sunt, Quin & Cicero de Amano, ad cuius angustias cum exercitu contra Parthorum copias excubuit, libro Epistolarum secundo scripsit ad Caelium. De Myriandro etiam Ptolemæus.

Paradisus.

CILICIA.



Un recessu intimo. Elecentium se terrarum: nam ab ipso ora iterū in occasum uertitur, ipsumq; pelagus mediterraneum angusta admodum flexura cohibet, cui ab oppido iuxta olim sito Issici sinus nomen datum est. Intra uero sinum Issicum & illam flexuram, quam Euxinus facit iuxta Tabrenos & Colchin procurrentem Asiam in mediterraneum, Appianus in Romanae historiae proemio, & Strabo libro decimoquarto, Cherronesum, seu grandem peninsulam nominant. d Fugientisq; Darij. De insigni illa Darij clade Arrianus secundo libro. Curtius libro tertio. At omnium copiosissime libro decimosextimo Diodorus. Ceciderunt Persarum peditum centum millia, equitum millia decem. Alexandro quatuor & quingenti saucij fuerunt, triginta omnino & duo ex

Issicus sinus.

peditibus desiderati sunt, equitum .150. interfecti: tantulo impendio ingens uictoria stetit, inquit Curtius. Strabo Ciliciam in campestem, & Tracheam, id est asperam, ubi in montana uergit Pamphyliae propinque diuisit libro decimoquarto. Separatur à septentrione Tauri iugis ab Armenia minori & Cappadocia, iisdem à Pam

Paruo impendio ingens sepe uictoria cōparatur.

phylia ab occasu, ab ortu à Syria Comagena, Amano: cuius angustias Amanicas pilas Ammianus & Strabo nominant: à meridie tota Mediterraneo abluitur. Opulentissima olim Po. R. prouincia & Cicerone pconsule memorabilis. Solinus author est, adeo olim potentem fuisse, ut ad Pelusium usq; procurrerit, Lydis, Medis, Armenis, Pamphylia, & Cappadocia sub imperio constitutis: tandem subactam ab Assyrijs in breuiorem formam redactam esse. **a** Amanoides. Quod Amari formam effigiemq; circumnauigantibus exhibet, reddidit etymon Hermolaus. **b** Pyramus. De Pyramo et Cydno digna sunt lectu in
Cydnus. Arriano & Curtio. Hic Cydnum non spatio aquarum, sed liquore memorabilem ait: quippe leni tractu è fontibus labès, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Commeminit libro undecimo Iustinus. Tibullus libro primo: At te Cydne canam, tacitis qui leuiter undis, Ceruleus placidis p uada serpis aquis. Solinus scribit annè à candore Syrorum lingua nomè sortitum. Vitruuius libro. 8. cap. 3. Cydni aquam podagra laborantibus ap prime salubres esse, cruribus in ea mersis: de cuius rei experiètia Cassij Parmensis ad M. Antonium epistola extitit, ut lib. 31. adnotauit C. Plinius. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses sugillasse, quod iuxta Cydni aquas ociantes tanquam flumiatiles aues sederent, quietæ aquæ pulchritudine quasi ebrios factos, ut Philostratus scribit libro de huius uita pthno. **c** Mallos. Clarum oppidum. Lucanus lib. 3. Mallos, & extremæ resonant naualibus Aege. **d** Tarsum. Tarsion in campis sitam Cydnus præterfluit Straboni, qui Argiuorum esse eam Io querentium opus existimat. Solinus: à Perseo prodit conditam nobilissima Danaës prole, Eustathius authorem eius Sardanapalum credidit. Qua in sententia Lucanus est lib. 3. Deseritur Tauriq; nemi Perseaq; Tarsus. Clarissima urbs illa fuit, cum ob gymnasiū maxime quondam in ea insigne, tum eo ipso, quod Paulum Apostolum alumnium habuit, uirum unice in religione nostra memorabilem. Lege de Tarso lib. 14. Strabonem. Meminit & Marcellinus lib. 14. Quamquam inibi corruptissima lectio est, ut alicubi frequenter in libris uel recèssime editis. **e** Nunc Pompeiopolis. Hic locus horum opinionem refutat, qui Caesaris Dictatoris temporibus Melam hoc suum opus edidisse putarunt: fieri enim nequibat ut adeo breui tempore recens impostum nomen in usum ueniret. Constat autem hac quoque in parte mutandorum nominum, æternitatem Romanis principibus affectatam, tanquam illa durarent uidelicet rebus pereuntibus. Sic Solinus: Vetus ciuitas, priori amisso nomine Traieropolis dicta, postquam in ea fato cedere Traianus cœctus est. Sic alia quoq; ingentia passim oppida principum nomina non raro odiosa sustinere iussa sunt. **f** Soloe. Strabo Soli, plurali numero, quod idem est: quamquam rectius scribatur Soloe more Græcorum σόλοι, sicut Dioscuroe pro Dioscuri apud Ciceronem libro de natura Deorum tertio, ut Hermolao placet. Ab hac Solenses, ut Solensis Aratus, Chrysippus Stoicus, & Philemon poëta Comicus, Straboni lib. 14. ubi in eandem de Solis cum Pomponio sententiam. Plinius ex Polycliti tradit authoritate, iuxta Solos fontem fuisse, cuius aquæ olei uicem præstiterint utentibus. Curtius Helio polym ceu Solis ciuitatem nominat. Vide Solinū. Eustathius Dionysij interpres, hoc oppidum ab exulante Solone colonis atticis ornatum fuisse scribit: cum uero Barbari linguam Atticam paulatim coinquinaſent, Soloceciſare dicti sunt, & inde Soloeciſmi, ut Cilicisſmi quoq; barbære loquētium, ante alios Hieronymo & Plauto dicuntur. Lege in Solonis uita Lærtium, & libro decimoquarto Strabonem. **g** Arati. Pleraq; nature opera insignia sunt, quorum causas ignoramus: in horum numero & id Arati monimentum est, cuius miraculo præter saxi, ex quo constat naturam, nil facile attuleris, si modo e a lapidis cuiuspiam natura esse potest. Plin. certe, quemcunq; authorem secutus, scribit lib. ult. In
Aſſius lapis. Aſſo Troadis lapidem naſci Sarcophagum nomine, fissili uena scissum, qui corpora defunctorum in eo cõdita intra. 40. diem absumat exceptis dentibus. Mutianus addidit, specula quoq; & strigiles, & uestes, & calceamentum cum mortuis illata saxeæ fieri. Huiusmodi passim admiranda nature maiestas prodit, & secundum lapides in
Specus Coryci herbis, tum & in aquis maxime, Quandoquidẽ Albertus Magnus scripsit uidisse se Citrothecam ex corio lapideam factam postquã in quendam Germanæ fontem mersa est, priori effigie nihil mutata. **h** Specus Co-

rycius. iuxta, optimum & fragrantissimum crocum nascitur. De ipso specu multa in Cilicie descriptione Solinus. Nomen habet à Coryco uicino oppido, de quo Plinius. a Grandi hiatu. Specus, inquit, qui montem impositum mari à summo cauat uertice, patulus est hiatu amplissimo. b Consternat. Stupore iniecto rapiat. c Descensus. Solinus duobus millibus & passibus quingentis non sine largo die descendi in eum asse- rit, quem tamen corruptum suspicor: nam ne hoc quidem uero admodum simile est, in tantum spacium elucescere specum, quanto in eum descensum esse Mela ait. d Cymbalorum.

Corycius singulari igenio, ac iupra, quàm ut describi facile possit, eximius. a Grandi nanq; hiatu patēs, montem litori appositum, & decem stadiorum cli- uo satis arduū, ex summo statim uertice aperit. Tūc alte demissus, & quantum demittitur amplior, uiret lucis pubentibus undiq; , & totum se nemoroso la- terum orbe cōplectitur, adeo mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu b cōsternat, ubi contemplati durauere, non satiet. Vnus in eum c descensus est angustus, asper, quingētorum & mil- le passuum, per amœnas umbras & opaca syluæ quiddam agreste resonātis, riuis hinc atq; illinc flui- tantibus. Vbi ad ima peruentum est, rursus specus alter aperitur ob alia dicendus. Terret ingredienties fonitu d Cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perspicuus, mox & quo magis subitur, obscurior: ducit ausos peni- tus, altēque quasi e cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens tantummodo se ostendit, & ubi magnum impetum breui alieo tra- xit, iterum demersus absconditur. Intra, spacium est magis, quàm ut p̄gredi quisquam ausit horribile, & ideo incognitum. Totus autem angustus, & uere sacer, habitariq; à Diis & dignus & creditus. Nihil non uenerabile, & quasi cum aliquo numine se ostē- tans. Alius ultra est, quem f Typhoneū uocant, ore angusto, & multum (ut experti tradidere) pressus & ob id assidua nocte suffusus, neq; unquam perspici facilis: sed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc demissa in se confestim exanimat, natu- ra fabulaq; memorandus. Duo deinde promonto-

dem suis opibus reualuisse. Pari causa illa Gigantum contra Iouem in Thessalia agitatorum montium pugna me- morabilis est. Adde quod τυφῶνα Græci uentum turbidum, & orbe motum nominant, ut lib. Meteororum ter- tio Aristo. Gellius lib. 19. τυφῶνας ait uocari figuras quasdam nubium metuendas, ex uentorum nimirum impe- tu. Qui quamuis in alto initium habent, tribui tamen huius specus intimis hoc nomen quoq; potuit, quod aër il- lic turbidus & pestilens exsufflet: Velut in Syria locis, ubi Naphtha prouenit, cōsimilis periculi specus est, au- thore in Traiani uita Dione Bithynico: & in Phrygia iuxta Hierapolim halitus è foramine letalis exurgens, quodcumq; animal proxime steterit, odore graui cōsumit, ut tradit Ammianus lib. 23. Eius rei causas Albertus noster explicat tractatu. 2. lib. 3. Meteororū. Strabo lib. 13. ex Pindari autoritate, Typhonem sub Aetna cru-

re specum, quanto in eum descensum esse Mela ait. d Cymbalorum. Id aut fabulosum est, aut ad Physicā referēdum: fit enim ut aër dum intra frigidus rupiū recessus in aquam mu- tatur, guttulis subinde stillantibus sua- uis quidam stridor audiatur. e

Cuniculo. Angustissimo meatu, inde animali latibula effodienti, & quo li- bet sub terra reptanti nomē est. Mar- tial. Gaudet in effosis habitare cuni- culus antris. f Typhoneū. So- linus. In itimo, inquit, recessu Typho- nis gigantis cubile positū, qui uolūt, credunt. Ego ad naturæ uim huiusmo- di opinionem magis retulerim: nā qd̄ suppositos montibus Gigantes uates Græci Latinūq; scripserūt, id arcanū habet, quod in plerisq; locis ex copio- sa exhalationū presentia terræmo- tus gignuntur, & ignitæ eruptiones, quo persepe orto immani ipetu, mon- tes frangi, nonnunquam illidi contin- git. Hic sub Aetna Enceladus, sub Ina- rime Typhoeus. Ardent enim illi, & ignitos plerūq; globos eructant. Cui autem non hic magnus uideatur impe- tus, qui terris fractis mare admittit? qui summotis montibus emittit lacus, paludesq; exiccate qui arces urbesq; dissipat, ac diductis terris hauriat? Atqui multis in locis ita contigit, ue- lut in Sicilia & Thesalia, qd̄ suis in locis docuimus. Dion ī Traiani uita Casij montis uertices in Antiocheno terræmotu concussos ait. Rursus lib. 14. Tacitus Laodiceam clarissimam Syriæ urbem, Neronis principatu mi- serādo terræmotu prolapsam, uix tā-

Solinus.

Typho quid.

Typhon uetus

Typhon gigas

ciari scribit, editum ex ingenti illo Cilicie antro. Alij sub Inarime condunt. Diuersa scriptorum sententia.
 a Sarpedonis. Is ut Euseb. in Chron. scribit, aliquando Lyciae rex fuit, & Iouis existimatus est filius. Memi-
 nit Homerus Iliados. 16. Reliqua ex Strabone & Plinio nota sunt. Sed Celendris legendum, Lucanus lib. 8. Ad
 Cilices unde. profugum collecta ducem paruisq; Celendris. ut etiam Celendrae plurali dicamus. Cilices autem, ut hoc ipso
 terminem, à Cilice Phoenice Agenoris filio cognominatos, quondam uero Hipathæos dictos Herodotus scribit
 in Polyhymnia.

PAMPHYLIA.



AE C. ab ortu Cili-
 ciam habet, ab oc-
 casu Lyciæ et Asiæ
 minoris partem, à
 septentrione Galas-
 tiæ & Cappadoci-

am, à meridie mediterraneū, quod il-
 lic Pamphylj maris nomen habet: to-
 ta Tauri expatantis iugis septa.

b Melas. Cognominis in Bœotia
 est qui oues inde potas nigras efficit,
 Plinio. Est & ad Smyrnā Melas am-
 nis inclutus Solino. Itē alius in Thra-
 cia, à quo Meleus sinus Plinio. Alius
 eiusdem nominis Buxerorum in Pon-
 to, de quo lib. 6. Plin. c Euri-
 medon. Hic ex Tauri iugis ortus me-
 diam Pamphyliam tranat, non adeo
 longe ab Oestri ostijs & Sida urbe,
 pelagus subiens. De Sida Cumanarū
 colonia cum insigni Palladis templo Stra.

Cymon.

d Cymonis. Hic Xersem è Græciæ finibus multa clade pulsum
 secutus, antequam ille aut pauore reciperet animæ, aut res Barbaras componere posset, hæc quidē oppida subi-
 uertit atq; diripuit, illa uero ab rege deficientia in Græcorum ditionem accepit: adeo ut omnem Asiam ab Io-
 nia usq; Pamphyliam Persicis præsidijs atq; armis desolatam fecerit, authore Plutarcho: qui in eius uita insignē
 illam contra Persas uictoriam non tam mari, quàm terra uno die partam, multis prosequitur. Hic uero Cymon
 & liberalitate & magnificentia illustris fuit, agrorum suorum quandoq; dirutis septis, egenis & peregrinis
 poma & id genus fruges alias sumendi copiam fecit impune: Conuiuia quotidie domi opipare adparata pau-
 peribus quotquot affluerunt, exhibuit. Comitibus præcepit, ut si quis grandior natu, amictu sordidus esset, illi-
 co uestem cum eo commutarent, & si quem in foro indigna egestate oppressum inspicerent, clam ei pecunias tri-
 buerent, ipse cultus negligens, & uerborum atq; eloquentiæ minime appetens plerasq; Græcorum artes in qui-
 bus magnam illi laudem quærebant, contempsit, Veritatis cultum maxime amans, & ad summam, deiectus, incō-
 ptus, magnis in rebus optimus, uelut in Hercule suo Euripides scripsit. e Mare. Accusandi casus est, ut sit
 Aspendos aspectat mare. &c. De Aspēdi uero situ ante altos digna lectu Philostratus lib. de Apollonij uita pri-
 mo. Cicero actione contra Verrē. 2. Aspēdium, inquit, uetus oppidum & nobile in Pamphylia. &c. Hinc natum
 adagium, Aspendius Citharædus. cuius inibi Cicero meminit. f Oestros. Ptol. Cestrum nominat & Stra-
 bonis tralati codices ferē ita habent. At quia ualidissimos ait Pomponius malle equidem Oestros legere, nam

Cataractes.

Græci οἰσσοψυροrem dicunt, ut illi à citissimo fluxu nomen uenerit, quamquam ad nauigia idoneo. g Ca-
 taractes. ea crebris præcipitijs non sustinet. h Ita dictus. nam κατὰ πρῶτον Græcis, idem est quod cū im-
 petu impello, inde Cataractæ fluiuiorum intra angustas rupes subinde seuientium dicuntur, qualis illa Nili, de

Diana Pergea

qua supra. i Dianæ. Id templum extra oppidum in ædico colle situm est, ubi quotannis celebris accola-
 rum conuentus, & annua illic festa Straboni. Cicero actione in Verrē. 3. Perge sanum antiquissimum & san-
 ctissimum Dianæ scimus. k Sardemisos. Hoc nomen id Tauri iugum habet, quod intra Lyciam & Pam-
 phyliam in nostrū pelagus imminet. meminit eius capite uigesimo septimo libri quinti Plinius. l Phaselis.
 Piratarum iam olim perfugium. Propter quod M. Cicero act. in C. Verrē. 6. Mamertium Siciliæ oppidum Ver-
 ri Prætori,

PAMPHYLIA.



N Pāphylia est^b Melas nauigabilis flu-
 uius, oppidū Sida, & alter fluuius^c Eu-
 rimedon. Magna apud eū^d Cymonis
 Atheniensū ducis aduersus Phœnicas
 & Persas naualis pugna atque uictoria
 fuit. Mare, quo pugnatū est, ex ædico admodū col-
 le prospectat Aspendos, quam Argiui cōdiderant,
 possedere finitimi. Deīde alii duo ualidissimi fluuii
 f Oestros & Cataractes. Oestros nauigari facilis,
 hic quia se præcipitat^h ita dictus. Inter eos Pergea est
 oppidū, & Dianæ, quā ab oppido Pergeā uocant,
 tēplū. Trās eos dēmons^k Sardemisos, & Phaselis

vi Prætori, prædoni, & Piratæ Siciliensi Phaselim quandam fuisse ait, quod omnes furtorum aceruos illuc depor-
tasset. Hanc eius oræ ultimam Plinius ait. Pompon. Pamphylia finem, conformi sententia. Scribit Strabo, iuxta
Phaselidem angustias esse, per quas Alexander exercitum laboriose traduxerit: & montem mari imminentē,
cui indubie ex scansili decliuitate nomen est Climax, qui transitum in litore arctum relinquit, mari tranquillo
nudatum, adeo ut iter facientibus peruius sit, pelago autem affluente undis contegiatur. Id autem uim uentorum

à ^a Mopso condita, ^b finis Pamphylia.

LYCIA.



Ycia continuo, cognominata à Ly-
co rege Pandionis filio, atque (ut fe-
runt) infestata olim ^c Chimæra ignibus.

peruenissent. quod ipsum Iosephus lib. antiquitatū secundo, miraculo tribuit, sicut miraculo Moses p̄ Erythre-
um cedentibus aquis transisse creditur: nolente uidelicet Deo, Persarum regnum ab Alexandro destrui. Quan-
quam in aliquibus codicibus non Pamphylia, sed Parthico legitur. Crinitus lib. 17. sensum Iosephi uertit, & Ale-
xandrum mandasse undis ut retrocederent, affirmat, ut deuictis Persis regno potiretur: quod non fuisse, satis in-
dicat Strabonis locus. Et uideri potest nullo prorsus contigisse miraculo, quod Mosi sinum Arabicum transeun-
ti accidit, & Exodi. 14. cap. scribitur. Nam mare hoc, ut Strabo scribit lib. 16. fluit & refluit, quod Aelio Gallo,
quem in Arabias Augustus miserat, maxime obsuit, nauibus scilicet longis, quas fabrefecerat, per se p̄ uado hærē-
tibus. Fieri igitur potuit, ut fluctibus abeuntibus Moses, qui peritissimus omnis philosophia fuit, natura loci ob-
seruata, transierit. Pharaon uero rerum harum imprudens, his horis fuerit alueum ingressus, quibus maris impe-
tus redire cœperit, & medio eum transcursum obruerit. Ceterum, ut miraculo tribuam & ratio facit facti, & sa-
cræ scripturæ authoritas, quam secutus diuus Cyprianus in eo sermone quem de spiritu sancto habuit, Hic, in-
quit, spiritus rubri maris aquas siccauit, & suspensis hinc inde uehementibus fluctibus ab ollis carniū & Aegy-
pti pulmentarijs populū ad spiritalem eremi cibum perduxit incolumem. Porro non admodum diuersum de
Heliæo legimus, qui rapto iam Heliæ, Iordanis aquam tunica Heliæ percussam diuisit, atq; ita transgressus est,
uelut cap. 2. quarti Regum scribitur. Illud autem alterum loci & maris ingenio omnino tribuo, & euenisse
credo. Esto ut friuolum commenticiūq; Crinitus neget. a Mopso. M. Cicero lib. de Diuinat. primo,
scribit Amphilocum, & Mopsum præclaros augures Argiuorum reges fuisse, & urbes in ora maritima Græ-
cas condidisse. Mopsum tempore Troiani belli in Cilicia regnasse Euseb. scribit, à quo conditam Phaselim uero
est simile. Ceterum de Mopsis, qui plures fuerunt, lib. nono Strab. & non indigna lectu Codrus Vrceus Gramma-
ticus, quem equidem primæ notæ inter sue tempestatis doctos uiros duxerim, sermone illo eruditissimo, quo o-
mnia fabulam esse contendit. b Finis Pamphylia. & c. Liuius quarta Dec. lib. 7. In confinio, inquit, Ly-
cia & Pamphylia Phaselis est prominens penitus in altum, conspiciturq; prima terrarum Rhodum à Cilicia pe-
tentibus.

Nota.

Codrus Vrceus.

LYCIA.



Y CIA propè tota Tauro premitur, eius iugis bona parte clausa. Lycios autē aliquādo Tero-
milas dictos Herod. lib. 7. scribit, post Lycios à Lyco Pandionis filio, qui cum à proprijs ter-
ris exisset in regni partem à Sarpedone acceptus est. c Chimæra ignibus. Ouidius ea
de re Chimæraferam uocat Lyciam lib. 6. Iamq; Chimæraferæ cum Sol grauis uereret arua, Fi-
nibus in Lycia. Miror autem dicere potuisse Pomponium, in re adeo manifesta (ut ferunt) cū
arsisse Chimæram ita sit notum, ut nihil magis: nisi forte fabulam Chimæra à Bellorophonte
uictæ aspernatus est. At quid est aliud scita fabula, quàm amœna ueritatis inuolutio, ad hominū usum, atq; oble-
stationem comparata? Chimæra monstrū triforme in Theogonia Hesiodus his uersibus, ut Richardus meus Bar-
tholinus trāstulit, significauit: Huic tria sunt capita, & fertur primū esse Leonis Pulchr' oculi capræq; simul,
fortisq; Draconis, Ante Leo, retroq; draco, mediūq; capella est. Pegasus hæc uicit, & magnus Bellorophōtes.
Græci χίμαιρα caprā nomināt. Inde elegās illa Horatij metaphora ad puerū obsoleti scortuli amore captū
lib. 1. Carmi. Vix illigatū te triformi Pegasus expediet Chimæra. Seruius. 6. Acnei. sup illo Virg. Flānisq; arma-
ta Chimæra: Reuera, inquit, mons Lycia cuius hodie quoq; ardet acumen, iuxta quod Leones sunt, media ue-
ro pascua sunt, & ima serpentibus plena. Hunc Bellorophon habitabilem fecit, unde Chimæram occidisse di-

Chimæra.

Horatius.

citur. Plin. 9. cap. lib. 2. Flagrat, inquit, in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortalibus diebus & noctibus
 flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui uero terra aut fœno Gnidius Ctesias tradidit. De re consimili Cor-
 nel. Tacitus lib. 13. scripsit, Miris ignibus in Germania enatis, qui nec imbribus, nec aquis pluvialibus arceri, sed
 Solis tegminibus obtundi potuerint. Homer. 6. lib. Iliados Chimæram animal dixit indomabile, inexpugnabi-
 le, neq; humano, sed diuino genere ortum. Apollonius Thiancus cum in Sicilia montem Aetnam ardere uidisset,
 talem rationem attulit: Terram bitu
Cur montes ar mini sulphuriq; commixtam facile ar
deant. dere, atque ex ipsa ignem nasci: quã
 uis ille alicubi non emittitur: quod si
 cauernosam terram esse cõtigerit, ut
 per ipsam spiritus aliquis ingredia-
 tur, tunc flammam attollit, quæ magis
 magisq; aucta, uelut aqua è mõtibus
 in campos effluit, quandoq; etiam us-
 que ad mare delata, quasi fluminis cu-
 iusdam ostia facit. Nihil diuersa Iusti-
 nus ex Trogo lib. 4. scribit. Ita uero
 in Meteoris de Prochite Pötanus: Ita
Pontanus. la solo fumante, graui cõcussa ruina spargit desertos incendia lata per agros, Pertinuit mare flammigeros de-
 uoluer amnes, Incensum & late scopulos super aëra ferri. Plin. in Lycia Hephæstios montes esse scribit, qui te-
 da flammante tacti adeo flagrent, ut lapides quoq; riuorum, & arena in ipsis aquis ardeant. Græci ἠφαιστῖον
 Vulcanium dicunt, & ipsum Vulcanum ἠφαισῶν nominant. Inde Hephæstia urbs Lyciæ Vulcano sacra, Solino.
Mons Misniæ eam Plin. neutro protulit. Hodie iuxta Saxones in regione, quam Misniam uocant, ignis ardet perpetua caligi-
ardens. ne fumans: subtus cuniculi sunt, è quibus accolis euecta adusti lapidis frustra carbonum præbet uicem, nec aliud
 fomenti genus ignem diutius retinet. Dum hæc scribebam, Viennæ Austriæ cõstans fama increbuit, ardere intra
 paucos menses in Styria cõpisse montem: ea pellectus Maximilianus Cæsar August. nuncijs ad inquirendũ mis-
 sis, ita esse ut ferebatur, comperit. Variat in his mirifice natura, & in Campania Vesuuus, qui flagrare desijt,
 ardere primum cõpuit Titi Vespasiani imperio: id quod in uita eius adnotauit Sextus Aurelius Victor. Ea, ut sua
Plinius incēdio spicor, nouitas hominem naturæ rerum audidissimum Plin. Secundum ad hoc illexit, ut uidere cupierit, absumptũ
absumptus. (mirum) rerum nouarum amore. a Sydæ portu. Plinius Sydæ in Pamphylia locat lib. 5. Straboq; lib.
 12. iuxta Aspendum statuit, ubi Cilices Piratæ captiuos olim sub hasta uendiderunt. Pomp. ceteri in Pamphylia
Taurus. inclinare non renuit. b Taurus. Nemo de Tauro copiosius elegantiusq; Plin. cap. 27. quinti libri, quem
 & simiam eius Solinum in Ciliciæ descriptione legito: nam & hic author lectũ dignissimus est, non tam quod re-
 rum illustrium breue traxit è Plinio compendium, quàm quod emunctæ phrasim & apposita in hoc scribendi ge-
Laus Solini. nere dictionis author est: quanquam res pleræq; omnes quas tractat, Plinij laboribus debentur. Mediã Taurus
 ceu immani dorso per Asiam excurrit, & ad ortum Solis ubi assurgit, admodum est solidus: occasum uersus ubi
 nostrũ attingit pelagus, in septentrionẽ immanibus iugis egreditur, nec minus altis in meridiẽ, immensus ubiq;
 & innumerarum gentium arbiter, à quarum diuerso situ diuersa est sortitus nomina. Totus exanimusim picturæ
 fide, & tabularum euidencia nosci hodie potest. c Dextro latere. Si ab eius ortu in occasum prospicias.
 d Magnarumq; gentium. Scythicarum, & Indicarum, quæq; in occasum utrinq; iuxta sunt. e In
 pelagus. Non solum mediterraneum, sed & in Indicum & Arcton. f Idem. Taurus, inquit, appellatur à
 primo exortu, nec aliter: quod nomẽ alioqui sibi præcipuũ & generale est: Quanquã Plin. Iamus, inquit prima
Imaus. parte dictus & c. Græce in uniuersum Ceraunius dicitur. Ego apud Plin. Imaus lego, nõ Iamus, uersis literis. De
 Imao enim nemo nescit. g Hemodes. Vbi Indiã, quæ extra Gangem ab ea Scythia diuidit, quæ extra Ima-
Caucasus. um, Ptol. h Caucasus. Supra Iberiam ac Albaniam in septentriones Ptolemæo: quanquam alibi quoq; id
 nomen habet, & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, ut persæpe partis uocabulum toti figurate tribui-
 mus. Philostratus lib. 2. Caucasus inquit, Mediã atq; Indiã terminans, in mare rubrum altero cubito descen-
Promethæus. dit & c. Vbi multa de Promethæo ad Caucasum ligato, quem authore Scruio, primũ Assyrjs Astronomiam &
 syderũ motum, quẽ in Caucaso obseruauerat, explicuisse constat: ut dubium nõ sit Tauri iuga in meridiem egre-
 dientia, Caucasi nomine intellecta esse classicis scriptoribus. i Paropamisus. Vbi Bactrianam à Paropa-
 misade seiungit. k Caspiæ pilæ. Qua inter Medos & Parthos in Hyrcanum procurrit. Ptole. l
 Nyphates. Supra Assyriam ad finem maioris Armeniæ. m Portæ Armeniæ. Vbi in Moschicos montes.

quæ & ipsa Tauri iuga sunt, inclinat. Martia. lib. 6. Portarū, inquit, etiam nomina censentur, & alibi Armenia, alibi Cassia. De Cassijs & Solinus. a Patara. à Pataro conditore. Hanc Ptol. Philadelphus auxit, & Lyciacam Arsinoën nominauit, sed antiquum nomen retinuit, authore Strab. Inde Patareus Apollo dictus, & Lyciæ sortes Virgil. & lib. 1. Thebaid. Statio memoratæ. b Xanthus. Alius ab eo qui in Phrygia est, huius quoque lib. Iliad. 6. meminit Homer. aliquando Syrbis nominatus Straboni. qui & Xanthum inter maximas Lyciæ ciuitates numerat. c

nostra maria cōtingit Taurus iterum. Post eius promontorium flumen est Lymira, & eodem nomine ciuitas, atq; ut multa oppida, sic præter Pataram nō illustria. Illam nobilem facit delubrū Apollinis quondam opibus, & oraculi fide, Delphico simile. Ultra Xanthus flumē, & Xanthos oppidū, mons Cragus, & quæ Lyciam finit, urbs Telmisos.

CARIA.



Caria sequitur. Habitat in incertæ originis: alii indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant, genus usq;

am si corrupte apud cum Telesicum legitur libro belli Macedonici. 7. Strabo est author, Lycios aliquando adeo ciuilitate continenterq; uixisse, ut cum feliciter in Italiam usq; mari dominarentur, tamen in ullo turpi lucro nunquam sese extulerint, secundum patriæ morem in Lyciaci conuentus administratione permanentes. Vigintitres apud eos urbes in suffragijs dandis participarunt: & ex quaque ciuitate consultandi gratia in unum conuenerunt: quodq; pars maxima comprobauit, id decreto stetit. Hoc more Græcia dum libera fuit, per Amphictiones, quibus, ut Tacitus ait, præcipuum fuit rerum omnium iudicium, in medium consuluit, de quibus Strabo lib. 9. & lib. 16. Diod. nam Plin. lib. 9. Amphictiones publicum Græciæ consilium nominat. Seruant hunc morem hodie propè peculiariter Heluetij, gens libera, missis & fœderatis ciuitatibus, pagisq; gnaris, qui de rebus communibus mature simul, & circumspicte consultant. Similis & Caribus conuentus ad Iouis Chrysaorei fanum insignis fuit, unde & conuentus ipse Chrysaoreus dictus accolis, authore Strabone. Lyciorum mores. Heluetiorū cōsulendi mos.

CARIA.



Caria. hæc eius Asiæ quæ minor dicitur, prima est regio. Minore autem Asiam Plin. lib. 5. cap. 27. ab ortu Lycaonia & Phrygia illa quæ Galatiam & Pysidas attingit, ab occasu toto Aegæi maris excursu à meridie Aegypcio pelago, à septentrione Paphlagonia terminat. Ptolemaeus libro Cosmographiæ. 5. à septentrione eam Bithynia finit, ab ortu uero Lycia & Galatia, à meridie Lycia quoque, ab occasu Aegæo, ampliore statuens. quàm Plinius. Strabo lib. 12. à principio, Iuniores, ait, eam quæ intra Taurum est Asiam eodem nomine uocauere, quo totam continentem: in ea uero contineri ab oriente Paphlagones, Phryges, & Lycaones, in d. Bithynos, Mysos, & eā, quæ Epictetus nominatur, mox Troadē, Hellepontum, & ad mare Aeoles, Iones, Cares, & Lycios. A quo certe non admodum dissentire mihi Cicero uidetur, qui in oratione pro Deiotaro: Etenim, inquit, si Antiochus rex Asiæ, qui posteaquam à Scipione deiectus, Tauro tenus regnare iussus est, omnemq; hanc Asiam, quam nunc nostri prouinciam fecerunt, amisisset & c. Idem multo euidentius pro L. Flacco, namq; ut opinor, ait, Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Idem pro Pompeio, miris eam laudibus extollens: Asia, inquit, tã opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionum, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. f Incertæ originis. Strabo. lib. 24. inter omnia constare scribit, quod sub Minoë fuerint tunc Leleges adpellati, & insulas habitantibus, post uero continentis habitatores factos, Pelasgis ea loca tum occupantibus, sedes ademisse. De his Ouid lib. 9. Meta. Caras & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat. & lib. 8. Maro: Hinc Lelegas Carasq;. Vbi probe Seruius Insulanos fuisse eos

Defensus à ca scripsit. Nam præter ea quæ attulimus, lib. 12. Strabo, Cares ait, cum prius Leleges & insulares essent, terrenia Seruius. stes facti sunt, faucibus Cretenibus, qui Miletum condiderunt duce Sarpedone Minois fratre, qui & Minyas Lycij unde dicitur.

in Lyciam habitatum duxit, & Termilas nuncupavit, qui tandem à Lyco Pandionis filio Lycij adpellati sunt. Beroaldus igitur græmaticus Seruium temere incusat, quod insulanos Cares dixerit. Nec est dubium, tam Thes saliam Leleges, quàm Epiron, ut pleraq; alia Græciæ loca tenuisse, ex Strab. Porro & Megarēsis sua ab Le

lego Aegyptio Carum rege origo fuit. Hinc illud de Megaris apud Ouid. lib. Met. 7. Tutus ad Alcatheon Le legeia moenia limes. Et Locri illi, qui postea Epicnemidij uocati sunt, Leleges ante dicebantur auctore lib. 4. Plin. a Armorū. Insignes bel

latores fuisse Cares, passimq; stipēdis is, ut mererent prouocatos constat: arma quoq; ab ipsis cognominata sunt, si quæ idonea & belle adparata uiderentur. Hinc Anacreō, compactū Carie lorū dixit: et Alcæus, Caricā cristam, auctore Strab. Ob crebrum uero militie usum, & uite in ipsis incuriam quandā adagio locus datus est, In Care periculum facito, cuius doctissima est apud Erasmi explicatio.

b Pedaliō. Vtriusq; Plin. meminit, Crya illic quoq; oppidū Stephano, à quo promōtorio nomē. ceterū Cryane an Ciria legendum sit, Hermola. disputat super cap. 11. lib. 5. Plin. c Caunus. Meminit Calbis Strab.

Adagium. & aduēti oppidi Cauni estate & Autumno, ut ipse ait, ad inhabitandū grauis ob calorē & pomorū copiā. Ob id Caunij pestilenti cælo esse dicuntur. Hos cum intuitus esset Stratonicus Citharædus, homo salibus plenus, illū ex 6. Iliados uersiculū in eos recensuit: Tale quidem genus est hominū, quale est foliorū: liuorē uidelicet, quo omnes pallebant, sugillans. Caunij uero cū hominē incessissent acrius, quod urbē ut morbidā carperet, Ego, inquit, morbidā dicere ausim ubi mortui ambulat, urbanus multo acriusq; quàm prius illudens. d Gelos. Alter portus, & ille cui & c. Quamq; Plin. & Ptol. Cressa siue Cresso Rh. io proximus portus est. e Larūna. Plin. & Strab. Lorina. Liuius lib. bel. Macedonici. 7. Cum oram Asiæ legerent, Lorinā (portus aduersus Rhodū est) perucnerunt. f Aphrodisium. Plin. Aphrodisias dicitur. g Hylam. Plin. Hydā nominat. Item Acantū non Cynotū, uide Hermol. h Gnidus. Clara memoria Veneris à Praxitele sculptæ, & alumnis plerisq; uiris maximis. Situm peninsule uide apud Ptol. tab. 1. Asiæ. i Ceramicū. à Ceramoppido Ptol. Euthanæ ex Plin. Hermolao notissima est, ut reliqua superiora, quæ prætereo ut insignia minus.

Halicarnassus. k Halicarnassos. Clara Herod. Heraclio poëta Callimachi socio, & Dionys. historico, qui res Romanas Strabonis temporibus scripsit. Regia olim regum Carie fuit, ab Alexandro capta, & Adæ reginæ Idriei coniugi, quā Pixodarus ciecerat, regendā tribuit, ut Diod. lib. 17. & lib. 14. Strab. scribit. Iuxta eā Salmacis ille est, molles effœmiratosq; faciens, de quo lib. 4. trāsfor. Ouid. l Mausoli. Hic Hecatonis Carie regis filius, & Idriei frater, Artemisiam sororem simul & uxorem habuit: cui mortuo, cum coniunx post constructum marito monimētū mœrore absumpta esset. Idrieus successit, huic Artemisiam soror Adæ cōiūx fuit, cuius, ut dixi, Alexander misertus est. Lege Strab. De amore in Mausolū Artemisiam Gel. lege. 19. ca. lib. 10. De Mausoleo uero, quā inter orbis miracula spectatū est, Plin. 5. ca. lib. penultimi. Hero. lib. 7. Vocabulū ipsum penul. pducit. Luca. lib. 8. Pyramides claudūt idignāq; Mausolea, Quæ uersum corrupte Tortel. legēs, multum in huius uocabuli explicatiōe hallucinatus est. Qui & i Cares priā semp pducta est. Mar. Laudibus immodicis Cares in astra ferāt. Cōtra Nestorē, qui primā idifferentē esse putauit. m Iasius. A Iaso oppido in eo sito, Plin. & Ptol. De Bargylo, alijsq; illic oppidis cap. 29. lib. 5. Plin. Ptol. Bargyliā noiat, à Bellorophonte cōditam Stephanus scribit.

Mausoleum. m Iasius. A Iaso oppido in eo sito, Plin. & Ptol. De Bargylo, alijsq; illic oppidis cap. 29. lib. 5. Plin. Ptol. Bargyliā noiat, à Bellorophonte cōditam Stephanus scribit.

eo quondam armorū, pugnaq; amans, ut aliena etiā bella mercede agerēt. Hic castella aliquot sunt. Deinde promontoria duo^b Pedalion & Crya, & secundum Calbin annem^c Caunus oppidum ualitudine habitantiū infame. Inde ad Alicarnasson hæc adiacent. Rhodiorū aliquot coloniæ, portus duo, ^d Gelos, & cui ex urbe quā amplectitur, Thissamis sa cognomē est. Inter eos oppidū^e Larumna, & Pā dion collis in mare emissus. Tū tres ex ordine sinus, Thymnias, Schenus, Bubeffus. Thymniæ promontorium^f Aphrodisium est. Schenus ambit^g Hylā, Bubeffus Cynotū. ^h Gnidus in cornu peninsula. Interq; eam & ⁱ Ceramicum sinū in recessu posita Euthanæ. ^k Halicarnassos argiuorū colonia est, & cur memorāda sit præter cōditores, ^l Mausoleū efficit regis Mausoli monimētū, unū de miraculis septem, Artemisiam opus. Trās Halicarnasson illa sunt, litus Leuca, urbes Mindus, Aryāda, Neapolis, sinus^m Iasius, & Basilicus. In Iasio est Bargylos.

IONIA.



Onia ab ortu Lycaones, & Lydos habet, à septentrione Aeoles, ut à meridie Cares: quanquã Plin. Dorin post Halicarnassum à Stadio oppido orditur, inq; Doridis sinu inter cetera oppida Euthanè locat. Præterea ab Iasio, nõ Basilico Ioniã incipit. Eius uerba cap. 29. lib. 5. hæc sunt Ionia ab Iasio sinu ic piës numerofo ambitu litorũ flectitur. In ea primus sinus Basilicus,

IONIA.



Post Basilicũ Ionia aliquot se ambagibus sinuat, & primum à Possideo promontorio inflexum inchoans, cingit oraculum Apollinis, dictũ olim ^b Brãchidæ, nunc ^c Didymi. ^d Miletum urbem quondã Ioniae totius, belli pacisq; artibus principẽ, patriã ^e Thaletis Astrologi, & ^f Timothei musici, & ^g Anaximãdri physici, aliorumq; ciuiũ inclytis ingeniũ merito inclytã, utcunq; ^h Ioniã uocat urbẽ ⁱ Hyppin amnis ^k Mæandri exitum, Latmum môtẽ Endymionis,

uit, amatũq; celebri sui numinis oraculo donauit. Teretia. Pastorẽ Branchum, quum captus amore pudico, Faticas sortes docuit depromere Pæan. Stat. 3. Theb. Patrioq; equalis honori Branchus &c. Vbi placidus Terentiani uersus citans, corruptus est, addito uidelicet uersiculo nihil ad sententiam faciente, sic: Hymnum Branchiadæ Phœbo cecinisse Iouiq; cũ non Branchiadæ, sed Battiadem legatur apud Terentia. sic: Nec non & meminim pedibus quater his repetitis, Hymnum Battiadem Phœbo cantasse Iouiq;. Per Battiadẽ, nisi fallor, Callimachũ intelligẽs, qui Cyrenaicus fuit, à Batto eius urbis conditore, de quo nos alibi retulimus. De Branchidis, & ædis magnitudine Strab. plurã, qui lib. 11. Alexandrũ Branchidarũ, qui Xersẽm secuti essent, urbẽ iuxta Branchianã euertisse, quod sacrilegiũ haberet odio, cum ædis sacræ pecunias illi ultro obtulerant, cũ per Ioniã iter fecisset. De Sibylla non incelebri, quæ ad Branchos uaticinata est, scribit lib. 20. honestæ discipline Crinitus.

^c Didymi. Ideo dicti, quod ex uno fonte lucis gemino sydere spacia dici & noctis illustrat, ut Macrobius scribit lib. Sat. 1. ^d Miletũ. Hanc Neleus condidit: quanq; & à Cretensibus Mileti Iouis filij auspicijs aliquando conditã urbẽ in illis locis antiquã Miletũ dictã, ex Ephoro Strab. scribit, & testatur Ouid. Illa uero super. 30. urbiũ per cuncta maria genitrix, totius Ioniae clarissima fuit, eodẽ authore, bis consultata, à Persis prius, mox Alexandro ab ea excluso, maxima uero oppugnante. ^e Thaletis. Vnius ex septem sapientibus, qui primus Physiologiae & Mathematicae author fuit Strab. ^f Timothei. Hic ille est qui duplicẽ mercedem ex discipulis, qui apud alios Musicam didicissent, postulare solitus fuit, qd' eos nõ discere modo sua, quã aliorũ male tradita dediscere, oporteret, ut est apud Quintilianũ. Hic. 17. libros de Musica scripsit, & antiquã illã eius asperitatẽ in molliorẽ modũ mutauit. Animi Alexandri mirus rector: nam ut libuit, nunc ad arma prouocauit, nunc deflexit ad pacem. ^g Anaximãdri. Discipuli Thaletis, qui primus Lacedæmone Horologii sciotericum in loco captandæ umbræ idoneo statuit, in quo Solis per signa cõuersiones, & ipsa æquinoctia gnomone indicata adiecit. Cuius usum multis desitũ seculis nuper reuocauit Andreas Stiborius Mathematicus clarissimus: adiecit horarum diuersæ obseruationis æquationibus. Addit Strab. Milesijs Anaximenẽ, & Hecatenum clarũ historicũ, & Aeschinẽ oratorẽ Pompeio molestũ, atq; ideo missum in exiliũ. ^h Ioniã. Catexochẽ, tanquã totius regionis nomine dignã uisã. Eius ciuis Cadmus fuit, qui primus profaicã orationẽ condere instituit, authore lib. 5. Plin. ⁱ Hyppin. Plin. eam trans Mæandriũ Aeliã uersus locat. ^k Mæandri. Crebris flexibus ita sinuosi, ut ad originẽ reuerti credatur, Cygnorũq; copia memorabilis. Hic Mæomios, Lydos, Licæones, Cares, & Ionas lambens, ad decimũ à Mileto stadium lenis illabitur mari. Plin. T. Linius lib. quartæ Decados. 8. Mæander, inquit, ex arce summa Celenarum ortus, media urbe discurrens per Caras primum & Ionas in sinũ maris editur, quod inter Prienen, & Miletum est. ^l Latmũ. Hunc pleriq; Lanium nominant. Sed Strab. & Plinio Latmũ: in quo perpetuum illud somnum Endymion dormierit, cũ id à Luna adamatus obtinisset. Strabo libro. 14. haud longe à Mileto trans fluuiolum quendam, apud Latmium montem Endymionis

Possidiũ promotõ. & oppidũ, oraculum Brãchidarũ appellatũ, nunc Didymæi Apollinis &c. Quæ oia aliõ ad Pomp. sententiã admodum accedunt. Strab. quoq; à Possidio ad Phœceam usq; Ionicæ regionis oram expandit. ^b Branchidæ. Strabo, post Possidiũ, inquit, Milesium est oraculum Apollini Didymæo sacrũ apud Branchidas, ad. 13. stadia ascendenti. id à Xerse incensum est, quæ admodũ cetera templa omnia, Ephesio excepto &c. Nomen à Brancho Thessalortum, quæ interfectum acriter dolens Apollo, templo & sepulchro cõsecra

Apollo Branchida.

Lactan. Placidus.

Terentianus.

Apollo cur Didymus.

Timotheus.

Anaximander.

Andreas Stiborius.

Mæander.

Endymion.

Sepulchrum positum in spelunca quadam ostenditur. Quantum ad fabulam attinet, ita Ovidius lib. de arte amandi tertio: Latmius Endymion non est tibi Luna pudori. Originem eius ueritas fecit. Multa enim ad Lunæ motum attinentia primus reperit Endymion: & ob id amore eius captus fama traditur, ut Plinius & Fulgentius scribunt. Iam uero est notum, quàm sint ad siderum obseruationem commoda loca præcelsa. In Aegypto locus quidam aditus specularum Eudoxi nomen habet, quod hic cum ad Aegyptios duce Platone doctrina gratia profectus esset, res cœlestes ex illis obseruauit, ut Strabo lib. ult. haud obscure indicat. Contra uero aqua de planicie lib. de diuinat. i. Cicero, Aegyptios ait, quemadmodum & Babylonios in camporum patentium æquoribus habitantes, cū ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in siderum contemplatione & cognitione posu-

- Alexander.** isse. Nec fide caret illa de Prometheo & Atlante fabulositas. Alexander lib. problematum primo, Endymion, inquit, homo cœlestium cursuum studiosus, cū Lunæ cursus faciesq; uarias quæreret, nocteq; uigilaret, interdum dormiret, deliciae Lunæ fuisse, somnoq; dormiuisse inexpugnabili: edoctusq; ab ea ut philosophus, in causæ ipsius solutionem fugitur. Notum est adagium, Endymionis somnū dormire, quo usi sunt Cicero & Aristot.
- Bias.** Inflexa. Sinus eos uide in tab. Asiæ. i. Ptolemæi. b Prienens. Biante alumno nobilis: qui patria aliquando ab hostibus capta, cum reliqui omnes fugientes quidpiam rerum suarum asportassent, quæsitus ipse cur adeo nil efferret, Omnia inquit, mea mecum fero. Summas diuitias in animo statuens. Meminit Cicero in Paradoxis.
- c Panionium.** Nomen datum, quod omnibus Ionibus in eo loco confluentibus, olim Neptuno Heliconio cognominato, Priensibus sacrificantibus festum diem agere mos habuit. Plinius & Strabo regionem illam circa Gesum fluium omnibus Ionibus sacram Panioniam nominant, Ptolemæus de genere uocabulo Pangilium.
- d Phygela.** Plin. Iuxta, inquit, fugitiuis cōditum, uti nomen inditio est Phygela, nam φυγι fugam significat. Strabo Pygellam nominat à Pygallijs quibusdā Agamēnonis socijs, qui ibi calamitatibus fatigati remanserunt. In eo est Munychiæ Dianæ templum Agamemnonis opus Straboni, Græcis μουνυχία Diana dicitur. Aliàs Munychia Athen. portus.
- e Ephesus.** Insignis quondam famæ, & Dianæ spectatissimo templo, tum & clarorum uirorum, quorum generitrix fuit, dignitate, ab Androclo Codri Athen. regis filio cōdita, ut ex Pherecide scribit Strabo. Iustin. lib. 2. ab Amazonibus conditam ait, quod ipsum & Plinius lib. 5. confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus: hoc ipso commendabilis, quod cum Hermodorum uirum probatissimū in exilium ob iustitiæ & uirtutis amorem, eiecitur uidisset, omnes Ephesios dignos esse dixit qui strangularentur, quod Hermod. uirum inter eos eiecissent, dicentes: Nemo nostrum frangi esto, alioqui cum alijs eiciatur. Strab. Ex ea fuit Hipponax poeta, Parrhasius pictor, & Apelles, quanquam hunc Cōm Ouidius nominauit: Si Venerem Co-
- Templum Dianæ Ephesiæ.** us nunquam pinxisset Apelles. Ad hos Pauli extant Epistolæ. De Dianæ templo Plinius. 14. cap. penultimi libri qui fundamenta calcatis primum carbonibus, mox uelleribus lanæ substrata fuisse ait. 220. annis à tota Asia conditum est. De templo conscripsit librum Democritus quidam ab Abderitano illo alius, ut Diogenes refert. Operi præfatus Ctesiphon fuit. At Strabo Dianæ templum Archiphron, inquit, mire fabricatus est: ut ad secundariam structionem Plinius respexisse uideatur, nā exustū ab Herostrato maximis sumptibus ut aliàs sepe restauratum est. Solinus quoq; Epheso, inquit, decus est templum Dianæ Amazonum fabrica adeo magnificentum, ut Xerxes cum omnia Asiatica templa igni daret, huic uni pepercerit. Iuxta, Asylum fuit, quod tandem Augustus scelerum refugium existimans irritum fecit. Cuius quoniam meminimus, in transcurso id quoq; referendum, auctore lib. 3. Tacito, Tiberij imperio adco per Græcas urbes Asiæ licentiam atq; impunitatem Asyla statuendi increbuisse, ut ea de re missis legatis cognoscēda à Patribus fuerit decretū. De origine autē, atq; unde huiusmodi pugi-
- Asylie ius un-** gijs Asylie ius dari potuerit, non obscure idem author indicat. Dedere quondam Imperatores populi Romani, eratq; munificentie monumentum, uelut ad Dianæ leucophrenes cognominatæ Phanium apud Magnetes, quod Asylie iure donauit L. Scipio, & L. Sylla Imperatores, exercitus Ro. ob Magictum erga Romanos contra Antiochum & Mithridatem perspectam fidem. Post uero utilitate simul & sanctitate cognita, ut est natura liberum, & ad impunitatem natum humanum genus, certatim à ciuitatibus raptum, placuitq; ut ad Deorum simulacra delubraq; & Principum statuas Asylum esset. Patres autem, quod illi peregre agentes permisissent, Romæ in senatu confirmare solitos constat, ne temere quis institutum suspicaretur, quod seorsum nulla iusta causa

à Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Deinde rursus^a inflexa, cingit urbem^b Prienen, & Gessum fluminis ostium, moxq; ut maiore circuitu ita plura complectitur. Ibi est^c Panionium sacra regio: & ob id eo nomine appellata, quod eam cōmuniter Iones colunt. Ibi à fugitiuis, ut aiunt, condita (nomen famæ annuit)^d Phygela. Ibi^e Ephesus, & Dianæ da

natum uideri poterat. Tacitus lib. 4. Is quoque annus legationes Græcarum ciuitatum habuit, Samijs Iunonis, Tacitus.
 Cois Aesculapij delubro uetustum Asylii, ut firmaretur, petentibus. Nam apud Romanos primus omnium Romulus ad conciliandam plebis multitudinem, Asylum, testante Liuius, posuit. Durat hodie quoque mos uetus ad immunitatem ecclesiarum (ut pleraque omnia uetera) translatus, & Principum auctoritate sanctus inuolatusque, siastica.
 haudquaquam importuno aduersus præcipitem ultionem, & ab ira propterantia consilia remedio. a
 rissimum templum, quod Amazones Asia potitæ Caystros amnis, ibi^b Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod^c Manto Tiresiæ filia fugiens uictores Thebanorum^d Epigonos, & Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit, ad promontorium quo sinus clauditur, quod altera parte alium, quem^f Smyrnæum
 Caystros. Iuxta Caystrum pariclaritate memorabilis est Cenchrus amnis, per lucum Ortygiæ fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu: accole aditum olim quo peperit, ipsamque oliuam. sub quo partu liberata quicuit, monstrare soliti fuerunt. Tacitus lib. 3. Vbi de horum legationibus ad Senatum missis, Primum, inquit, omnium Ephesij adiere memorantes, non ut uulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos. Esse apud se Cenchrum amnem, locum Ortygiæ ubi Latonam partu grauidam, & Oleæ quæ tum etiam maneat, adrisam, edidisse numina. Deorumque monitu sacratum nemus. Quam uniuersam tamen Latonæ fabulam plerique omnes Græcorum & Latinorum ad Delon insulam, & uetustissimam in ea Oliuam, cuius Plinius & Cicero meminere, referunt: Indicantem id ipsum quoque in sermone primo Codro Vrceo perquam præstatis in utraque lingua ingenij uiro: Ut uerisimile sit Asiaticos, ut de suis locis idem referrent, nominis allusione inuitatos, cum Delos aliquando & ipsa Ortygia dicta sit, sue magis famæ studio ductos, credendum est. Ut hodie quoque Christianis nobis est mortuorum ossibus magis quam uiuentium operibus fama queritur, incredibili quorundam in reliquiæ arum cultum.
 standum nobis sit, quid Deus præceperit, non quid homo fecerit. Ut non dicam interim quam friuolum, quamque plenum ridicula uanitate horum studium existat, qui est pauperum uisceribus omni exactionum genere aurum, quo cadauera uestiant, extorquere malunt, quam tyrannide spreta, & deuicta auaritia, his similes esse, quorum non quidem uestigia imitari, sed ossa, baculos, uestes, atque etiam calceos demirari uidemus. Iam dum certi esse nequeunt, coniecturis depugnant, & historias ingerunt nullo authore, plerumque fabulosas: de cultris, ensibus, securibus, & reliqua carnificum officina altercantes. Nec id satis est, plures hodie cuspides ostentant, quibus Saluatore cõfessum esse credamus: præterea diuersissimis in locis adeo tota fide sanctorum corpora uendicant, ut nisi Geriones quosdam tricorpores fuisse imaginis, intelligere nequeas qui id fiat, quod illi te credere iubent. Deum immortalium, quam bene cum Christiana republica ageretur, si primorum exemplo hæc demum sententia stare posset, quæ uiuam maiorum uirtutem de mortuorum ossibus anteferendam iudicaret, magno braçtati honoris contemptu. b Lebedos. 120. stadijs abest à Colophone, Straboni. Iuxta uero Apollinis fanum, Clarij cognominati à Claro Colophoniorum oppido, ibi specus fuit, & in eo lacuna, cuius potum mira oracula reddita sunt, breuiore tamen uita bibentium. Clarius Apollo.
 Huius Plin. lib. 2. & alicubi Macrobius meminerunt. Caterum non scemina, ut apud Delphos, sed certis familijs, & ferme Mileto accitus sacerdos numerum modo consultantium, & nomina audit: tum in specum digressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum & carminum, edit responsa uersibus cõpositis super rebus, quas quis mente concepit, sicut lib. 2. Augustalis historiae scribit Tacitus. c Manto. Hæc Thebis cõsuetatis, multa seruitute pressa demum in Asia uenit, illic Rhacium quendam Mycenæum secuta, cui oraculo suadente nupsit, iuxtaque Lebedon Apollinis fanum struxit. Demum in Italiam profecta, ex Tiberino Oceanum suscepit, cuius lib. Aeneid. 10. meminit Virg. Hic Mantuam mœnibus cinctam matris nomine donauit. De Tiresia multa lib. 11. Odyssæ Homerus, & lib. 3. transfor. Ouid. d Epigonos. Hoc est posteros. Euseb. in Chroni. Interfectorum, inquit, posteri, qui uocantur Epigoni, aduersus Thebas bellum mouerunt. Hermol. Veteres quoque Tragedias hoc nomine inscriptas Cicero testatur, q. lib. de officijs. 1. Qui, inquit, uoce freti sunt, Epigonos Medeamque eligunt. e Colophon. Hæc clarissima urbs adeo olim equestribus ualuit, ut ubicunque bella difficulter componi poterant, Colophonij equitatus auxilijs dirimerentur. Mopsus autem, cuius hic meminit Pomponius, ille est, qui cum Chalcante illuc cum Amphitro post Troiana bella pergent, in augurandi peritia certauit, uictumque mœrore ad mortem adegit, de quo digna lectu Strabo libro decimoquarto, ubi de Colophone illa, quam multi Homeri patriam fecerunt. Viri ex ea elari, Xenophanes Physicus, & Mimnermus Elegiarum scriptor. Strab. f Smyrnæum. A Smyrnacitate clarissima, & Gymnasio quondam nobili: quam Homeri fuisse patriam pleraque indicant: sed ante alia, porticus templo & statua Homeri insignis, numus quoque æneus cusus, cui Homeri fuerit nomen. Multa de Smyræ

Cenchrus.

Cõtra superstitionum reliquiarum cultum.

Braçtatus reliquiarum cultus.

Clarius Apollo.

Manto.

Homeri patria

na lib. 14. Strab. ^a Angustisq; ceruicibus. Illic enim inter Colophonium & Smyrnaeum sinum Asia pen-
insula forma in Chium insulam prominet, angusto intermedio freta. Iuxta uero continentem strictior, oppida sus-
tinet insignia Teon & Clazomenam: hæc Smyrnam, illa Colophonem prospicit. Supra Teon in Australi pen-
insula fronte Erythre oppidum est, unde Erythrae Sibyllæ, quæ tempore Alexandri floruit, nomen. Ex Teo sic
Anacreon. Anacreon poeta, Straboni. Hinc Teium nominauit Ouid. lib. tristium. 2. Præcepit Lyrici Teia musa senis. Et
Hora. lib. Carminum secundo, Teiam
fidem dixit, hoc est Lyricam. Step-
hanus aliam Teon in Scythia ponit, ad
quam palus sit piscibus referta, e qua
bus perferentium oleum manat in sum-
ma aqua, tanta copia, ut colligi in ua-
sa possit, usibus aptum. Fuit & Teis-
us Hecateus historicus. At Clazome-
nius Anaxagoras fuit, cuius auditor
Corycus. Euripides erat. Strab. In his locis Co-
rycus est mons latrocinij olim infe-
stissimus, unde locus pro uerbis da-
tus: Hinc Coryceus auscultauit, in eum
qui rem dissimulat & occultat, depre-
hensam tamen. In illo enim litore pi-
ratae, quod abituri essent mercatores,
clanculum sciscitabantur: mox in altum
soluentes, abitueros spoliabant. Lege
Strabonem. ^b Coryna. Plinius
Corynaeum flu. illic ponit, indubie ab
oppido nomen sortitum, Stephanus Ca-
rinam nominat. ^c Termodon.
Plinius iuxta Smyrnam Meletem flu-
uium, Strab. Melam esse aserit: nam alius est Termodon in Paphlagonia, de quo infra. ^d Leuca. Hæc est
Leuca iuxta quam P. Crassus in Asiam contra Aristonicum missus, profligato exercitu captus, ac deinde conse-
ctus est, de quo Florum lege in fine. 2. lib. Plin. Ionie finem ponit Leucen. Strab. Phocæam, à qua Phocæenses &
Phocæici, præterea & Phocenses dicti assiduis authoribus. Liiui lib. 7. quartæ Dec. Clamor undiq; est subla-
tus, indignum facinus esse Phocenses nunquam fidos socios, semper infestos hostes impune eludere. Neque non
ab illa quæ in Græcia est Phocæses. nominantur. Iuxta Phocæam Hermus amnis clarissimus mare illabitur. Herod.

AEOLIS.



Roxima regio, ex quo ab Aeolis inco-
li cœpit, Aeolis facta, ante ^e Mysia, & quæ
Hellepontum attingit, Troianis possi-
dentibus Troas fuit. Primam urbem à My-
rino conditore ^f Myrina uocant: sequen-
tem ^g Pelops statuit uicto Oenomao reuersus ex Græ-
cia: Cymen nominauit, ^h pulsus quoque habitaret, dux A-
mazonum Cyme. Supra ⁱ Caicus inter Eleam decur-

AEOLIS.

Linus quoque libro. 5. Aeolis, inquit, est quondam Mysia appellata, & qua Helleponto adiacet, Troas. Celebris ille tractus, & cum sinibus magnis tum claris oppidis memorabilis, maxi-
me uero insulis iuxta sitis felix, Lesbo & Tenedo, & ab Aeolij illuc appellentibus nomen ade-
ptus, cum ex Tyrreno illuc adnauigassent. ^e Mysia. prima syllaba iam æ diphthongo,
iam ypsilon scripta. Ptolemæus quatuor Mysias facit, in Europa duas, superiorem & inferio-
rem, de quibus secundo lib. In Asia maiorem & minorem: de maiori intelligit Pomponius, quæ
per Phrygiam, & supra Troadem in Galatiam uergens late patuit. Nam & Teutraniam, quæ supra Aeoliam est, Mysi
habitarunt, ex Europa cum Phrygijs & Thinis profecti, à quibus tandem in Asia quoque Mysi, Phryges, & Bithyni.
Plin. cap. 12. lib. 5. Minor autem secundum Helleponti oram in Bithyniam & Propontidem inclinat. ^f Myrinam.
Sebastopolim cognominatam, portu nobili, & in Elaitico sita sinu. Iuxta, Gryneum est Myrinorum oppidum, ubi tem-
plum olim Grynei Apollinis cædido structum lapide, & oraculi fide memorabile. ^g Pelops. Hic, ut est ferè no-
tum, Tantalus potētissimi Phrygum regis filius fuit. Cuius Hippodamiam Oenomai Pise regis filiam, coniugem desiderasset,
iniquissimis conditiōibus propositis ab Oenomao reiectus est: quæ res bellum suscitauit, in quo Myrtillo præfecto suo
conditore, regno Oenomai Pelops potitus est. Hinc illæ Poetarum fabula. Sed ad historiam Pomp. respexit. Lege li-
5. Diod. ^h Pulsis. Alijs enim colonis iuductis, sui nominis memoriam fecit. Scribit lib. 4. Diod. Myrinam Ama-
zonum maximam ducem, in Asia Cymen, Pitane, Priene aliasque nonnulla per id litus oppida struxisse: non nihil à Pomp.
diuersus, nisi apud alterutrum corrupta est lectio. ab hac Cyme Cymeos incolas Liiuius cognouit. ⁱ Caicus.

Vide primam

vide primam Asiæ tabulâ Ptol. ab Elca Elaiticus sinus Straboni, à Pitana incolæ Pitanci & Pitaniæ, sicut ab illa quæ in Laconica est, Pitaniæ, ut Hermol. asserit. a Archesilan. Hic, ut M. Cicero scribit lib. de finibus secundo, Socratis morè diu intermissum uindicans instituit, ut q se audire uellent, nõ de se quererent, sed ipsi dicerent quid sentiret. Idè lib. de Oratore. 1. de eodè, Primũ, inquit, instituit, quãquã id fuit Socraticũ maxime, nõ quid ipse sentiret ostendere, sed cõtra id qd quisquã se sentire dixisset, disputare. Rursum lib. 2. de Diuina in

rit & Pitanem illã, quæ^a Archesilan tulit, nihil affirmatis Academiæ clarissimũ antistitè. Tũ in pmõtorio est^b Cana oppidũ, qd præteruectos sinus excipit nõ paruus, sed^c lõge ac molliter flexus, retrahès q paulatim oras usq; ad ima montis Idæ.^d Isthmos paruis urbibus aspersus est, quaz clarissima est Cistena. Gremio interiore^e cãpus Thebæ noie, Adrimitiũ, f Austrã, Teressam oppida, eodè quo dicta sunt ordine adiacètia cõtinet. In altero latere^g Antãdrũ, duplex causa nominis iactatur: alii Ascantiũ Aeneæ filiũ, cũ ibi regnaret, captũ à Pelasgis, ea se redemisse cõmemorant: alii ab iis putãt cõditã, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat. Hi Antãdrũ quasi^h pro Andro, illi quasiⁱ p uiro accipi uolunt. Sequès tractus tangit^k Gargara & Asson, Aetolorũ colonias. Tum sinus alter^l Ἀχέωρ λιμὴν, nõ lõge ab Ilio litora incuruat urbe bello excidioq; clarissima. Hic^m Sigeum fuit oppidum. Hic Achiuorũ fuit bellantiumⁿ statio. Huc ab Idæo monte demissus^o Scamander

nè lib. 4. Solini erratũ Hermolaus pdidit, summi iudicij & solidissimæ doctrinæ homo: què odiosa fati seueritas, florètissima uitæ munere priuauit, ipso etiã iuuenè extincto: Id qd in Ioãne Pico Mirãdula tato uiro ipse merrũ persæpe nõ sine quadã animi exacerbatione memoria psequor. Non præterierim in Pitane lateres adeo leui esse argillæ materia, ut in aqua supnatèt. b Cãna. Strab. Canas lib. 13. noiat cũ pmõtório, inter qd & Leuũ Troadis pmõtório. Sinus est ab oppido Adramyteus, à mõte Idæus dictus Straboni. Vide Ptol. c Longe. Quia amplius est. d Isthmos. Ille q inter Elaiticũ & Idæũ sinũ pminet. De Cistena etiã Plinius. e Cãpus Thebæ. Meminit eius Strab. Thebæ uero dici põt uel Thebæ cãpus, sicut Mygdonia uel Mygdoniæ cãpus, ut inibi Adraestia uel Adraestia dicitur: locus ubi Adraestia Nemesi olim, haud lõge à Thebis fãtũ, unde adagiũ ortũ, Adraestia Nemesi, in eos, q supbia & insolètia, fortuna mutata, dare poenas uidètur, de qua paulo infra. f Adrimitiũ. Legèdũ Adramittiũ, Astyrã & Ereßam: notissima illa oppida sunt. scribitur autẽ & Adramittiũ & Adramyteũ, ut ex Stephano adnotauit Hermolaus. Quin & Adramyteos Plinio. Inde Adramitteni dicti cultores. Cicero p Flacco: Quid si etiã occisus est. i Piratis Adramittenus hõ nobilis, cuius è ferè nobis oibus nomẽ auditũ. g Antãdrũ. Hæc prius Edonis dicta est etiã Plinio, mox Cimmeris, ab Edonibus Thraciæ maritimis populis, & Cimmerijs. Hermol. ex Aristot. testimonio id asserète. Virg. Aene. 3. Classemq; sub ipsa Antãdro & Phrygiæ molimur mõtibus Idæ. Vbi Serui. de nois causa eadè referès, nõ Ascantiũ, sed Polydorum captũ, ea urbe redèptũ esse scribit. h Pro Andro. αὐτὶ δ' ἀνδρὸς. i Pro uiro. Qui Græce ἀνὴρ dicitur. k Gargara. Iuxta q solũ frugũ feracissimũ est, ut Macro. li. 5. scribit. De Asso etiã Ptol. De Gargaris Ouid. Gargara quot segetes, quot habet Methymmaracemas. Ea cõdidèrũt Asij. l Ἀχέωρ λιμὴν. hoc est Achiuorũ portus, à Græcis illuc adpellètibus nomẽ indeptus. De Ilio uero, unde (ut Plin. scribit) omnis rerũ claritas orta est, nemo non nouit. Scribit Strabo Alexandrum, & post eum Casa. Dictatorem de ilicibus exornandis multum sollicitos fuisse: ille quod Homeri esset studiosus, hic quod Troiana se stirpe ortum agnosceret. m Sigeum. Id à silentio dictum plerique autumant, quod Hercules Ilium capturus eo in loco magno silentio delituerit. Græcis σιγῆς silencio significat. n Statio. Cum mari, tum terra, cum Ilium obsiderent. o Scamander.

Archesilas.

Academiæ i di
sputãdo modes
tia.

Solini error.

Hermolaus.

Ioannes Picus.

Adraestia Ne
mesis.

Antandrum.

I

o

- Nauigabilis.** Catullus in Pelei nuptijs, ubi de Achille: Testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri. ^a **Fama.** Nam & Homero celebrata sunt cum primis, mox alijs, qui rerum ad illum gestarum meminere. Est in ijsdem locis Xanthus, qui Simoentem rapiens in Acheorum portum defluit. Quãquam de natura animalium tertio Aristoteles tradit fuisse, qui Scamandrum, ab Homero Xanthum uocatum autumarit, quod oues potu flauas reddat: ut uerisimile sit in horum ammiũ nomenclatura Xanthi nomen consulto Pomponium præterijse, quoniã Scamandrum censuisset. **b** **Iudicium Paridis.** Silius lib. 7. Laomedontæus Phrygia cũ sedit in Ida Pastor, & errantis dumosa per aua tauros Arguta reuocans ad roscida pascua canna, Audiuit sacre lentus certamina formæ. Cũ reliquis, quæ illic à Procto de Paridis iudicio referuntur. In eandem de Ida sententiam Diodo. lib. 17. Sanè (inquit) omnium qui circa Hellepontum sunt montes altissimus, habetq; ad sui mediũ ueluti deis accipiendis antrum, ubi trium deorum iudicium ab Alexandro factum esse prædicant. **c** **Aliter quàm in alijs terris.** De prospectu illius montis ab Ida & solis ortu, pariter et Lucretius .7. lib. & lib. iã citato Diodo. qui alicubi nõ dissimilia de miro solis apud Arabes ortu tradit. Tota uero ratio referenda est ad aëris diuersam ex uaporibus nocturnis dispositionem: nam fit, ut lux eiektorum supra horizontem radiorum, pro ut aër aut serenus, & caligine crassus est, nunc clara, nunc fusca magis uideatur, & pari ratione iam rotundo aspectu, iam in sparsam rubedinẽ expansa: dum interim Sol horizonti magis magisque adproximat: Idq; in aestiuis noctibus maxime, quando longior existit aurora circa horizontem mora, & his qui iusta latitudine in Arcton uergunt, perniox obtusæ lucis præsentia est. Diodo. certe hoc in Caniculæ exortum refert, ut dubitari nequeat, contingere id potissimum, cum circa æliuam stationem Sol est. **Lucretius.** Quod genus Idæis fama est è montibus altis, Dispersos ignes orienti lumine cerni, Inq; coire globum, quasi in unum & conficere orbem. **d** **Ingens globus.** Id per matutinam caliginẽ prospicientibus, in alijs Planetis quoque adparet. Equidem memini me mense octobri anni abhinc quarti, Georgio Collimitio Mathematico, cum à uiris principibus in Hungariam Vienna uocatus esset, expeditissimi itineris comitem, immo ut ipse aiebat, Achaten fuisse: ibi uero cum nocte tota, ut illic est moris, in perpetua planitie Panonica ueheremur, & ipse somno destitutus, necum de uarijs, quæ adparebant, stellarum imaginibus cõmentaretur, multum sermonem in quartam usque castrensem uigiliam trahebamus: interim ad oriẽtale horizontis latius ingens quidam nobis ignis suscitari uisus est, quem à pastoribus excitatũ credebamus: mox die adproximate, cum se altius ab horizonte extulisset, gratam Veneris stellam, quæ tum Luciferum agebat, agnouimus, tanta magnitudine adparẽtem, ut quidlibet citius, quàm Planetam credideris. Adeo locorum aërisq; ratio prospicientium euidẽtiam uariare solet. **Spartianus.** Spartianus in Hadriani uita author est, Hadrianum in Siciliam nauigasse, & Aetnam ascendisse montem, ut ortum Solis sub arcus specie cerneret: & in Syria cum esset; Casium ascendisse, ut orientem cerneret Solem. Ex quo mihi fit uerisimile ex altissimis quibusq; montibus, Solem obseruantibus ascendentem in alio atque alio, ut sic dicam, uultu adparere. Causam retinente, ut dixi, aurora: quæ reuera aliud non est, quàm cedentium tenebrarũ lucisq; ingruentis confusio quædam à diluculo in præsentẽ tracta diem. Nec nisi in aère, eoq; proximo nobis conspicua est, etiam si cœlestis uideatur. Ea de re ipsa aurora ad Iouem apud Ouid. lib. 13. Meta. ita in fit: Omnibus inferior quas sustinet aureus ether: Nam mihi sunt totũ rarissima tẽpla per orbem. Quo in loco ad auroræ naturam uates doctissimus respexit. Inferior enim est: quoniã in infima cœli conspicui parte ad horizontem adparere solet: primum, mox diffundi amplius, donec conspicuus Sol sit, præterea non nisi à latere orientis, nec semper cernitur, ea causa rarissima sibi in orbe tẽpla esse queritur. Quamquam ut semper crepusculum alicubi est, ita semper aurora, semper nox, semper dies: sicut nullum existit temporis momentum, in quo non & meridies, & simul noctis mediũ alicubi sit, quæ neuiquam proterita ratio ex no-

ticia circuli illuminationis deprehenditur. Porro quod ad prospectum attinet, non ignoro ex Dioptrica, Solem uideri posse, antequam uere supra horizontem ascenderit, ob radios scilicet fractos, ea ratione, qua in pelui nummus, ab oculo ad certum obtutum fixo per aquam cernatur, qui per aërem uideri non poterat. a Rhetæa litora. Plin. lib. 5. Extra sinum, inquit, Rhetæa litora, Rhetæo & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata. Strabo lib. 13. Dardaniam à Dardano conditam scribit. Oui. lib. 1. tristium: Dardaniamq; petit authoris nomē

^a Rhetæa litora, Rhetæo & Dardania claris urbibus, Aiakis tamen sepulchro maxime illustria. Ab his fit ^b arctius mare, nec iam abluit terras, sed rursus ^c diuidens, angusto Helleponti freto litus obuium findit, facitq; ut iterum terræ, qua fluit, latera sint.

BITHYNI A.



Nterius ^e Bithyni sunt & ^f Mariadynei. In ora Graiæ urbes ^g Abydos & ^h Lampfacum, ⁱ Pariō, & ^k Priapos. Abydos

latera sunt magis quam litora. De illo uero loco sic libro quinto Plinius: Impetum deinde sumit Hellepontos, & mare incumbit uerticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europe.

BITHYNIA.



Bithyniam Ptol. lib. 5. aliter, quam Pomp. terminans, à Rhindaci eam fluminis ostijs orditur, & oppida que citra in occasum & meridiē sita sunt, Asiæ minori, que illic ad Helleponti angustias, Phrygiæ nomen habet, tribuit: cuius pars etiā Troas est, authore Strab lib. 7. Quamquam Plinius lib. 5. Phrygiam Troadi superiectam, tāquam illa alia foret asserit: forte Phrygiam maiorem intelligens. Nam Straboni lib. 12. duplex Phrygia est, sicut & Mysia in Asia, ut in minori sit Troas. Idem in hoc litore adusque Euxinum portum, Hellepontum, Propōtidem, Bithyniam, & Bosphoron facit cap. 31. lib. 5. Bithynorū originem ex Europa uenisse antea ex Pli. ostendimus. Strab. lib. 7. & 12. Mysos quoq; & Phryges, tum & Mygdones, & Bebryces ex Europa in eas terras uenisse scribit. Nā Bebrycia prius hæc & Mygdonia uocata est. Terra rerum omnium, & cum primis Crystalli ferax. Solin. à Bithyno nomen deriuat. Nota illa Romanis, & Caesaris Dictatoris olim apud Nicomedē agentis alumna.

^e Bithyni. De his Claud. lib in Europio. 2. Thini Thraces arant, que nunc Bithynia fertur. Ante enim ad Mysiam totus ille tractus attinebat, ut Strab. scribit lib. 12. Herod. lib. 7. addit Bithynos aliquando Strimonios dictos, quo à Thracia exacti illa loca Strimonis accolæ occuparint. ^f Mariandynei. Noti populi, Pli. post Sangarim, qui prope mediā Bithyniam prolabitur, siti, Ptolemæo propius ad Cion & Parthenij ostia, unde Paphlagonibus initium est. Strab. lib. 7. itidem ex Europa profectos illic sedem occupasse ait. ^g Abydos. Intra quam & Seston contrapositam septem stadiorum mare interlabitur, Plinio memorata uero Abydos

Leandri fato in Hero pereuntis, & eo freto mersi: unde Leandrium Hellepontum Silius dixit lib. 8. Mille rates uidit Leandrius Hellepontos. ^h Lampfacū. Ante Pytiusa uocata: unde nō condita à Phocæis, sed habitata potius uidetur, nomine ex oraculi fide mutato: nomē à splendore tractum est: nam λάμπεω idem est qd' splendeo. Stra. urbē clarissimā nobili portu esse ait, & templo matris deū insigni: Ammianus lib. 22. à rege Persarum Themistocli donatum olim, quod idem & Strabo refert. ⁱ Parion. A Milesijs, Erythreis, Parijsq; conditum: iuxta quod Ophiogenes, hoc est serpentigenæ dicti fuerunt adusq; Varronis tempora, quibus quem-

admodum in Africa Psyllis, contra serpentes ingenium fuerit. Hi serpentum morsus solo contactu leuare, & manu imposta uenenum extrahere corpori soliti sunt, authore cap. 2. lib. 7. Plinio, meminit & Strabo lib. 13. Nomen oppido à Paride datum, tribus ferè annorum decadibus ibi enutrito, ut quorundam sententia est, qui & Amandrum ante dictum uolunt. Paris autem Iasonis fuit filius Ammiano libro. 22. ^k Priapos. A Priapo Veneris & Liberi filio condita, qui à uicina Lampfacō etiam Lampfacenus dicitur, ex Lampfacō enim cum ortum Seruius scribit, & Valer. Flacus lib. 2. Sed sumus in Venerē raptat deus & c. Et Hellepontiacus, Maro

habētē. Est & iuxta promontoriū Dardanum. De Aiakis sepulchro & Achillis, quibus id litus inclytum est, inter alios. Plin. Strab. ait Ilienses Aiaci, Achilli, Patroclo, & Antilochō sacrificare, Herculi uero non ob aliā causam, q̄ quod eorum aliquādo urbem est depopulatus. ^b Arctius. Ob Thraciæ Cherronesum prominenti sese Asiæ oræ opponētē.

^c Diuidens. Remota enī litora nō diuidit, sed abluit: nec latus faciunt terræ, sed litus: ubi uero sunt angustia, ibi terminantia terrarum oras

Bithyni unde.

Leander.

Ophiogenes.

Priapus.

- lib. Geor. 4. Hellepontiaci seruet tutela Priapi. Vbi multa Seruius. Cœptus autem ibi colli, ob uineta uberrima, qua iuxta in Pariana, & Lampfacena regione sunt, authore Strabone. a Amoris. inter Leandrū & Hero. ut in epistol. Ouid. & in Georg. Seruius. b Propontis. Eius situm ut expansus est inter Hellepōti & Bosphori fauces, ex Ptol. tab. prima Asiæ discito. c Granicus. De pugna illa ad Granicū, Diod. 17. lib. Plutar. quoq; & lib. 2. Iusti. in ea sexcenta millia hoīm cæsa fugatāq; sunt. Victa ab Alexandri exercitu nō maiori. 30. duobus millibus perditum, & equitum millibus quatuor, & quin- gentis: quibus omnibus nihil de fuga cogitantibus, non in pedibus spes, sed in lacertis fuit, magno fugati Darij dedecore. d Cyzicum nomen. Nobilis ciuitas, arce, mœnibus, portu, turribusq; marmoreis Asiaticæ plagæ litora illustrat, ut scribit Florus in bello Mithridatico lib. 3. Libera illa aliquādo, & agri diues multoq; in honore à Romanis habita. lege Stra. lib. 12. De Cyzico ipso Val. lib. Argonauticōn. 2. Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agris
- Cyzicus.** Cyzicus & c. Hic cum Minyæ naues soluissent in Bosphorum nauigaturi, & noctis caligine, tum & Typhis naucleri somno in priorē portū uersa classe uentis adacti essent, tumulu in oppido suscitato, turba duce Cyzico eruit, Pelasgos qui odiosissimi Cyzicenis erāt, adesse rata: ubi per imprudētiam Cyzicus occisus est. Lege lib. 3. Flaccum. Nomē igitur eius, qui immerita morte decubisset, Minyæ æternum esse uoluerūt: nam ante Arctonefus, Diolionis, & Didymis appellata est Plin. Vide Hermol. super cap. 32. lib. 5. Ouid. ab Aemonijs extractum putat lib. 1. tristiū. Cyzicon Aemoniæ nobile gētis opus. iuxta clarissimum templum extitit Nemesis
- Adrastia Nemesis.** Adrastia, de qua sic Antimachus, ut Georgius traduxit Tiphernas. Est dea, quam Nemesis dicunt, dea magna potensq; Quæ bona cœlestum concessu cuncta deorum Possidet: huic primus sacratam condidit aram Fluminis Acsapi gelidas Adrastus ad undas, Atq; ibi nunc colitur, seruatq; Adrastia nomen. e Placia. De Placia etiam Plin. Val. Flactus Scylacem Scylaceon nominat lib. 3. Spumosumq; legunt fracta Scylaceon ab unda. f Olympus. Vide situm eius apud Ptol. Alius hic à Thesalo est poētis memorato. Eius Herod. meminit lib. 1. Perpulchra de Apro illo Mysio historia adiecta. Nō ignoro in Lesbo & Lycia montes olim Olympi nomine Plin. ceteris. g Rhindacum. Notum flumen ex Strab. & Plin. Terminus est Asiæ à Bithynia Ptol. & Plin. De anguibus in eandem sententiam scribit Secundus lib. 8. cap. 1. 4. ex autoritate Metrodori. h Dascylos. Ptol. & Strabo Dascylium nominant: & hic iuxta, lacum Dascyliticū. Plin. Dascylon, ut Pōp. i Myrlea. Ante Apamea dicta. Plin. sicut Apamea, inquit, quæ nunc Myrlea Colophoniorū: nomen hoc à Myrlo Colophoniorum duce, illud ab Apame Nicomedis matre eius, qui Prusiæ regis filius fuit, ex Stephano.
- Hylas.** In his locis Hylas est amnis & lacus, ad quem Hylam Herculis delicias raptum fabulantur, de quo in Bithynia.
- Harpagium.** Solin. fuit & iuxta Pariū oppidū Harpagiū, apud qd Ganymedē Phrygium puerum ab aquila raptū Græca fabulositas ausa est asserere. k Cion. Olim Prusias dictum. Cios tandē à Cio Herculis comite, & iuxta fluminis eiusdem nominis. Palemon ex Dionysio: Qua Cius egregius decurrens murmurat unda. Plin. Cios cū oppido eiusdem nominis, quod fuit emporiū non procul accolentis Phrygiæ, à Mulesijs quidē conditū. Haud longe à Cio fuit Libysa, clarissimi oīm imperatorū castrensium Hannibalis sepulchro nobilis: illic enī cū Prusam oppidū condidisset

condidisset Roma. in se odij metu ueneno sumpto perijt, ut lib. 32. Iustinus scribit. a Olbianus. Ab Olbio, quæ ante Nicea dicta est. Pli. li. 5. qui sinum hunc nō Olbianū, sed ab alio in eo oppido Astaco, q̄ & ipsa Nicome dia quōdā dicta est, Astacinū noīat. b In Promōtorio. Esti.e scilicet, Pli. c Iacēt. Eliso mari, in Euro pā tēdentes, ut graphice tab. Asiæ. 1. Ptol. indicat. d Pontū. Euxinū. e Stadijs qnq;. Pli. cap. ul. li. 5. 500. pass. dīsternat: uerū quia notule numerariæ in Plinianis codicibus persæpe corrupte legūtur, rectius legi

alter^a Olbianos^b in promontorio fert Neptuni fa- num. In gremio Astacon à Megarensibus conditā. Deīde priores terræ iterū^c iacēt, exituriq; in^d Pontū pelagi canalis angustior. Europam ab Asia^e stadiis quīq; dīsternat Thracius (ut dictum est) Bospho rus. Ipsis in faucibus oppidum, in ore templū est: op pidi nomē Chalcedon, author Argias Megarensiū princeps, f templi numen Iuppiter, conditore Iaso ne. Hic iā sese^g ingens pōtus aperit (nisi qua promō toria sunt)^h huc atq; illuc longo rectoq; limite extē- tus, i sinuatus cætera. Sed quia^k contra minus, q̄ ad læuā & dextrā abcessit, mollibus fastigijs, donec an gustos utrīq; angulos faciat, inflectitur, ad formam Scythici arcus maxime incuruus, breuis, atrox, l ne- bulosus, raris stationibus, non molli, neq; arenoso circumdatus litore, uicinus aquilonibus: & quia non profundus est, fluctuosus atq; m feruēs. Olim exco- lētium sæuo admodum ingenioⁿ Axenus, post cō- mertio aliarum gentium, mollitis aliquātum mori- bus, dictus^o Euxinus. In eo primum Mariandyni urbem habitant, ab Argiuo (ut ferunt) Hercule da- tam, p Heraclea uocitatur, id famæ fidem adiecit. Iuxta specus est^q Acherusia ad Manes (ut aiunt) per uius, atque inde extractum Cerberum existimant.

Bithynorum, Paphlagonū, & Cappadocū litus rectū chordæ tēse respondet, reliqua ab angulis trās Cimerium flexura arcū incuruū reddit: Leuū autē & dextrū secūdū latera ortus occasusq; sumēda sunt: esto aliter Ponti dextrū à Stra. ponatur li. 12. De pōto Luc. lib. 8. Bosphorō & Scythiæ curuantē littora Pontū. l Nebu- losus. Flaccus lib. 4. Illic umbrose semper stant æquore nubes: Et nō certa dies, priō nec Sole profundū Soluitur & c. m Feruēs. Vndis scilicet à uadō elisis. n Axenus. Inhospitalis. Pli. lib. 6. Pōtus Euxinus an- tra ab inhospitali feritate Axenos appellatus est. Oui. li. tristū. 4. Frigida me cobibēt Euxini littora pōti, Di- ctus ab antiq; Axenus ille fuit. o Euxinus. Græcis ἄξενος inhospitalis dicitur, εὐξενος inde pontū dixit

re mutatis moribus hospitaliorē faciū. Ammia. li. 20. Eniochi, inquit, Sindi & Achei intendente scēntiā licentia diuturna, indidere mari nomē inhospitali, & à cōtrario per caullationē Pōtus Euxinus appellatur. p He- raclea. Clarissima ob celeberrias, quas emisit colonias, ut Stra. scribit, diu tyrānorū scēntiā passa, mox libera fa- cta est. Iusti. 15. li. Heracleā à Bocotijs iterū oraculo monitis in Herculis honorē cōditā esse ait. Strab. aliter. q Acherusia. Iuxta hāc Acone portus est, ubi magna aconiti copia puenit, re ipsa uidelicet fabulæ fidē fa- ciēt. Est & cognōis specus in Pelopōneso, de qua. 2. li. Est eodē in loco Acheron fluuius, cui Mariādynorū rex Acheron nomen dedit, de hoc Flaccus libro. 4. Illic pestiferas subter iuga cōcaus torquet. Alter aquas Acheron uastoq; exundat hiatu Fumeus & c. quo in loco alterum Acherontē, nō tā eius gratia, qucm inferis tribuunt, di- xisse uidetur, quā ad illius quoq; differentiā, qui in Ambraciū Epiri sinū influit. De quo libro secundo dicemus. Quod ad fabulam attinet extracti Cerberi, referunt Ouidius lib. transfor. 7. & lib. 5. Argonauticōn Flaccus.

tur. 625. passū: Cū & Stra. Europā illic ab Asia quinq; stadiorū interual- lo separari scribat. In hac sententiā est etiā Hermol. Ab ea angustia Chal- cedon. 12. mil. & 500. passibus ab- est Plin. Nā mare illic longo litoris tractu angustū est. Stadiū autē (ut & id obiter notē) octaua pars est mille passuum, hi sunt passus. 125. qui octo- ade multiplicati mille cōstitūit.

f Tēpli. Strab. quoq; fani Chalce- donij meminit, cuiusdē haud dubie cū illo Pomp. g Ingens pontus. Vide de forma Pliniū. 12. cap. lib. 4. Stra. in. 7. & in Periegesi Dionysū, Ammianū li. 22. h Huc atq; il- luc. In litore meridiano à Bosphoro in ortū uersus, adusq; flexurā, è qua Colchis incipit, cuius infra meminit.

i Sinuatus cætera. id est secū- dum reliqua litora in sinū leniter ab angulis flexus. Flaccus li. 4. Atq; hac Europam curuis anfractibus angit: Hac Asiā, Scythicū specie sinuatus in arcū. k Cōtra. In meridiē, nā in septētrionē dextro & sinistro cir- cū Cimeriū Bosphorū litore paulatī & leniter sese flectit, fastigiātq; do- nec per angulos rectū litus attingat, quo fit ut arcus tēsi specie habeat: nā

Euxinū mare.

Euxinus.
Axenus.

Acherusia spe-
cus:

PAPHLAGONIA.



Etus Isthmi, qui inter Euxinū & Ciliū mare procurrit, basis Armeniam minorē habet, secundum Euphratis in meridie procursum & Cappadociae partem. Citra hanc in occasum uersus Cappadocia est, mox Paphlagonia Bithyniae cotermina, & in Phrygiam imminens Galatia, supraq; eam Maeones, Pisidae, Lycaones, reliquus tractus in meridie & occasum uergens maritimus est, haecenus à Pomp. redditus: in toto uero tractu illo tres tantū gentes Graecae iure dicuntur, Dorica scilicet, Iconica, & Aeolica, caetera Barbari tenent, auctore Plin. cap. 2. lib. 6. Ipsa Paphlagonia in septentrio nem litore uersa, clarissimis oppidis illustris est, & à Paphlagonie Phinci filio ita adpellata, ut Stephanus prodidit. **a** Tios. Strabo Teiū nominat, à quo ad Partheniū usq; olim Caucones habitauerunt, populi uetustissimi, ut ex Homero idē docet. Huic uicina trans Parthenium Amastris est urbs amplitudine Teio par, ut Ammianus refert, lege Strabonē. **b** Milesiorū quidē colonia. Ut morū Graecorū esse deberet, sed in Paphlagoniū terrā simul & mores cecit. **c**

Dionysius.
Parthenius.

Carambis. Notissimum. Ruf. ex Dionysio: Cespite Paphlagoniū surgit saxosa Carambis. ubi ferē Paphiaco corrupte legitur. Val. itē Flaccus lib. 4. Quid tibi nubifera surgentem nubc Carambis? **d** Parthenius. A Diana, quae huius se undis oblectarit. Hinc Val. Flac. lib. 5. Et fatis tibi Typhi negatū Partheniū, ante alios triuiae qui creditur amnis Fidus, & Inopi materna gratior unda. Est autē Inopus in Dclo flu. auctore Pausania. Locū hunc in Flacco resarsit Hermol. sicut alia pleraq;. Sunt qui à pacatissimo lapsu & incessu lenissimo, nomē eū habere autument. **e** Cromna. Hanc, cytorū & Sesamū, cuius hic Pomp. meminit, in unā ciuitatē redegit Amastris, Dionysius eius qui Heracleae Tyrannus fuit, cōiunx, unde & Amastri oppido nomē est, quam cū Cromna eandē esse multi uolunt. De Cromna Flaccus lib. 5. Mox etiā Cromnam, quae iugo pallente Cytoron. **f**

Cytoros.

Cytoros. Iuxta mons buxo abundans, quē Macedonia esse magno errore credidit Seruius. Virg. Georg. libro. 2. Et iuuat undantē buxo spectare Cytorum. ab hoc quae buxica sunt, Cytorica dicta. Ouid. lib. Meta. 4. Saepē Cytorico diducit pectine crines. Sed lib. 6. aliter: Utq; Cytorico radiū de monte tenebat. oppidum aliā quādo Sinopensiū emporiū fuit: à Cytoro eam Phryxi filio dictā Strabo asserit & Stephanus. **g** Armene. Eadē & Armene. De Cimoli nemo ignorat. Non praeterierim in Paphlagonia perdices esse, quibus bina corda sunt, ut Gellius ex Theophrasto adnotauit. 15. cap. 16. lib. noctiū Atti. Iuxta Cromnam Eneti clarissima Paphlagoniū gens habitauit, à quibus Venetis, qui hodie maxima potentia in intimo Adriatici sinu siti sunt, originem esse. Strab. lib. 12. scribit.

Eneti.

CHALYBES.



Chalybes.

Chalybes. Straboni suis temporibus Chaldaei dicti sunt, ante autē Halizonas dictos, uel Homero indicante, multis cōiectura est: quae quidē fieri potuisse, Barbarorū nominiū incōstātia docet: maxime enim uariantur. Diuites hi sunt, uictumq; ex argenti uenis, & ferri metallis quaerunt. Flac. lib. Argonauti. 4. Non ita sit metucnda tibi saeuissima quanquā Gens Chalybū, duris patiens cui cultus in aruis, Et tonat afflicta semper domus ignea massa. Notandū uero & in Hispania Chalybes esse ad eiusdē nominis fluiū adhabitātes pari ferri copia laboriosos, quorū Iusti. meminit lib. ult. Virg. Georg. 1. At Chalybes nudi ferrū. & c. Vbi Probus Chalybes Pōticos intelligit, Tortellius uero et Mācinellus Grammatici, Hispanos. Scribit ex Plin. Ammianus, Chalybes primum eruisse & domuisse ferrū. **i**

Diogenes.

Amison. quae post uictū Mithridatē Pōpeiopolis à Pōpeio noiata est, Plinio. Ptol. Chalybes in ipsa Paphlagonia locat, cuius urbes sint tā Sinope quā Amisus. De Sinope Strab. lib. 12. & lib. 5. Vale. Flaccus. Clarissima olim gymnasio fuit, & Sinopica cognoiata rubrica celebris: haec ibi nata Ibera multo nobilior est, cuius Strabo lib. 7. & Vitru. ut optima meminerūt. M. autē Cicero in oratione p Pōpeio, haud obscure indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifarijs rebus ornatissima refertissimaq;. **k** Cynici. Nam

et alij fuerunt eius nominis insignes. Hic constantissimi in omnes fortunæ blanditias contemptus, adeo Alexandrum uitæ ratione mouit, ut dixisse eum cõstet, se Diogenem esse posse, nisi Alexander esset. a Halyn & Halys. Thermodonta. Maximi amnes ille Cræsi fato, quod attulisset uisus est, nobilis, hic Amazonum sedibus. Notum oraculum est, Cræsus Halym penetrans, magnam peruertet opum uim. Quo deceptus, cum regnorum opes expectaret, suas profligauit. Scribit in hanc sententiam lib. 2. de diuinatione Cicero. Strab. Paphlagoniam ab ortu

patriam, amnes Halyn & Thermodonta. Secundū Halyn urbs est Lycasto, à Thermodonte campus: in eo fuit Themiscyrum oppidum, fuere & Amazonum castra, ideo Amazonum uocant. Taberenni Chalybas attingunt, quibus in risu, lusuque summum bonum est. Ultra Carambin Mossynœci turres ligneas subeunt, notis corpus omne perfignant. propatulo uescuntur, promiscue concumbunt, &

ciem semper roscidam & herbidam esse, tam bouum quam equarum secundam nutricem, ob aquarum copiam: cui e quidem fides danda est, nam Amasiæ in illis locis insigne oppidum patriam habuit, ut de se lib. 12. scribit. Amasia Strabo Mirum igitur cur cum Cretensem Aleriensis asseruerit? Aduertendum autem totam litoris oram Ptolemæo & nis patria.

Plinio Cappadociæ esse, partemque eius Palemoniaci ponti habere nomen ab oppido Palemonio, cuius Ptolemæus meminit inter litoralia. Vopiscus in Aureliano, ubi de Urbis pomerijs, Addidit autem, inquit, Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Palemoniacus, & Alpes Cotiæ Romano nomini tributa. Est & in mediterraneis Thiana illa Apollonio alumno celebris, quem Græca ambitio fabulosa miraculorum iactatione tantum non Ioue maiorem reddidit, ut Damias nugator, & post eum Philostratus confirmare. Quos imitatus Syracusius Vopiscus, Dij boni, quam fabulose in Aureliano de Thiana capta, deque Apollonij apparitione prodigiosa quædam cometa prodidit. c Amazonum castra. Quæ illic sedes posuerint. Iustinus lib. 2. scribit Plinum & Scolopitum Scythas iuuenes regios per factiones optimatum domo pulsos, ingentem iuuentutem secum traxisse, & in Cappadociæ ora iuxta anem Thermodoontem consedisse, subiectosque Themiscyraeos campos occupasse, & multis annis spoliasse finitimos. Horum uxores, singulare omnium seculorum exemplum, cum uiderent exilio suo additam orbitatem, arma sumpsērunt, finesque suos summoentes primo, mox inferentes bella, defendunt. Eoque tandem potentia progressa est, ut maximis Asiæ ciuitatibus imperauerint. Capella lib. 9. more eas Laconum ad tibiam arma moderari solitas fuisse scribit. Nomen habent quod altera mamma, quæ Græcis μάστος dicitur, careant. Hinc Maro: Aurea subnectens exertæ cingula mamma. Non ignoro alias plerisque nominis causas uideri, quas ex Eustathio Stephanoque conscripsit Cælius lib. decimi trigésimo capite. Fuere & in Libya Amazones, unde Silius Italicus lib. 2. Hastiten Harbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Strabo lib. 11. quæ de his referuntur, fabulosa esse existimat, in qua sententia & Diod. est, & Palæphatus, at ut historiam Iustin. ex Trogo retulit. A Thermodoonte Thermodoonteus & Thermodoontiacus deriuantur. Propertius libro tertio: Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis, Thermodoontis turba lauatur aquis. Claud. libro de raptu Prof. 2. Thermodoontiacæ Tanaim fregere securi. Lege Herod. libro. 4. Diod. libro. 1. & 5. & libro. 22. Marcellinum. d Taberenni. Rectius Tibareni, uel Tibereni, teste Hermol. Strab. Tabarnos no-

minat. Iustissimi sunt illi, nec prius prælio congregiuntur, quam diem, locum, & horam ex fide hosti denunciarent. Cum mulier partu liberatur, uir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eumque ut puerperam effœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cælius adnotauit, Val. Flac. lib. 7. Inde Genetæi templum Iouis, hinc Tibarenum Danides post terga lacus, ubi deside mitra Foeta ligat, partuque uirum fouet ipsa soluto. Quo de loco doctissima extat Angeli Politiani ad Pomponium Lætum epistola. Quod ad risum attinet, Ephorus tradidit, & lib. iam citato Flac. e Ultra Carambin. Quamuis ultra sint, longo tamen terrarum interuallo à Carambi Mossynœci separantur. Potuit autem accidere, ut fide tabule perperam pictæ deceptus author (ut sæpe fit) fuerit. Ego Ptolemæum scriptorem in omni Cosmographia principem magis sequor. f Mossynœci. id est turricolæ, qui, ut Strabo libro duodecimo scribit, ferma carne & arborum fructu uescuntur, & è lignis desilientes, peregrinos adoriri solent: de quibus nos in Elegia quadam de Gryphibus, sic: Ceu solet è ramis iunctus Scythæ Phasidos undis, Hic ubi Discheris arua inimica patent: Qui, dum securus damni per densa uiator Arbusta, & uirides itque reditque rubos, Labitur elati suribundus caudice trunci, Et misero saturat prædo cruore manus. Iuxta

hos mel prouenit, quod potu sumptū stuporem inducit. Est nota illic gens Heptacometa, à quibus tres Pompeij cohortes ad internationem contrucidati. Lege Strab. a Vinculisq. &c. Si plerisque olim principes populi custodia coërcuisset, parcius certe omnium rerum suarum dispēdio horum errata expianda fuissent: nec toties sese ingessisset Flacci uersiculus: Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Porro & hoc Pomponij loco discitur quā miserum sit imperare: ut non tam uere quā grauius ad suos dixisse Saturninus Tyrannus uideatur, quando dixit: Nescitis amici, quid mali sit imperare, gladij & tela nostris ceruicibus impēdent, imminent hastæ undiq; , undiq; , spicula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: nō cibis pro uoluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Adde, quod omnis ætas in Imperio reprehenditur. Senex est quispiā, inabilis uidetur: sin minus, inest furor: nam quod Imperatorem me cupitis, in necessitatē mortis me trahitis. Ex Spartiano. b

Pernoxij appulsis. Val. lib. Argo nauticōn. 5. Inde omnem innumeri reges per littoris orā, Hospitij quis nulla fides. &c. De Macrocephalis, & Buxeris Plinius. Ceteri non Discheros sed Bizeres nominant. Palamon ex Diony. Bizeres primi, quos iuxta terra Bechirum. Idem Flaccus lib. 5. Mosinæci, & uos stabulis Macrones ab altis, Bizaresq; uagi. &c. Ammianus quoq; lib. 22. Bizares nominat.

c Cerasus. Vnde Cerasi poma Lucullus aduexit in Italiam. Plin. lib. 16. & Ammiano. d Trapezus. Libera & uasto mōte clausa Plinio.

Georgius Trapezuntius.

Hanc patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illustribus doctrinis homo: qui ad extremā senectutem omnium & Græcarum, & Latinarū literarū oblitus est. e

Phasis.

Albaniā usq; in Caspiū. Ptol. g Phasis. In Moschicis ortus, & quālibet magnis nauigijs nauigabilis. Plin. Lucan. lib. 3. Colchorū qui rura serat ditissima Phasis. Multa in uniuersum Strab. lib. 11. Est & oppidiū cognouit Plin. quod Strab. Colchorū emporiū fuisse cōfirmat. Ammian. lib. 22. Colchos antiquā Aegyptiorū sobolem esse refert. Nā limficiū adeo apud eos uulgatū est, ut in peregrina quoq; loca exportetur. Vnde quidā cognationē

Phryxus.

Colchorū cū Aegyptijs ostendere uolentes, fidē ex his capiūt, inquit Strab. h Phryxi. Strab. Leucothoen nominat, quo aries nō mactetur, olim diues, etate uero sua direptum à Pharnace & Pergameno Mithridate. Fertur Phryxū Athamantis & Neiphilis filiū, cū in ea loca peruenisset, arietē quo uectus erat, mactasse Ioui, aurea eius pelle in templo à se cōdito suspensa, quā Iason rapuerit, ut Ouid. lib. 7. & 8. trāsfor. meminit. Quod ad historiā attinet, lib. 42. Iustin. Velleris autē aurei figmentū inde originē habet, quod Colchi aurū ē fluminibus, aseribus perforatis ac lanosis pellibus excerpere solent, Strab. Plin. in Colchide annē Suriū ponit, cuius ingenio ligna immersa lapideo cortice obducuntur. i

Surius.

Montes. Qui statim se à Cerasunte & minoris Armenie finibus extollunt, & longe lateq; immanibus iugis serpūt, Tauri, ut ante diximus partes. Flac. lib. 5. Argo: Vltimus inde sinus seuumq; cubile Promethei Cernitur in gelidas cōsurgens Caucasos arctos. Plin. lib. 6. cap. 5. Regio, inquit, colchica, in qua iuga Caucafi ad Rhiphaeos montes torquentur, altero latere in Maotin & Euxini deuexa, altero in Caspium & Hyrcanum mare. De Tauri iugis satis dictum est antea, tu picturam inspicito

a Cygnum.

a Cygnū. Meminit eius Plin. *b* Reliqua eius. Flexus scilicet curui litoris *c* Melanchlani. *A* Melanchlani. nigris uestibus nominati. Hero. lib. 4. eos Antropophagos esse ait, ut passim in Scythia pleriq; *d* Terre-
 stria. Interiora & à litoris flexu illo magis amota, multa exēplaria Terrestreihabent gentis nomen. *e*
 Sexsolitæ. Eniochorum pars, nam horum in illo tractu plurima nomina esse lib. 6. refert Plin. De reliquis illis
 populis Dionys. Strab. lib. 11. à principio, & lib. 6. cap. 4. & 5. Plin. Ceterū à sordido uictu Phthirophagi di-
a Cygnum appellasse dicuntur. *b* Reliqua eius feræ, *c* Melanchlani, *d* Terrestria, *e* Sexsolitæ, Coraxi, Phthi-
 rophagi, Eniochi, Achæi, Cercetici. Etiam in confinio
 Mæotidis *f* Syndones. In Eniochorum finibus *g* Di-
 oscurias à Castore & Polluce pontum cum Iasone
 ingressis, Syndos in *h* Sydonum ab ipsis terrarum
 cultoribus condita est, *i* Obliqua tunc regio, & in la-
 tum modice patens, inter pontum paludemq; ad
 Bosphorum excurrit: quæ duobus alueis *k* in lacū
 & in mare profluens, Corocondamam penè insulā
 reddit. Quatuor urbes ibi sunt, Hermonassa, Ce-
 sunt, humeris ablata nauigia nemoribus abscondunt, mox cū annus permisit, ad cōsuetā latrocinia redeuntēs,
 Stra. *f* Syndones. Plin. Syndicā imbi ciuitatē Strabo ipse regionē nominat, Pōp. infra Sydon. *g*
 Dioscurias. à Castore & Polluce, qui Dioscori, id est Iouis filij dicuntur. Plin. lib. 6. fuisse ait, qui à Thelcio &
 Amphito conditā existimarint, quod ipsum & Solin. asserit. Stra. ab aurigis quidem horū, uerū alijs: nā Rhecā
 & Amphistratū nominat. Græci κνίοχος aurigā dicunt: inde est deriuatum uocabulum. Fuit hoc oppidū adeo
 frequēs, ut in ipsum trecentas nationes, quæ dissimilibus linguis uterentur, descēdere solitas Timosthenes prodī-
 derit, ut Plin. scribit. Stra. (adeo uariant scriptorum sententia) parū illos ueritati attentos fuisse, qui tot gen-
 tium illic conuētū fieri crediderint. *h* Sydonum, scilicet finibus. *i* Obliqua tunc regio. Vide tab.
 2. Asiæ Ptol. ad Syndicā eni regionē hinc Euxino, illinc Mæotide urgēte ualde angusta est, & propè peninsula.
 Plin. latitudinē minimā duorū iugerū esse cap. 6. lib. 6. scribit: eā Eionē uocari, quo uocabulo Græci proprie li-
 toris, quasi Tεῖνā significāt, Hermol. docet. *k* In lacū & mare profluens. Strab. lib. 11. Supra Coro-
 cōdamā lacus iacet, qui ab ea Corocōdametis uocatur, & 10. stadijs à uico in mare emittit. Pars uero Anticoe-
 tæ fluminis, qd' alij Hypanim uocāt, abrupta & in lacū fluēs insulā efficit, quæ hoc lacu & Mæotide & flumi-
 ne circūcirca abluitur. Mela penè insulā noiat, & utrunq; aluē lacui tribuit. Corocondamā Stra. uicū uocat,
 uide sitū in Ptol. Urbū, quas enumerat Pomp. omnes meminērunt. Hoc tātum monuerim Cepoe plurali numero
 scribi hoc in loco, nā singulari Cepon Strabo noiat, Hermol. Cimeriū autē à Cimerijs, à quibus & Bosphorus,
 quorū maxima olim his in locis potentia fuit, Strab. Meminit Tibullus Cimeriorū lib. 4. ad Messalā. Notan-
 dum uero & in Italiā Cimmerios fuisse ad Baianum & Auernum sinum, qui subterraneis domicilijs habitan-
 tes, & per cuculos commearē sueti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egressi, cum uictū
 ex metallorum alioqui effossione, diuinationū mercede, & prouētibus ab rege designatis quærerent, ut ex Epho-
 ro scribit Strab. Penes hos ingens quōdam superstitio increbuit, loci natura erroribus suffragante. Ibi sacra ne-
 mora uenerata, fluminibus etiam & fontibus suis horror fuit: specus præterea famosi, & ad inferos crediti adi-
 tus, quos intrare fas non erat, nisi Dijs Manibus prius, quo auspiciator descensus foret, sacrificio placatis. Fuc-
 runt & sacerdotes, ingredi ausorum duces, rerumq; abstrusarum interpretes. Præterea & Stygos & Phleg-
 thōtis illic fama: ac ea de causa totus Plutoni dicatus locus, quod inferorum sedes crederetur. Vnde & Homero
 Vatum omnium scientissimo, suæ fabulæ Oeconomia desumpta est, quam libro Odyssæ. 11. in Ulysis cum umbris
 colloquio comminiscitur. Sciebat enim de Cimmerijs Italiæ tale quid rumore circumferri, unde uerisimilitudo fa-
 buloso argumento cōpararetur. Pari causa Mantuanus uates Acneam suam Campaniæ appulsum, Cumæa Si-
 byllā duce sacris ordine peractis, ad inferos mittit, grauissimis hac occasione ueteris philosophiæ lacis miro quo-
 dam artificio, atque ordine recēsis. Ut dubiū esse nequeat, nō hos Scythiæ, sed illos Campaniæ Cimmerios ab Ho-
 mero intellectos uideri. Quod sicubi in illos Bosphoranos uidetur deflectere calamo, nihil mirum, quādo isthæc
 in locorum allusione dissimulatio classicis poetis etiamnū familiaris sit: sicut de his ipsis Cimmerijs Valerio Flac-

Scytharum se-
rocia.

Dioscurias.

Cimerij in Ita-
lia.Homerus Cim-
meriorum Ita-
liæ meminit.

- eo lib. 1. & Ouidio libro undecimo Metamorph. Nec enim nescij erāt & in Euxino Cimmerios esse, quos in Arctum paulo remotiores, brumales tenebræ recöderent. Ceterum quo minus hos intelligas, & Maronis imitatio facit, & loci efficit situs. Quomodo enī dici navigatione plenis uelis, ut Homerus scribit, ad Bosphoranos Cimmerios à Circes domo Ulysses appulerit? Quam ue apte ab inferis digressus cita navigatione in Aeëam insulam, quæ proxime Siciliam est contenderit, tanto remotissimarum partium terræ intervallo emenso? ut taccane quod Homerus ait, nauigantem cum cum uino, cumq; pane Circē eo ipso in loco assecutam esse. Præterea cū totus fabulosæ narrationis ordo Italiae Siciliæq; finitima respiciat, sintq; ea omnia & Homero & Virgilio celebria loca, nulla interim de Euxino uspiam aut Bosphoro illo mentione facta: qui factum credamus, Homerum uoluisse ex Italia, & à Circe illa deducere Ulysem in extimum usq; Bosphorum locorum intermediarum describenda serie neglecta? Porro cum uerosimilia ubiq; Homerus sectatus sit, credimus ne committere eum potuisse, ut à Sicilia in Bosphorum Cimmerium unius dici navigatione, uel plenissimis uelis perueniri posse tradere uoluerit? Sed Strabonem satis est produxisse eximium Homeri in his præscriptim, quæ ad locorum historiam pertinent, interpretem: qui libro de Cosmographia quinto, ex Ephori auctoritate omnia illa fabulamēta ad Campaniæ Cimmerios refert: quos penes & Stygis, & Phlegethontis, & Auerni nota protritaq; multis seculis nomina extiterit. Eam ob rem adagiū de Cimmerijs tenebris natum, rectius mea sententia ad Campaniæ Cimmerios, quàm Bosphoranos illos referetur, non è Maronis & Homeri auctoritate tatum, sed eo ipso maxime, quod Bosphorani luce æstiuæ longissima fruuntur, multoq; minus uel brumalibus tenebris infames sunt, aut damnati, quàm Scythiæ remotioris, magisq; sub Arcto iacentis innumeri populi. Campani uero nō nisi ignis ministerio lucis beneficium acceperunt, quod in Academicis ipse quoq; Cicero innuit, cū ait: Ignis tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat. Festus quoque Pompeius, Cimmerij, inquit, dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione, in qua conuallis iugo satis eminenti circumdata est, quæ neq; matutino, neq; uespertino sole contegitur. Retuli hæc eo libentius, ut faterer mirari me plerosq; Bosphoranos Cimmerios, apud Homerum intelligentes: quod nō uideam, quibus moti argumentis id faciant, Maronis imitatione manifeste reclamante. Nec ignoro tamen de Ulyssis erroribus Aristarchum & Cratetē diuersa tradidisse, auctore libro duodecimo Gellio: & Crateten quidem in octauo, Aristarchum in nostro mari errasse Ulysem tradidisse. Quod si quis apud Homerum libro undecimo Odysseæ per Oceanum exteriū pelagus, quo terræ ambiuntur, intelligit, ne ad illos quidem Bosphoranos unquam peruenit Ulysses. Tacitus tradit in Germania quandoque indicata Ulyssæa monumenta fuisse, uerum opinor pariter fabulosa. Phanagoria, ut ad institutum reuertamur, penultima producta pronuntianda est, nam e diphthongo scribitur Græcis. Iuxta Phanagoriam Apaturon locus est, & Veneris templum, cognominatæ Apaturiæ, id est deceptorie. Hic enim cum Gigantes eam adorirentur, Hercule inuocato tandem in latebris delituit, donec Gigantes sigillatim exceptos dolo illi occidendos tradidit, auctore Strabone. Inde & Athenicenses, postquam Xanthus Bœotiorum dux, à Melantho, qui partium erat Atticarum, dolo oppressus est, Celenis potiti, Apaturia festa, id est deceptorie instituerunt. Qua de re in libro selectorum perpulchra adnotasse se mihi retulit Cælius Calcagninus Ferrariensis uir ut genere nobilis, ita summa eruditione præditus, & rerum cum à Latinis tum à Græcis traditarum eximie peritus: perq; hæc, quod rarū est, singulari quadam præditus humanitate: quod ipsum cum ante fama nuntia intellexissem, his diebus, quibus hæc scribebam, re ipsa sum expertus, quum Hyppolito Ferrariensi Cardinali, principi optimo in Pannoniam comes, Vicinæ Pannoniæ presentia sua, summa cum uoluptate fruerer, accedente Andrea Marone Ferrariense, maximi, & amoenissimi ingenij Poëta, quem & ipsum non inuita, monumentis exquisitæ doctrinæ ceditis, posteritas amplexabitur. a Hac ingressos. Mæotin describit, cuius situm ex Ptolemæo discere. b Terras. Cum Asiæ, tum Europæ: iterum enim illic adproximant, ad Tanaim coiture. c Mari. Euxino. d Margine. Excurrentium utrinq; in Bosphorum terrarū. e Mæotici. Agricultores bellicosissimi, quorū plurimæ gentes, quarum sit apud Plin. cap. 7. sexti libri mentio: sed potissimi Toreatæ, Phicores, Arrichi, & iuxta Tanaim Iaxamatharum genus, de quo & Ptol. Mitiores sunt, qui Bosphoranis adiunguntur,

Aduerte.

Strabo.
Ephorus.

Adagium.

M. Cicero.

Aulus Gellius.

Venus Apaturia.

Cælius Calcagninus.

Andreas Maro.

seuissimi uero qui in Tanaim uergunt. Strab. a *Fœminæ. Quæ* hodie quoque ex his locis in Sarmatia non minus quam uiri eruptionibus finitima infestant, de quibus & tertio libro Pompo. b *Sagittisq; . Veneno tinctis . Luca. libro tertio : Tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi . Idem libro primo Silius Italicus , Et libro tristium tertio Ouid . & cum primis capite penultimo libri undecimi Plinius . c Nubunt . Eum morem Amazonibus tribuit Herodotus libro quarto : quæ & ipsæ Scythæ sunt . d Ta Tanais.*

a *fœminæ* , quas uiri exercent , adeo ut ne militia quidem uacent . Viri pedibus inhærent , b *sagittisq; depugnant* , illæ equestre prælium ineunt . Nec ferro dimicant , sed quos laqueis intercepte , trahendo conficiunt . c *Nubunt tamen* , uerum ut nobiles habeantur , non in ætate modus est , nisi quæ hostem interemere , uirgines manent . Ipse d *Tanais ex Rhiphæo monte deiectus* adeo præceps ruit , ut cum uicina flumina , tum Mæotis & Bosphorus , tum ponti aliqua brumali rigore durentur : solus æstus hyememq; e *iuxta ferens* , idem semper & sublimis incitatusq; decurrat : ripas eius f *Sauromatæ* , & ripis hæretia possident : una gens , aliquot populi , & g *aliquot nomina . Primi Mæotici* h *ῥυνολογατοῦ μείνοι* regna i *Amazonum* . Fœcundos pabulo , at alia steriles nudosq; campos tenent Budini . Geloni urbem ligneam habitant . Iuxta Thyrsagetæ Turcæq; ua-

erit , cœli asperitas , & ipsa immanitas accolarum inhiuit . Vtunque , Pomponij sententiam Ptolemæus confirmat , cui ut recentissimo fides adhibenda est . Non ignoro fuisse qui Araxeo eum , hoc est Caspio æquore deriuari , & per Caucaſum (ut Strabo libro . 7 . ait) defluere crediderint : nempe falso , quanquam in Periegesi Dionysius , Ruso interprete , idem confirmat his uerbis : Europam atque Asiam Tanais determinat annis , Hic se Sarmaticis euoluens sinibus , alta (Scissus Araxeo prius æquore , iam suus) unda Effluit in Scythiam , procul hinc Mæotida Thetis intrat , & inserto fracta pellit uasta fluente . Secutus fortasse in Argonauticis Orpheum , qui in eadem sententia fuit . Sunt qui nomini etymon ab aquarum abundantia reddant , nam ταναιός Græci extensum nominant , quod ad fluminis tum magnitudinem , tum celeritatem perbelle accedit . Multi à Tanais Scytharum rege in eo submerso . Tuum est lector elicere quod uero duxeris similius . e *Iuxta . Pari modo , pariter . Sallustius in Catilina : Eorum ego uitam mortemq; iuxta existimo . f Sauromatæ . Asiatici , nam & Europei sunt . g Aliquot nomina . Quorum iustum numerum apud Plinium lege capite septimo libri sexti . h ῥυνολογατοῦ μείνοι . Hoc est , mulieribus obsequentes morigerantesq; . Hi enim ab illis uicti , ad procreandam sobolem parere coacti sunt : ut Strabo refert . Pandæi quoque , ut libro sexto Plinius tradit , fœminarum parent imperio , & à mulieribus reguntur . Horum statum eleganter Budæus disertissimis illis suis in Pandæas annotationibus Ochlocratiam , hoc est turbulentum uocat , cum duris illis parendum est legibus . Hoc uolo , sic iubeo , sit pro ratione uoluntas . Tradit Aristoteles libro Politicôn secundo , Gynæocratam uos dici in uxorio imperio uiuentes , quorum status Gynæocratia dicatur , ea forma qua Aristocratia : damnabilis , atque adeo plenus ignauia , ut eodem in libro Aristoteles tradat , parum interesse mulieres ne magistratus gerat , an magistratus gerentes mulieribus pareant . Paulus certe Apostolus , à uiris mulieres discere iussit , & in epistola ad Timotheum prima : Mulieri , inquit , docere non permitto , neque authoritatem usurpare in uiros , sed esse in silentio : Adam enim prior formatus est , deinde Eua : & Adam non fuit deceptus , sed mulier seducta per preuaricationem fuit . Augustinus quoque libro super Genesim octauo autumat soli uiro præceptum datum ante creatam fœminam , ut indicaretur omnem disciplinam à uiro ad fœminam peruenire debere . Igitur non est dubium per scripturam mulieribus imperium demptum esse . i Amazonum . scilicet tenent . De Budinis , Gelonis , Thyrsagetisq; omnia ad fastidium nota sunt . k Turcæ . Ab his orti*

nais . incertam originem habet Straboni , uerum quia à septentrione fluit , & Nilo opponitur , uero simillimum est ex Rhiphæis descendere , qui immanibus iugis Arcton prospiciunt . accedit Herodotus , qui libro quarto Tanaim ex palude oriri , & in uastam orcm diffundi nomine Mæotim , qua regios Scythas à Sarmatis discludi ait . Non diuersus à Ptolemæo , qui Basilicam , id est regiam Sarmatiam ab Europea Tanais intermedijs fontibus sciungit . Scythæ Tanaim Silin uocant , sicut Mæotim Temerin-da , quod ipsorum lingua matrem maris significat . Fuit & oppidum Tanais , ad amnis ostia Plinio , à Græcis , qui Bosphorum tenuere , condita , Strab . Ostia duo eius sunt . 70 . inter se stadijs distantia . Vide Ptolemæum . Quo minus uero quicquam euidenter deprehendi his locis potus

Silis.

Tanais ex Araxeo æquore.

Gynæocratiæ mēni.

Budæus.

Aristoteles.

Paulus.

Augustinus.

Turcæ.

Arymphæi.

iudicantur, qui etate nostra latissime imperitant, Turci uulgo dicti, ignauia quidem nostra magni, sed post Macedonas & Romanos sine dubio potentissimi, Hermolao. *a* Arymphæos. Libet adscribere Plinij uerba, quæ capite tredecimo libri sexti, ubi Rhiphæorum meminit, hæc sunt: Inibiq; Arymphæos quosdam accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem: sedes illis nemora, alimenta bacca: capillus iuxta foemina uirisq; in probro existimatur: ritus clementis, itaque sacros haberi narrant, inuiolatosq; esse, etiam feris ac colarum populis: nec ipsos modo, sed illos etiã qui ad eos perfugerint &c. *Q*uæ si uera sunt, & illa quæ de Hyperboreis ijdem authores scribunt, in dubium non reuocantur: non uideo quæ ratio Pterophoro illic gelu infami, cuius meminimus, ueritatis fidem adijcere queat. Sed & de illis in mudi memorabilibus Solinus. Alij ab his Hyperborei sunt, quorum tertio libro Mela meminit. *b* Rhiphæus. Cui à flatu Boreæ perpetuo nomen esse putat, ob id quod ῥιφῆϊσσι flare Græci dicunt. *c* Ora, quæ spectat Oceanum. De qua nos duce Pomponio libro tertio differemus.

stas syluas occupant, alunturque uenando. Tum cõtinuis rupibus late aspera & deserta regio ad *a* Arymphæos usque permittitur. His iustissimi mores. Pro domibus nemora, alimenta bacca, & maribus & foeminis nuda sunt capita. Sacri itaque habentur, adeo que ipsos nemo de tam feris gentibus uiolat, ut aliis quoque ad eos confugisse pro Asylo sit. Ultra surgit mons *b* Rhiphæus, ultraque eum iacet *c* ora, quæ spectat Oceanum.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI LIBRI
PRIMI, DE ORBIS SITV, ET ADIE-
CTORVM VADIANI COMMEN-
TARIORVM FINIS.

IOACHIMI VADIANI HELVETII, IN
POMPONII MELAE LIBRVM
SECVDVM COMMEN
TARIA.

SCYTHIA EUROPEA.



MODO sinistro. Europa, inquit, paulo ante ingressis ad sinistrum sita, egredientibus in Maotina dextra fit. Hæc dextri & sinistri ratio frequenter ab authoribus situs terræ obseruatur. Plin. lib. 3. de freto Gaditano: Qua irrupens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur, huic intranti dextra Africa est, læua Europa. Pomponius supra lib. primo de eodẽ. Hinc in nostrum mare pergentibus læua Hispania, Mauritania dextra est. b Huc. Rhiphæi

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS
LIBER SECVDVS.

SCYTHIA EUROPEA.



ASIA in nostrum mare Tanainq; uer gentis, quem dixi, finis ac situs est. At per eundem amnem in Maotida remeantibus ad dextram Europa est, a modo sinistro latere innauigatium apposita, ac Rhiphæis montibus (nam & b hucilli pertinent) proxima. Cadentes c assidue niues adeo inuia efficiunt, ut ultra ne uisum quidem intendentium admittant. Deinde est d regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen: quia Gryphi sæuum & pertinax ferarum genus, acru tera penitus egestum mire amant, mireq; custodiunt, & sunt infesti attingentibus. Hominum primi sunt e Scythæ, Scytharumq;, quis singuli oculi esse dicuntur f Arimaspi. Ab eis g Essedones usq; ad Maotida.

montes scilicet, hoc est ad Europæ latus. Id quod octaua Europæ tabula Ptolemæus demonstrat: quanquã hodie cõstat supra Rhiphæos in Arctor Europæ partem ad sinum Venedicum procurrere, neglectam prisca: qui congnitarum Asiæ atq; Europæ illic terrarum sequestrum esse Tanais deflusum uoluerunt. Hinc Lucan. lib. 3. Qua uertice lapsus Rhiphæo Tanais diuersi nomina mundi imposuit ripis. Asiæq; & terminus idem Europæ & mediæ dirimens confinia terræ, Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem. c Assidue. non toto anno, sed hyeme, quam multo habent nostra longiorem, & propter maiorem cœli declinationem, duriorum. Quanquam Plin. & Solin. præ ceteris temporum uicissitudine eum tractum carere scribãt: fama uetustatis, puto, moti magis quam ueri noscendi desyderio. Plin. cap. 12. quarti libri.

Mox, inquit, Rhiphæi montes, & assiduo niuis casu pinnarum similitudine Pterophoros appellata regio. Solin. Pterophoron dicunt, quippe casus continuarum niuium quoddã ibi exprimit simile pennarum. Græcis πτερόπων πenna significat. Lata igitur densaq; niue fit, ut uisum intedere, & pspicere longius nemo queat. In eius cõfinijs erectæ sunt Alexandro & Augusto Cæsar. aræ. Tante olim principibus uiris gloriæ fuit, longinqua attigisse terrarum.

d Regio ditis. Gesliron Plinius appellat. 7. lib. oue de Gryphibus reseruntur fabulosa existimans. Pugnam cum Arimaspi, & bestia ferociam, elegatissime reddidit Solinus. Nos quoq; in Elegia de Vadianorum imaginibus ad Melchiorẽ fratrem, inter cætera de Gryphibus sic lusimus: Igne micant oculi, curuatur acumine rostrum, Sibilat & gradi lingua retorta sono, Fulta toris ceruix præacutis auribus extat, Fronsq; minax acris signa uigoris habet: Horrescunt uillis armi crispantibus atri, Asperat & duros ungula fissa pedes. Cauda ferit clunes, talos demissa sub imos, Et nodum hirsuto turbine finis habet. &c. e Scythæ. Europei, de quibus alibi. f Arimaspi. Vnacula gēs, ut Solinus ait. Herod. li. 4. scribit Scytharum lingua Arima unum, & spu oculum significare, ut Arimaspos in uniuersum hac lingua unoculos dici credamus. At illis unus tantum in media fronte insignis est, ut olim Cyclopius, si Poëtis credimus. Idẽ apud Græcos scriptores legisse se Gellius affirmat cap. 4. lib. 9. Ammian. 22. li. Arimaspos iustos hoies esse placiditateq; cognitos affirmat. Philostratus. 3. li. in India quoq; Gryphes esse, & Soli sacros ait, magnitudine ac uiribus leonibus pares, graui uolatu, qd' adeo plumati non sint, Elephatorumq; & Draconum uictores. Diuus quoq; Hieronymus in epistola quadã ad Rusticum monachum, de aureis Indiæ motibus, Quos, inquit, adire, propter Gryphos & Dracones, & imesorum corporum mostra, impossibile est. g Essedones. Essedones.

Elegia Vadiani de Gryphibus.

Philostratus.

Essedones.

Scythæ cogno-
mines in Euro-
pa & Asia.

Hi Scythiam utranq; incolunt. In Asia iuxta Arrichos & Napæos siti, qui in Cimmerium inclinant. Quemad-
modum & Geloni & Massagetae, alijq; multi: quod fieri potuit uicinitate populorum per paludem cōmeanti-
am, ut in utroq; litore cognomines essent. Nam sedes mutare Scythis nullus labor est. Inde illa & nominum &
locorum apud illustres authores uarietas. A Tanais autem proeursum ad usq; ostia Danubij, loca & gentes Eu-
ropæ Sarmatiæ, quæ in Paludem & Pontum uergit, prius enumerat Pomponius, mox gentium subdit mores.

a Buges. Plinius, Bugen illic la-
cum uocat. Supra Bugen uero amnes
sunt, Agarus, quem Sagarim Ouidius
nominat, & Lycus, clarissimi, Ptol. &
cæteris. Sauromatae autem & Sarma-
tae una gens sunt, Plin. b Aga-
thyrsi. Cæruleo capillo insignes, Pli-
nio: qui cap. 12. lib. quarti, de hoc tra-
ctu multa. Maro pictos cognominat:
ab Agathyrso Herc. filio dictos Hero-
dot. li. 4. scribit. Ruf. ex Diony. Præ-
cinctiq; sagis semper pictis Agathyrsi.

Hamaxobitæ.

c Hamaxobitæ. Græcis enī
ἡμαξοβίται plaustrum dicitur. Ptol. in-
ternis haud longe à Borysthene loca
uit, & Hamaxobios nominat. Credi-
derim eos esse, quos hodie alibi sitos
Poloni Moscouitas uocant corrupto
uocabulo: quorum fines, dū hæc scri-
bebam, maximus Sarmatiæ princeps
Sigismundus ingressus, longe lateq;
ferro & igne depopulatus est, cū an-
te maxima clade ad Borysthene mul-
ta millia profligasset. Indignatus ob
arcem Schmolenski proditione illis

Sigismundus
Sarmatiæ rex

traditam, ad quam recuperandam etiamnum contendit, Princeps optimus & uictoriosissimus, nec nisi in perfi-
dum hostem seuis. Non uero sum nescius in Scythia esse Moschos, à quibus Moschici montes dicantur, de quibus
alibi mentio facta est. d Obliqua. Inspice tabulam octauam Europæ Ptol. ab Agaro promontorio in Tauri-
phas usq; ea curuatura est, quæ occurrante Cherroneso sinum facit, quem Coretum Plinius nominat: in eum Bu-
ges & Gerrus corruunt. Ptol. Bicen dicitur, & Flac. lib. 6. Quicq; lacum cinxere Bicen, non aliud intellexisse uē
detur. e Plaga. Tauricæ Cherronesi. f Satarchæ. Bellicosissimi. Val. Flac. lib. 6. Taxamatæ Tori-
nicq;, & flauicrine Satarchæ. g Myrmetion. Meminit omnium Plin. & indicat Ptol. Panticapeum Mile-
siorum præcipuum est, & reliquarum uelut mater, ut Ammianus lib. 22. scribit. Ideo Strab. lib. 7. Bosphorano-
rum metropolim eam uocat. Est & iuxta Heraclea urbs maxime insignis Plin. Non præterierim Bosphorum il-
lum. 1500. passus latum, inter Panticapeum & Cimmerium, quod in Asiatico litore situm est. Plin. h Tau-
rici. Iuxta quos Tauriscythæ, de quibus infra. i Super eos. In meridiem. κ καλός λιμὴν, hoc

κλιῶ μέτωπ)

est bonus portus: ita Græci nominarunt, à re scilicet, ut solent frequentissime. l κρηῖον μέτωπον, hoc est
Arietis frontem, quod late in pelagus promineat, saxea indubie fronte Carambico aduersum: eiusdem nominis
aliud in Creta est, de quo alibi. m Parthenion. Ita quoq; lib. 3. Ptolemæus nominat, ut alios præteream,

Cherronesus
oppidum.

à Diana Taurica uirgine dictum. n Cherronesus. Duplex illic fuit, antiqua scilicet & noua. Ptol. quoq;

Cherronesus
peninsula.

Cherronesum oppidū iuxta Heracleam statuit, cuius lib. 22. magna laude Ammianus meminit. Tota uero pen-
insula Tauricæ Cherronesi nomen habet, non à montibus Tauricis, sed Tauro potius animali, quem aratro liga-
ri, & sulcare terras Osiris hic instituerit, ut Raphael adnotauit, quanquam aliter Hermolaus sentit cap. 12. li-
bri quarti Plin. o Nymphæo specu. Plinius & Strabo oppidum esse scribunt, utriq; nomen à Nymphis
Dianæ affectis dari potuit. p Subitum. Vide Ptolemæū. q Quinq; millia. Hæc angustia Isthmū
facit. r Taphræ. Florus, qui sub Traiano uixit, oppidum esse libro primo indicat, Traiani auspicijs ali-
quando captum. s Carci. A Carcina. est & Carcinus amnis oppidū præterfluens Ptol. t Gerros.

Huius flexū^a Buges amnis fecat,^b Agathyrsi & Sau-
romatæ ambiunt, quia pro sedibus plaustra habēt
dicti^c Hamaxobitæ. ^d Obliqua tunc ad Bosphorū
^e plaga excurrens, Ponto ac Mæotide includitur. In
paludem uergentia^f Satarchæ tenent. In Bospho-
rum Cimmericum oppida^g Myrmetion, Pantica-
peum, Theodosia, Hermisium. In Euxinum mare
^h Taurici. ⁱ Super eos sinus portuosus, & ideo^k καλός
λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur.
Alterum^l κρηῖον μέτωπον uocant, Carambico, quod in
Asia diximus, patet aduersum. ^m Parthenion alterū,
oppidū adiacet ⁿ Cherronesus à Diana (si credatur)
conditum, & ^o Nymphæo specu, quod in arce eius
Nymphis sacratum est, maxime illustre. ^p Subitum
ripam mare, & donec^q quinq; millia passuum absit
à Mæotide refugiētia usq; subsequens litora, quæ Sa-
tarchæ & Taurici tenēt, peninsulam reddit: q^d inter
paludē & sinū est, ^r Taphræ noīatur. Sinus ^s Carcini-
tes. In eo urbs est Carcine, quā duo flumina^t Gerros

Ptolemæus à Plinio & Mela diuersus, Gerrum iuxta Lycum statuit, & in sinum fluere, qui supra Tauricâ est; ostendit, quemadmodum & Bugem illi Carcinitem malunt. Flac. Gerus r simplici protulit lib. 6. Gangaridum, potaq; Gerus quos efferat unda. a Hypacyris. Carcinitus, ut coniectura est, à Ptolemæo dictus: meminit eius libro. 4. Herod. b Diuersis fontibus. Plin. Diuerso uenientes tractu. c Quas. Regio Hylæa Hylæa regio. dicitur, unde & mare illic Hylæum. Herod. lib. 4. omnem oram istam arboribus carere scribit, præter Hylæam,

& a Hypacyris uno ostio effluentia attingunt, uerum b diuersis fontibus, & aliunde delapsi. Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas euoluitur. Syluæ deinde sunt, c quas maximas hæ terræ ferunt, & d Panticapes, q Nomadas Georgosq; determinat. Terra tū longe distenta excedens tenui radice litori adnectitur, post spaciofa modice paulatim se ipsa fastigiatur, & quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse uictoriam: & cum ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitauisse memoratur: ideo dicta est δῆμος & ἀχιλλῆα. Tum Borysthenes & gentem sui nominis abluit, inter Scythiæ amnes amœnissimus, turbidis aliis, liquidissimus defluit, placidior quàm cæteri, potariq; pulcherrimus: alit lætissima pabula, magnosq; pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ofensa sunt: longe uenit, ignotisq; ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alueo stringit, tantoq; spacio nauigabilis secundū b Borysthenida & Olbida Græ-

cuius excellissimæ extent: propterea Val. Flac. lib. 6. de eo ipso loco: Densior haud usquam nec celsior extulit illos Sylua trabes, fessæq; prius rediere sagittæ, Arboris ad summum quàm peruenere cacumen. Strab. author est, in his locis asinos non esse, quod hoc animal frigoris impatientissimum sit: & alicubi boues esse sine corribus, quod ea quoq; frigora minus tolerant. d Panticapes. Plinius: Panticapes, inquit, amnis, q Nomadas & Georgos determinat. Hos terræ colendæ, illos rei pecuariæ deditos. Sed de his populis infra. e

Terra. Vide Ptolemæum. Scribit Plinius libro .4. insulam illic esse Achillis cognominatam, & eius uiri tumulo claram, à qua .125. mil. passuum interuallo peninsula illa iaceat, forma gladij in trāsuersum porrecta, ab exercitatione eiusdem cognominata δῆμος & ἀχιλλῆα, id est Achilleus cursus. Quod attinet ad Achillem, Phthius ne ille fuerit, an indigena, nō conuenit. Nam Eustathius fuisse ait,

qui regem indigenam crediderint: quod uerum esse illa docent, quod cum Troadis Achillis Pelidæ & tumulus fuit & templum. Quāquam sunt qui Iphigeniam à Diana raptam in hæc loca secutum Achillem affirmant. Vtunq; de Phthio Pomponius intelligit. Id certe eo modo fieri potuit, quo uetustas uni Herculi ea tribuit, quæ à multis gesta fuerunt. f Tum Borysthenes. De Borysthene Plin. Strab. Solinus, sed diligentissime lib. 4. Herodotus, qui pisces illos ostibus carentes Antaccos nominat, eorum generis fortasse, quos Danubius alit, osium loco cartilagineum habentes: quos optimos esu, barbaro hodie uocabulo Husones nominant accolæ Germani. Borysthenes Polonis Nepar dicitur, ad cuius ripam nuper maxima uictoria inuictissimus Sarmatiæ rex Sigismundus potitus est in Moschos, seu magis Hamaxobitas: ex quibus captiuos multos, quos Victor ille rex ad Leonem. 10. Pontificem maximum destinauerat, Vienna uidimus, robore & proceritate maxime insignes, ceterum truci aspectu, religione uero Græca, linguaq; Illyrica non absimili, nam facile hanc intelligebant. Cibum illi capturi tabellas quasdam depromptas ad proximum parietem suspendebant, ante eas tacito murmure cateruatim orantes, & subinde capite adusq; genua flexo, hoc se modo gratias agere Deo immortalis aiebant. Cumq; illa attentius obseruare me uidissent, comminus omnia ceu sese ex religione commendaturi essent, ostenderunt. In tabellis imago erat Mariæ uirginis, diui Nicolai, diuæ Catharinæ, in stanneis scriniolis nescio quid reliquiarum. Eos Maximilianus Imperator, cum ad se perducti essent, nescio qua causa, liberos esse uoluit, donatosq; eleganti uestitu ad Daciæ regem ea conditione misit, ut patriæ incolumes restituerentur. De anne ipso perpulchræ quædam habet Marcellinus libro. 22. Illud obiter adnotandum, equum Hadriani agillimum celerrimumq; in historijs celebrari, adeo à suo deamaturno principe, ut mortuo & sepulchrum fecerit Hadrianus, & columnam crexerit, inscripto Epigrammate, sicut in Hadria: 10. refert Dion. g Gentem sui nominis. Borysthenidas. h Borysthenida. Clarissima oppida. Olbia autem & Olbis dicitur, meminerunt Plinius & Ptolemæus: quanquam hic eandem esse Olbiam & Borysthenin affirmat libro. 3. Strabo-

Boues sine cornibus.

Borysthenes.

Antaccæ.

Husones.

Sigismundus

Poloniæ rex.

Hamaxobitæ.

- nem secutus, qui in eadem est sententia, & Olbiam, id est Beatam dictam scribit libro. 7. Memorabilis est & hæc Antonini Pij contra Tauriscythas missis auxilijs, quibus uictores Olbiani à Tauriscythis obsides extorscrunt. a Callipidas. Herod. eosdem Græcoscythas nominat, quod ex Græcis Scythæ facti sint. b
- Hypanis.** Hypanis. Vitruuius cap. 3. lib. 8. In Ponto, inquit, est flumen Hypanis, qui à capite profluit circiter millia. 40. sapore dulcissimo: deinde cū peruenit ad locū, q̄ est ab ostio ad millia. 160. admiscetur ei fonticulus oppido quāns paruulus. Is cum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amarā. Fonticulus Exampeum Herod. libro. 4. à loco nominatum ait, in quo oritur. Exampeum autē Scythæ, id est sacræ uie cognominant. Quo in tractu capacissimum illud abentū spe-
 Etatum est, cuius inibi meminit idem author. De bestiolis Hemerobijs in Hypane nascentibus Plin. 11. libro, & prima Tuscul. M. Cicero. Qui uero Hypanin Borystheni misceri crediderunt, Borysthenis undas cœruleas supernatate affirmarunt, Austro autē flante Hypanis aquas superiores fieri, ut Plinius quinto capite libri trigesimiprimi scribit. Ouidius decimoquinto libro transform. Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus, Qui fuerat dulcis, salibus uiciatur amaris. Est & in India Hypanis Eustathio, & Straboni libro decimoquinto. Ad quem illud Propertij referri poterit: Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano, ob maximam annuum di-
 stantiam. Causas autem amariciei aquarum apud Vitruuium lege libro citato. c Axiaces. Fluius ingens, & à Barbaris Nester dictus, ex Peucinis iugis, qui Carpatho coherent, oritur. d Hos. Axiaces. e Tyra. Hic Istro proximus Mysiæ partem perlabitur. Ptolemæo & Ammiano Tyras dictus: oppidum uero hic Tyron nominat, libro uigesimosecundo. Phœnicum coloniam, nisi corruptum exemplar est. f At ille. Ister scilicet, qui terminus est Europæ Scythiæ à meridie. Appianus in Proœmio histor. In Europa, inquit, fluij duo, Rhenus & Ister, potissimum Romanis finem imponunt: quorum quidem Rhenus ad Borealem oceanum, Ister ad Euxinum Pontum influit. Hunc secundum Nilum annuum maximum, qui in mediterraneum pelagus fluunt, Sallustius scripsit, ut capite septimo libri decimi Gellius testatur. Strabo certe libro septimo, omnes eum Europæ fluios superare, Herodotus quarto libro fluiorum maximum uocat. Quod ad ortum eius attinet, haud quanquam bene Strabo, qui non longe ab Adriatico ex iisdem iugis Rhenum & Danubium oriri putauit. Melius Plin. multis cum ultra Alpes (in septentrionem scilicet) millibus fontes habere asseruit, in iugis montis Arnobæ, cuius & Dionysius meminit, ut Rufus: Arnoba mons Istro pater est, cadit Arnobæ hiatu Flumen in Eoos autem conuertitur axes, Euxinoq; salo prouoluitur, ora per æquor Quinq; uomunt amnem. & c. Ammianus libro uigesimosecundo in Scythiæ Europæ nomenclatura, Annis, inquit, Danubius oriens prope Rauracos montes limitibus Rheticis per latiore orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluios septem ostijs per hoc Scythicum latus erumpit in mare. & c. Apud Plinium igitur non Taurici Galliæ oppidi, sed Raurici lego: atque ita legit Hermolaus. Huius hodie loco inelytam BASILEAM esse multorum sententia est. Solinus quoque Rauricos uocauit, testante id ueterum exemplarium fide. Falsissime uerò omnium Herodotus, qui libro secundo In Celtis & Pyrenæis iugis Istrum oriri credidit. Quod ipsum sensisse eum minime est mirum, qui Padum ignorauerit, & Turijs tamen in Italia suam illam historiam condidit, anno urbis conditæ trecentesimo decimo, ut Plinius capite quarto duodecimi libri scribit. In eadem sententia Aristoteles fuit, ut ex libro eius Meteororum secundo, ubi de fluminum prouentu mentio est, apparet: mirum autē quāns falsè Apollonius, qui in Hiperboreis nasci Danubium cecinit. Lege Plin. cap. 12. lib. 4. Philostratum lib. 3. & in Germaniæ situ Tacitū. Mantoam eum aliquādo dictum Stephanus est author. Pagus, ad quem oritur, hodie accolarū lingua Tuneschingen nominatur: inde prolapsus diuagatur in palustria, mox in aluē receptus, & subinde allabentibus riuis auctior Vlmā petit, clarissimam & opulentissimam Sueuiæ ætate nostra urbem: ibiq; Ilerum accipit clarissimum ex Almangauis amnem, cuius libro Austriados octauo Richardus meus meminit. Et Campidunius Iler deserit Algauios, genus insuperabile bello. quo in loco, sexaginta annuum, qui in Istrum defluunt, docte

defluunt, docte simul & (ut barbara sinebant recentia nomina) eleganter. De Histro sic Lucanus libro secundo Hister casuros in quelibet æquora fontes Accipit, & Scythicas non solus exit in undas. De Ostiorum numero non conuenit. Plin. sex eum fluminibus in pontum euolui ait, tanto impetu & undarum copia, ut prodatur in. 40. millium passuum longitudine uinci mare, dulcemq; intelligi hausi um. Tacitus (nisi fallor) sex ostiorum meminit. In qua sententia & Ptolemæus est. At Dionysius, Strabo, Herodotus quinque. Ammianus & So-

Ostia Danu-
bij.

^a Danubius est, deinde aliter appellantibus accolis Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus, ingēs iā, & eorū qui in nostrū mare decidunt tantū Nilo minor, totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluit. Ingenia cultusq; gentiū differūt.

^b Essedones funera parētū læti, & uictimis, ac ^c festo coitu familiarū celebrant. Corpora ipsa laniata, & cælis pecorum uisceribus immixta epulando consumunt. Capita ubi fabre expoliuere, auro cincta pro poculis gerunt. ^d Hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusq; pingunt, ut quique ^e maioribus præstant, ita magis uel minus, cæterum iisdem omnes notis, & sic ut ^f ablui nequeant. Sarmatæ auri & argenti maximarū ^g pestiū

linus septem: quibus (quod equidem sciam) accedunt Val. Flaccus & Ouidius. Flaccus lib. 4. Non septem gemini memorem, quas exitus Istri, Quas Tanais, flauusq; Lices, Hypanisq; Nomasq; Addat opes? &c. & lib. 8. Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Istri, Fundere non uno tantum quem flumina cornu, Accipimus, septem exit aquis, septem ostia pandit. Ouidius lib. tristium. 2. Solus ad egressus missus septemplex Istri. Statius quoque lib. Thebai. 7. An te septenus habebit Ister, & undoso circumflua coniuge Peuce? Glacie rigescit quælibet onera sustinente, cuius ingentes orbis excisos in inferiori Pannonia per brumâ specubus

indunt, mox æstate frustatim depromunt frigoris pertinacia perdurâte. Estq; eius præcipuus infrigidâdi usus, frustulis etiam in pocula iniectis, ubi caloris uehementia uinum intepuit: suntq; eiusmodi, ut sum expertus, iucundi magis, quàm salubres haustus. Glacies enim potatur, & est insueta præcordijs eo tempore frigiditas. Libet uero penos monium, ut Plinij uerbis utar, in uoluptatem gulæ uertere. Quem morem & in Italia fuisse quinto capite. 19. libri indicat Gellius. Lege Ouidium libro de trist. tertio. Virg. 3. Georg. & in Panegyri ad Traianum Plinium. ut crescat & inundet, Seneca libro quarto nat. quæstionum perbelle scripsit: uerum in hoc, molestus, quod medijs eum caloribus augeri negat. Contrarium enim ipse expertus sum, cum hæc ad ripâ eius conscribere, continuo decennio studiorū gratia, in inclyta Austriadum ciuitate Vienna, quæ

Vienna Aus-
triae.

^a Danubius est. Supra Cataractas Danubius, infra uero Ister dicitur: sunt autem hæc maximæ intra montes Dacorum, Straboni: eos hodie Iazigibus & Transyluanis finitimos Vualachos nominât, uocabulo Boicis Sarmatisq; uernaculo, quod inde natum uidetur, nanque ty Vlasschi Italos uocant, quos ibi consedissee ex Pannonicis Sarmaticisq; Romanorum bellis constat: cum ne hodie quidem eorum lingua ab Italica multū sit absona. Proinde, Bithynicus Dion author est, Traianū ponte mirando & memorabili super Danubij ripis extructo, & Decebalo uicto, Daciam iuris & ditionis Romanæ fecisse: qua mox in prouinciam redacta, & urbes conditas ait, & colonos deductos: durauitq; is rerum status adusque Aureliani imperium, nec amplius, sicut in Aureliani uita Vopiscus tradit, & meminit in rerum Romanarum Epitome Rufus Sextus. Nihil mirum igitur si superstites P. R. colonos suæ linguae reliquias asseruantem, finitimi Vualachos dixere, tanquam Italos dicant. Non ignoro Silium Aeneam in Europæ descriptione sentire aliter: an uero bene sentiat, candidi

Vualachi.

Aeneas

Siluius.

Ouidius.

lectoris iudicium esto: nam non barbarum solum, sed recentissimum id uocabulum esse historiarum testatur fides. Porro Ouid. libro de Ponto quarto, ubi Flaci meminit, his uersibus: Præfuit his Græcine locis modo Flaccus, & illo Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit. Hic tenuit Mysos gentes in pace fideli &c. Mysos eum tenuisse, non Dacos, præsertim transdanubianos indicat. ^b Essedones. Sumpsit ex Herodoti libro quarto: meminit pluribus Solinus. ^c Festo coitu familiarium. Frequenti & solenni. ^d Hæc sunt apud eos. Acclanatio est Melæ familiaris, ut infra, Is, inquit, honos præcipuus est. De Agathyrsis ante retulimus. ^e Maioribus præstant. Stirpis sunt magis famigeratæ. ^f Ablui nequeant. Admixtis scilicet, quæ firmitatem coloribus præstant, qualia multa sunt. ^g Pestiū. Nullum enim est sceleris genus ad quod auro argentiue non impellamur: nec quicquam publicæ salutis magis noxium, quàm quæ hæc sitit auaritia. Vnde perbelle Pythius à Lacedæmonijs interrogatus, qua re statum recip. amissuri essent? Auaricia respondit, ut Cic.

Auaricia.

- Sarmatarum scribit lib. de Officijs .2. Nec inelegans illud est ex captiuis Plaut. Odi ego aurum, multa saepe multis persuasione abstinentia. sit perperam. ^a Vice rerum. Vt hodie quoque, nam mercibus collatis, sequestro faciunt aestimationis copiam: utq; ille pronuntiauerit, ita dicto parent. ^b Specus. Ob id & Troglodytae dicti, ut illi Aethiopici: nisi quod hi aestum, illi frigus terrarum defossis arcere solent. Virg. Georg. 3. Ipsi in defossis specubus secreta sub alta Oceia agunt terra, congestaq; robora, totus Aduoluere focus ulmos igniq; dedere. Natura quoq; Sarmaticis animalibus cum magnitudine prouidit, tum etiam tegmine. Forte pellem ursinam dum haec comentabar, Vienna uidi ex Lituania allatam, longitudinis cubitorum quinque, latitudinis tantae, ut quodlibet uel bouis tergo uinccret: quae Caesari Maximiliano, tum in thermis Badensibus lauanti oblata, summae admirationi fuit. ^c Braccati. Per Braccas Diodo. lib. 6. uerba hirsutus ad septentrionem sitis usurpatas intelligit. Ouidius lib. de trist. 3. Pellibus hirsutis arcent mala frigora Braccæ, Oraq; de toto corpore sola patent. Luca. lib. 1. de Vangionibus: Et qui te laxis imitatur Sarmata Braccis. Vir. lib. Geor. 3. Gens effrena uirum Rhiphaeo tunditur Euro, Et pecudum suluis uelantur corpora fetis. Vbi Seruius. Rhonones, id est uestes de pellibus, intelligit. Seneca lib. 14. Epist. & lib. 2. Iustin. ostendunt Scythas ferè frigoris arcenti causa uulpium & murium pellibus uestiri solere. Nobis hodie quoq; omnis inde pellicum copia est. A Braccis Braccarij dicti, braccarum artifices, Lampridio in uita Scueri. ^d Tauricæ De Orestis in Tauricam aduentu multa Ouid. lib. trist. 4. Immanis autem sacrificij Thoas rex author fuit, hic Thoas. Diana ipsa Thoantea dicta Silio lib. 4. Sacra Thoanteæ ritusq; imitata Dianæ. eius frequens mentio est apud Luca. Eusebiu, Cic. Solin. Laetantiu. Nec uero Scythis tantu hic sacrificandi ritus, sed & Gallis & Italis olim frequens fuit. Ne Heliogabalo quidem oim Tyrannoru mollissimo et effœminatissimo abstimente, quo minus humanas hostias nobilibus pueris lectis caderet. Quod ad Tauros attinet, scribit lib. 4. Herod. Tauros, omnes naufragos Iphigeniæ immolare solere, & precibus peractis hominis caput claua ferire: corpus truncum è ripa deturbare, caput cruci suffigere. Captis uero bello caput amputant, referreq; domum, & suffixum suste, in tecti sublimi statuere, plerumq; autem supra furnarium erigere: ideo id agentes, quod hos totius domus custodes esse sibi persuadent. ^e Basilidis ab Hercule. Nomen à moribus sortitis. Echidnae Plato meminit in Euthidemo, ubi Socrates Herculem cum hydra Sophistica pugnasse ait, ob sapientiam, pro uno uero sermonis capite amputato multa repellulasse. At de alia indubie Pomponius, ex qua prolem suscepit Hercules intelligit. ^f Nomades. Harum gentium nomina propè abolita, communi nomenclatura, Ruthenorum alborum, Moschorum, & Tartarorum comprehenduntur, in quos magna parte, Poloniae principum imperium est: reliqua Moschus, supraq; cum princeps potentissimus, quem ipsi Zarr nominant, longe lateq; gubernat. ^g Georgi. Græci γεωργός agricolam nominant. Constat Tauricam quoque Cherronesum Georgiam cognominatam propter memorabilem in ea frumenti copiam, Straboni. ^h Axiacæ. Ab omni prorsus rei alienæ usu uacantes. E regione apud Aegyptios furta licita & permissa fuerunt, apud Lacedæmonios cum omni studio affectata, ut libro undecimo Gellius, & libro tertio Crinitus scribunt: quod ipsum Persarum quibusdam olim licuisse Coelius adnotauit lib. antiquarum lecti. 10. capite uero primo. ⁱ Interius. Lege omnia hæc apud Herod. lib. 4. ^k Ne fœdera quidem. Peculiari Scythicis more. Tacitus lib. 12. de Hiberis & Armenis regibus scribens, Mos est regibus, inquit, quoties in societatem coeant, implicare dextras, pollicesq; inter

se uincire, nodoq; pstringere. Mox ubi sanguis in artus extremos suffuderit, leui ictu cruore elicit, atq; inuicē lambūt: id sœdus arcanū habetur, quasi mutuo cruore sacratū. a Exēptūq; sanguinē. Herod. addit, Acina cē, sagittas, securim, & iaculū eos sanguine ibuere: quo factio, multis uerbis se deuouēt, uinūq; suo mixtū sanguine epotāt. b Geloni. Idē & Solin. c Corporis. scilicet cute, nā se pelle Craneū ambiēte uestiūt.

d Neuris. Budinis hi pximi sunt, coacti aliquādo obserpētū ingruētē copiā sedes relinquere, ut Herod. ait.

Neuri in lupos mutantur.

tur, exēptūq; sanguinē, ubi pmiscuere, degustāt: id putāt māsura fidei pignus certissimū. Inter epulas, quot quisq; iterfecerit, referre lætissima & frequētissima mētio, binisq; poculis, q plurimos retulere, perpotatis interlocant. Is honos præcipuus est. Pocula ut Essedones parētū, ita inimicissimorū capitibus expoliūt. Apud Anthropophagos ipsæ etiā epulæ uisceribus humanis apparant. b Geloni hostium cutibus equos, seq; uelāt: illos reliqui c corporis, se capitū. Melanchlænis atra uestis, & ex ea nomē. d Neuris statim singulis tēpus est, quo si uelit in lupos, iterūq; in eos q fuere mutent. e Mars oīm Deus, ei p simulacris enses & tentoria dedicāt, hoiesq; p uictimis feriūt. Terræ late patēt, & ob excedentia ripas suas plerūq; flumina, nusquā nō ad pabula fertiles. Alicubi usq; adeo steriles ad cætera, ut q habitāt, lignorum egentes, ignes ossibus alant.

Eustathius Dionysij iterpres, incāta tores eos esse phibet, q in lupos sese, ut libuerit, cōuertāt. Qd ipsum quandā in Arcadia gētē potuisse Plin. scribit lib. 8. & ex M. Varrone cap. 17. li. de ci. Dci. 18. Aug. retulit. ut eā ob

rcm Pani Lyceo illic datū cognomē, qd ex hoibus lupi fierēt, creditū sit. Hermol. noīandi casu Neuroc scribit nō Neuri, Græcā secutus uocule rōnē. Ouid. de quadā Thraciæ ad Pallemnē palude similia refert lib. Met. ult.

An uero id euenire possit quæriatur.

Aug. lib. de ciu. Dci. 13. cap. 18. Nos, inqt, cū essemus i Italia, audiebamus talia de quadā regione illarū partiū, ubi stabularias mulieres imbutas his

malis artibus in caseo dare solere dicebāt, qbus uellēt seu possent utatori bus, unde in iumētā illico uerterētur, & necessaria quæq; portarēt: postq; pfectā operā iterū ad se redirent, nec tamē in eis mētē fieri bestialem, sed rōnalē humanāq; seruari: sicut Apulcius in libris, quos asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto ueneno, humano anio pmanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit.

An in brutū homo mutari ueneficio queat.

THRACIA.



Is Thracia proxima est, eaq; à Pontici lateris fronte usq; in Illyricos penitus

Hæc uel falsa sunt, uel tā inuitata, ut merito nō credātur. Hæc Augustin. Cuius illa potissimū sentētia est, Mutare qdē in bestias hoies posse, nō re ipsa, sed phantasticis qbusdā præstigijs, sensibus uidelicet nostris illudētibus, talē effigiē præstare: Nisi Deus, penes quē incōprehensa est formarū potestas, aliā uim creaturæ, aut angelicæ, aut humanæ, qua id reuera fiat, qd uidetur, indiderit. Et pfecto ne naturalis qdē Magiæ illā uim esse credi par est, ut quēadmodū rerū species inuicē mutari credūtur, ita ex hoīe quouis modo brutū fiat. Herod. lib. 4. negat hoc sibi psuaderi posse, qd de ista Metamorphosi dicitāt. Et Plin. mirū est, inquit, quā pcedat Græca credulitas. Nullū tā impudens mēdaciū est, ut teste carcat. Mares aut in scēmas mutari, & è regione, ut minime fabulosum idē author affirmat. Legē eū cap. 4. lib. 7. & lib. 8. Gellii. Ouid. lib. Met. 4. Tale qd de Scythone fabulose narrat. e Mars. Simulacra, aras, & delubra nulli Deo putāt statuēda præterquā Marti, ut Herod. scribit. f Lignorū egentes. Herod. quoq; Scythicū tractū ferē lignorū inopē esse asserit, præter Hylæam, cuius paulo antē meminimus.

Nota.

Mares in scēmas, & è regione.

THRACIA.



Vlti, in quorū numero & Pomponius est, totā eam regionē, quæ trans Danubiū à Sauī cōfluentia ad usq; Dalmatarū Mæcedonūq; montana procurrit, Thracia nomine cōprehēderūt. Ptolemæus, cui cū Plinio conuenit, trans Istrū totā superiorē Mysiā, inferioris autē partē prius, mox eā, quæ proprie Thracia est, ab his sciuntā reddidit. Mysia autē inferior, quæ pleriq; omnes hodie Bulgariā nominari uolunt, iusta parte trans Danubiū in Scythiā extēditur: Minor tota citra est, & Bossiæ, ut uolūt, nomen habet: Vtraq; hodie Turcæ paret, ut eius continentis reliqua quoq;. Inspicē tab. 9. Europæ Ptol. & quo excursu hæ iaceāt terra, quasq; finitimas habeant, duce pictura discito. Cassum enim est & finiolū omne illiusmodi studiū, si picturā neglexeris. g Pontici la-

Thraciæ limites.

terris fronte. Id autem utriusq; Mysie spaciū est. a Istro. A septentrione. b Pelagoq; Euxino & Propontide ab ortu, Aegeo à meridie. c Mari propior. Nam quæ maritima sunt loca, fertilia ob radiorum ex undis reflexionem fieri solent, maxime si alioqui frigidi sint coeli. d Maligne. Reddit enim inuita frugem. e Vitæ. Quæ terram etiam siccam & arenosam amplectitur. f Frigora. Hiberna, nã & transalpina uineta per sepe exurit Aquilo. g Ferociam. Ideo Thraces inter ualidissimas Europæ gentes numerat: nam ad arma magis quam

Thracia Mar-
tis domicilium

quæm alium mollioris uitæ usum uasuntur: eã ob rem Poëtæ uctusti, inter quos Euripides est, Thraciã Martis domicilium appellarunt, & Strimonium Martem ipsum, ab anne eius terræ. Herod. quoq; Thraciã Martem pulchrũ nominat: Nam unice aliquando ab ipsis cultus est, adeo ut cū tronuit, aut fulgurauit, sagittis in cœlum missis, Ioui munitati sint, cum nullo alij diuinos honores, nisi Marti suo tribui uellent, authore lib. 4. Herod.

Hebrus.

h Paucos amnes. Pro regionis magnitudine. i Hebrũ. In quæ Orphei caput proiectum, cum Cicones eum cõfecissent. Ouid. lib. 11. trãsf. form. Membra iacēt diuersa locis, caput Hebre, byramq; Excipis. &c. Nestus ut Diomedis stabulis infamis est, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. De Strimone alibi referemus. k Hæmon. sitũ ex Pto

Hæmus.

lcmæo discēs: notissimi uero illi nõ tã Orphei fato, de quo lib. 11. transfor. Ouid. quã altitudine sua, frigorisq; & Boreæ ingenti in eis impetu. Poly

bius author est, ut scribit Strabo, Hæmum adeo esse altum, ut utrunq; ex eo mare Aegeum & Ionium spectetur. quãquã falsum Strabo putat. Lege Liuiũ lib. 10. Decados quartæ, ubi de Philippo, qui Hæmum eius rei pernoſcendæ gratia ascendit, ab Hæmo accolæ Hæmimontani dicti in Latina historia. l Initiante. Sacra illa inſtituente: fertur enim Bacchanalium in Thracia fuisse author, & sui ipsius interitus præbuisse causam. Alij ob contempta illa sacrificia discriptum à Sithonijs putarunt, ad quod & illa Maronis accedunt, quæ Georgicõn. quarto pro Galli Encomio, scripta reliquit. m Altitudinis. Sex millibus passuum in altũ assurgit, Plinio.

Rhodope.

Rhodope nomen habet à Strimonis filia eius nominis, ex qua Neptunus Atho Gigantem genuit, unde & monti iuxta nomen. n Vna gens. De Thracum moribus multa in eandem sententiam Herodotus libro quarto & quinto, multa ex utroq; Solinus, nouissime uero Rhodiginus Cœlius libro decimo cap. uigesimosecundo.

o Ad mortem. Quales Druidæ in Gallia olim, de quibus tertio libro. p Getæ. Strab. libro septimo scribit, Græcis eos Getas dictos, qui utrunq; Istri latus incolunt: sicut & Mysi, qui utriq; Thraces crediti sunt, à quibus Mysi illi Asiatici originem habuere. Constat sanè Getas Gothos dictos, & cum Alanis proxime in ueram illam Thraciam inclinasse: nam & Ostrogothos Peucinis finitimos fuisse notissimũ est. De illis in Casracalla Spartianus. Adde, inquit, si placet, Geticus maximus, quod Getam occiderat fratrem, & Gothi Getæ dicerentur: quos ille dum ad orientem transit, tumultuarijs prælijs deuicerat. Sed aptior est propositæ rei hic Capitolini ex Maximino locus. Et in Thraciæ uico, inquit, ubi genitus fuerat, possessiones comparauit, ac semper cum Gothis commercia exercuit: amatus est autem unice à Getis, quasi eorum ciuis. Alani quicumq; ad ripã uenerunt, amicũ eum donis uicissim recurrentibus approbant. Nõ me latet alibi quoq; Getas habitasse: at Põp. de Ponticis intelligit. q Varia opinio. Qui mortẽ uitæ antepõnẽdã, aut nihil saltẽ timẽdam esse sibi per-

Getæ Xamol-
xim uenerati.

suaferunt. Ob id Getæ, cæteris se Thracibus Dario deditibus, fortissime restiterunt. Xamolxim ut numerũ uenerati sunt.

generati sunt, adq; eum hoc pacto nuncium miserunt, tribus tria iacula arrepta sustinentibus: alij eum, quem miseri sunt, manibus pedibusq; deprehensit, in sublime eijciunt: quod si iaculis affixus moritur, deum sibi propiciam esse predicant: si uiuat, ut uirum malum, Deoq; indignum insimulant. Quis uero Xamolxis fuerit, atq; unde sibi illa ueneratio, Herodotus scribit in. 4. & lectu digna lib. 7. Strabo. a Melius esse. Multi enim extiterunt, qui non nasci optimum censebant, ut lib. 7. Plin. scribit. Ferunt Silenum à Mida rege captum, id

Non nasci opti-
mum.

melius esse quàm uiuere. b Itaq; lugetur apud quosdam puerperia, natiq; deflentur. Funera cōtra c festa sunt, & ueluti sacra cantu lusuq; celebratur. d Ne foeminiis quidē segnis est animus super mortuorū uirorū corpora interfici, simulq; sepeliri, e uotū eximiū habent: & quia plures simul singulis nuptæ sunt, cuius id sit decus apud iudicatos magno certamie affestant, f moribus datur, estq; maxime latū, cum in hoc cōtenditur, uincere. Mœret^s aliæ uocibus, & cū acerbissimis plāctibus h efferūt. i At quibus cōsolari eas aius est, arma opesq; ad rogos deferūt, paratiq; (ut dicūt) cū fato iacentis, si k detur in manus, uel pacisci, uel decernere, ubi nec pugna, nec pecuniæ locus sit, l manentq; dominas m proci. n Nupturæ

ei muneris pro sua missione dedit. Docui te regem, nō nasci longe optimum esse: proximū autem, quàm primum mori. Lege Ciceronē in Tusculana prima. b Itaque lugetur. A Drausis id fieri scribit Herodotus libro quinto. Ad editum puerum se dētes plorant, & quascunq; necesse sit illi, qui uitam ingressus est, perpeti humanas calamitates recēsent. Fato functos magna letitia terræ demandāt, referentes à quot quantisq; malis liberatus sit. lege Solinum. c Festa. Hilaritatis & lucis plena. Atque utinam hic saltem mos Christianis nobis receptus foret, quibus alius uite indubitata est patefacta ueritas. Nā quid illæ pompæ funebres sibi uelint, haud sanè uideo: id dubito lucri ne

Drausi.

In funebre luxum, & lucū.

magis an salutis gracia, tot expensis, quas nemo pauper Christianus prestare possit, indulgatur? Præterea tot funalia, tot pullæ uestes, & ille mœror omnibus tristitiæ illecebris ex consanguineis, amicis, uicinis tortus, quid prodest? Laudo humanitatē, laudo commiserationē, at modeste admissam: ne fato, hoc est Diuina uoluntati inuidere iusticiæ tenorem uideamur. Cyprianus martyr in sermone quem ad fratres de immortalitate habuit, scribit sibi reuelatum esse, ut assidue & publice predicaret, fratres nostros de seculo liberatos non esse lugendos, cum non amittantur, sed præmittantur. Nec accipiendas esse hic atras uestes, quando illi ibi indumenta alba iam sumpserint: ne iustæ irrisiōnis occasionem Gentilibus demus, cum iustos in conspectu dei uituros fide credimus, mortuos ceu perditos sint, & optimo priuati bono lugeamus. Quod dum fit, fidem quidē nostram sermone & uoce depromimus, cordis autem & peccatoris testimonio non probamus. Hæc ferè diuus Cyprianus, ex Paulo credo uase electionis deprompta. Capite enim quarto prioris ad Thessalonicenses, fratres monet, ne de his qui dormiunt, doleant more gentilium, qui spe carent. Nilus autem martyr, Mortuum, inquit, ne luge: cōmunis etenim est uia, & beatus qui præcessit. Iam pluribus, quàm ut breuiter indicari possit, mortuos non esse lugendos docet Homelia septuagesima Diuus Chrysostomus. d Ne foeminiis. Lege Solinum. e Votum. Desyderium. f Moribus. Ita ut quæ pudicitia insignis fuerit, marito cōmoritur. g Aliæ. Coniuges, nam uni plures sunt. h Efferunt. Proprium id in hoc sensu uerbum est. Plinius libro septimo; Ritu naturæ hominem gigni mos est, pedibus efferri. i At quibus. Qui inquit, superstites coniuges cōsolari uult, armis opibusq; ad rogum collatis, copiam sibi fieri undecunq; desyderat: ut uel pacto, datis opibus, uel duello sumptis armis, fatum commutare liceat: in loco uidelicet ubi nec opes, nec arma planè locum habent. Id mœrentibus foemellis in primis dolorem mitigat. k Detur in manus. Si liberam sit. l Manent sperant, expectant, ut Seruius exponit apud Virgilium. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris. m Proci. Quod recētes nuptias aut simulant, ut dolor abeat, aut reuera ambiendo apparāt. Cur autem dolent? An quod unā mori non licuit? An reuera quod maritum in uita amarint? quod prioribus, quæ festum finis illis esse asserunt, non repugnat. De Gctis enim est locutus, & foeminiis alioqui nimis uehementer amatibus, pro sexus imbecillitate, dolere, si quod amarunt, amiserint, maxime genuinum est. Nam & uiros is affectus occupat: Antoninus enī Pius Imperator (ut in eius uita Capitolinus scribit) cum Marcū philosophum successorem postea suum, aulici à dolore, quem recēti obitu educatoris sui conceperat, auocarent, palam dixit: Permittite illi ut homo sit: neq; enī uel philosophia, uel iperū tollit affectus. n Nupturæ. Si forma insignes sunt, uēduntur: si deformes, locatur; dote scilicet illi qui ad ducendā eā rogatur, expesa. idē Herod.

Diuus Cyprianus.

Pulchrum Antonini dictum.

Solinus scribunt. a Veneunt. Venduntur. b Semina ingesta. Quae nam illa sint queritur. Plu-
 tarchus in quaestionibus author est, hederæ suffitum in Venere trahere, & ebrietatē ab hq; uino inducere, fu-
 roremq; efficere animā. Dioscorides quoq; lib. de medica materia. 2. Hederæ nigrae succū, & corymbos potos
 mentē cōturbare solere tradit. Hāc et seminibus uim inesse q̄s neget? At in aperto est, pharmaca esse, q̄ stuporē
 q̄ uesaniā, quae somnū altissimū, & si citra modū applicētur, mortē ex frigore afferat. Pari ratione sunt, q̄ pota
 uoratāue, aut olfacta, spiritus iuuare
 ipsumq; exhilarare animum queunt.
 Postremo fumos ē seminibus suscita-
 ri igne posse, quibus caput uini modo
 tentetur, quo modo de salice tradit
 Plinius: eōq; pacto hilaritatem etiā
 ē re noxia suscitari, cum omnis ebrie-
 tas naturae uim iſerat. Tradit Hero-
 insigne esse si notis apud eos scēmine
 in fronte punctae sint: contrarium au-
 tem ignobile. Item ociosum esse pro
 honestissimo haberi, agricolā pro cō-
 temptissimo: pulcherrimum uero es-
 se omnium, ē raptō uiuere. Mirum
 autem & illud est, Thracas filios su-
 os crudire Musica solitos ad annos
 usq; .30. ut animi affueti duro caelo,
 & frigoribus rigidi, aliquantulū per-
 eam lenirentur, cultioresq; mores fi-
 erent. Polybius est author. c
 Istropolim Strab. lib. 7. Istro nomi-
 nat, & Hero. lib. 2. iuxta Istroion Mi-
 lesiorum coloniam in Euxinum labi
 Danubium scribit. Appia. certe in Il-
 lyrico Istro. d Galatis. Histro
 poeta nobilis, qui de Tragœdia insi-
 gnem librum edidit, Hermol. Citra
 Tritonicen Tomos est oppidum Na-
 sonis exilio notum, quod ipsum & à Milesijs deductum Ouid. inuuit lib. tristii. 1. A quibus adueniat Miletita so-
 spes ad urbē, Offensi quo me contulit ira dei. Cur autē Tomos dictum sit, eodem lib. his uersibus exponit. In dē
 Tomos locus est dictus, quia fertur in illo Membra soror fratris cōsecuisse sui. nā τὸ μὲν Græci incisionē dicūt.
 Absyrus autē ille fuit Medea crudelitate sectus, ut idem. 3. trist. scribit. Miror autē Tortellū Gramaticū alio
 qui minime prolectarium, dicere potuisse ad Phasidis ostiū Tomon sitū, cū ipse Ouid. serie locorū per Thraciam
 litus diligentissime seruata, trans Messembriā, & Odeson locet. De Tiristrī Ptol. de Bizone etiam lib. 2. Plin.
 c Crunos. Plin. 11. cap. lib. 4. Dionysiopolis, inquit, ante Crunos. Portus autē à salictibus aquis nomē ha-
 bet, qui graece Cruni appellantur, Hermol. Loca reliqua notissima sunt ex Ouid. trist. & Illyrico Appiani: ut
 omittam ceteros. f Apollonia. Hec ex qua Lucullus Colosum extulit Apollinis, Calamidis opus, & in
 Capitolio Romae statuit, ut Strab. lib. 7. & alicubi Appianus, Plin. & Solin. authors sunt, etiā si alicubi ex in-
 sula Apolloniatarū allatū inuuit Plin. qd' imitatus Solin. oppidi cōtinentis nō meminit. De Messembria nō pre-
 terieri Menēbria aliquādo dictā à Mena cōditore, nā Bria Thracū lingua ciuitas dicitur, Stra. lib. 7. g
 Recta. Nō dixit aequa, nā aliquot sinibus curuatur, sed q, recto cōtinētis tractu in Bosphorū tēditur. Vide Ptol.
 cui cū Pōp. in sequētū locorū serie cūprimis cōuenit. Notādū uero à Messēbria ciuis Thraciae inuitū esse, q̄ pro-
 prie Thracia dicitur. h Byzantiū. A Pausania Spartano condita, ut Iusti. li. 4. Eustathius à Byzē Megarē
 sū classis praefecto: liberae oli cōditionis, & Ligos ante dicta Pli. hodie à Cōstātino magno Cōstātinopolis, et an-
 tea quoq; noua Ro. mox tēporibus Seueri, et filij sui Antonij, Antonia uocata. Expugnata à Maumethe Turca
 Anno salutis nostrae. 1453. magna Christianae pictatis iactura: proxis uero annis ingenti terramotu cōcussa mul-
 tis in locis corruit. Meminit situs, originis, & potentiae ueteris Cornelius Tacitus libro. 12. i Selymbria.

Thracas musi-
ca studiosi.

Tomos.

Tortellij incu-
ria.

Cruni.

Apollonia.

Byzantium.

Per. B. Clarissima in hoc litore, Ptolemæo, cæteris: quanquam Bathynum fluiui Ptolemæus facit, iuxta quem eiusdem nominis (ut frequenter) oppidum esse potuit. Perinthus clara Amphitheatro solidi marmoris, quod inter orbis miracula spectatum est. Ammianus lib. 22. Herculem ait eam conditam comitis sui memoriæ dedicasse. De Perintho Diod. lib. 16. in annibus quoq; non conuenit, nam eosdem diuersis nominibus appellari Pomponio & Ptolemæo, non obscurum est. In huius oræ recessu arx est Byzia regum Thraciæ, hiru dibus ob Terei nefan-

Byzia.

interfluunt, Erginus & Atyras. Tum^d Rheso regnata quondam pars Thraciæ, &^b Bysanthe Samiorū, & ingens aliquando Cypsella. Post locus, quem Grai^c μακρόν τείχος appellat, & in radice magna peninsulæ sedes^d Lysimachia. Terra, quæ sequitur, nusquam lata, atq; hic arctissima inter Hellepontum Aegeumq; percurrit: angustias Isthmon, frontē eius^e Mastusiam totā^b Chersonesum appellat. Ob multa memorabilis est. In ea flumē^f Aegos naufragio classis Atticæ insigne. Est & Abydo obiacēs Sestos, Leandri amore p nobilis. Est & regio, in qua Perfarū exercitus diuisas spacio, pelagoq; terras ausus pontibus iungere (mirū atq; ingens facinus) ex Asia in Græciā pedes, & nō nauigata maria transgressus

dum crimen inuisa: non quod illic facinus patratum sit, in Daulide enim oppido Phocidis cōtigit, sed quod ea Terei patria fuerit, testibus Thucyd. et Pausania. a Rheso. Qui Troianis contra Argiuos auxiliatus est, equis optimis & celerissimis usus, eū ab Vlyse & Diomede occisum Homerus scribit. lib. Iliad. 10. commemorat Virg. Aeneid. primo. b Byzanthe. Ptol. Bisaltam nominat. At alios Bisaltos esse constat, trans Strimonem libera cōditionis in Macedonia, Plinio, apud quos lepores sunt duplici iecinore insignes. Gel. cap. 15. libri. 16. Cypsellam, Strab. lib. 7. Cypsellū, Plin. Cypsellam nominat. c μακρόν τείχος. Hoc est longū murū.

Plin. lib. 4. oppidum facit, dictum quod à Propontide ad sinum Meleum inter duo maria porrectis muris procurrentem excludit Cherronesum, hunc à Milciade extructum Herod. testis est. Pari studio principes Romani multis retro seculis cultiorem Britanniae partem cōtra Barbarorum, qui interiora habitarent, eruptiones muro producto cinxere, ut Hadrianus. 80. millia passuum longum murum fecit, authore Spartiano: qui idem de Se uero, Britanniam, inquit, quod maximum Imperij eius decus est, muro per transversam insulam ducto utrinque ad finem Oceani munivit. Qua de re Britannici indeptus est nomen. d Lysimachia. A Lysimacho Mace-

Lysimachus.

done conditore dicta: qui, ut Iustin. lib. 15. author est, uirtute & amore literarum illustris fuit. Nam Callisthenem philosophum, quem Alexander mutilatum cum cane in caueam concluderat, de uirtute saepe disputantem libentissime audiuit, adeoq; dilexit, ut hominis misertus, uenenum in remedium calamitatis dederit. Id Alexander cum rescisset, leoni obijci Lysimachum iussit. Cumq; ad aspectum eius leo impetum fecisset, manum manipulo inuolutam Lysimachus in os Leonis immisit, arreptaq; lingua ferā exanimauit. Quod cum nunciatum regi esset, admiratio cessit in satisfactionem: Nam chariorē eum deinceps ob constantiam tantæ uirtutis habuit. e Terra. Disce situm ex Ptolemæo. f Hic. iuxta Lysimachiam, ubi à cōtinente, angusto porrigitur Isthmo in Hellepontum. g Mastusiam, Promontorium, Solino. Plin. lib. 4. Dein, inquit, promontorium Cherronesi Mastusia, aduersum Sigeo: in cuius fronte obliqua, Cynossema, ita appellatur Hecubæ tumulus, Statio Achaearum turris, & delubrum Protefilai, & in extrema Cherronesi fronte, quæ uocatur Acolium, oppidum Eleus. In eandem sententiam & Strabo. Nec ignoro eius nominis promon. & opp. in Troade fuisse. h Chersones-

Mastusia.

sus. Græcis χερσόνησος terra, νῆσος autem insula dicitur, Chersonesus igitur peninsula est. Scribitur hæc dictio nunquam r litera geminata. Quatuor insignes passim Cherronesi memorantur, Taurica scilicet, in Euxino & Meotide, Thracia hæc, de qua in præsentia fit mentio, Aurea tertia supra Gangē in ortum, iuxta sinum qui magnus dicitur Ptol. & Cymbrica septentrionalis, quæ Daciam habet, quam Daniam Saxo Grammaticus uocat, Germani hodie Denmark. Peloponesus uero maior celebriorq; est, quam ut Cherronesi nomen admittat, quam & ipsam nominis etymo fretus Cherronesum Strab. nominat. & minoris Asia in nostrum mare procur-

Quatuor insignes Cherronesi.

sus Cherronesus dictus authoribus nō pletarijs. i Aegos. Marcel. 22. Cherronesum, inquit, pulsat Aegos Potamos, in quo loco lapides casuros ex caelo prædixit Anaxagoras. Quod ipsum & Plin. cap. 60. lib. 2. adnotauit. Illic autem classem Atticā fregit Lisander Lacedæmonius, Athenis postea semidirūtis, & triginta Tyrannis impositis, ut Plutar. in eius uita est author. Meminit & Iustin. lib. 5. k Est & regio. Xerxes in Græci-

Xerxes.

am iturus, angustia Helleponti, iumentis nauibus ita oppleuit, ut maria ante nauigata pediti peruia essent, inaudito facinore, qd tamen Perfarū potentia fuerit ausa. meminere lib. 2. Iustin. Cicero lib. de finibus, 2. & alicubi,

- Lucretius.** Iuuenalis, Lucanus, Solinus, Plutarchus, Martianus Capel. lib. 6. Caterinō succurrunt: nisi quis illa Lucretij de Xerſe carmina ex lib. eius. 3. mauult: ille quoq; ipse uiam qui quondam per mare magnum ſtrauit, iterq; dedit leg: onibus ire per altum. Ac pedibus ſalsas docuit ſuperare lacunas, Et contēpſit equis inſultans murmura Ponti. &c. a Proteſilai. Meminit Thucydides. 8. lib. Theſſalus ille fuit ex Phylace & Laodomie Acaſti ſilia coniunx. Ouid. b Cælos. Meminit Plin. Thucydides. 8. lib. pugna naualem iuxta Abydum Athenienſibus cum Syracuſanis & Lacedæmonijs fuiſſe ſcribit, Thraſylo uidelicet et Thraſybulo ducibus, inſigni parta uictoria. De hac Melam intelligere crediderim. Sunt qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedæmonios uiciſſe, octoginta nauibus amiſſis, & propē omnibus eorum ducibus ceſiſ, Plutarchus & Iuſtinus ſcribunt. Ad hunc quoq; portum Milciadis & Hiſtorici Thucydidis monſtrari tumulo Ammianus ait. c $\kappa\upsilon\upsilon\delta\omega\sigma\eta\mu\alpha$. Thucyd. 8. lib. Siniftrum, inquit, cornu iam promōtorium exceſſerat, quod uocant canis ſepulchrū, ita Val la interpretatus eſt. Grecis $\delta\eta\mu\alpha$ ſepulchrum ſignificat. Meminit Ouid. lib. tranſfor. 11. Locus extat & ex re Nomen habet. d Humili. Quid enim abiectius ſit tumulo canis, cui nō niſi ſordidiſſimis in locis liceat contabereſcere? e Macidos. Haud dubie illa quam Madi Ptolemæus nominat, de genere fortāſſe uocabulo. f Eleus. Eleus. Eleus eleūtis dicitur, ut Mi us, Trapezus. &c. Thucyd. lib. 8. Peloponenſes ſubeuntes Cherroneſum nauigarūt in Eleunte. Meminit eius lib. 7. Herodotus ab ea Eleuntij dicti. Thucydid. eodem lib. Nam cæteras Eleuntij concremarant. De Aegeo ſupra diximus. g Hinc. Ab Eleunte. h Sunium. Quod in extrema eſt acie Helladis ſupra Athenas & Marathonem. Vide tab. 10. Europe apud Ptol. i Alterum Cherroneſi latus. Occiduum. k Iugolitoris iugi forma decliui curſu expaſſi: quo fit ut uallis faciem ſinus, ſi litus reſpicis, habeat. l Melas. Plinius & Strabo lib. 7. Melanen, Ptol. Melanum nominat. Liiui libro belli Macedonici. 3. Proſectus eſt, inquit, à Lyſimachia die, ad amnem Melana quem uocant. m Alopeconeſum. Plin. non continentis oppidum, ſed inſulam facit. cap. 12. lib. 4. Alopeconeſus, inquit, haud procul à cælo Cherronenſi portu. &c. Ad quod & nominis accedit etymus: nam $\alpha\lambda\omega\pi\eta\varsigma$ Grecis uulpes, vñ & (ut ante diximus) inſula. Sed nil repugnat inſulam & continentis oppidum fuiſſe, ut de Arado ſupra retulimus. Stephanus oppidum è uulpium catulis ibi repertis nomen obtinuiſſe ſcribit. n Cardiam. In eo Iſthmo uue inſignes urbes ſunt, Cardia Aegei litoris, & Propontiaci, Paſtias, de quibus diligentiffime, ut ſolet, apud Plin. Hermolaus: meminit urbium quoq; lib. 6. Herod. o Aenos. Plin. oppidum Aenos liberum cum Polydori tumulo. De ipſo Aeneas apud Virg. lib. 3. feror huc & littore curuo Mœnia prima loco. Lege ibidem Scruium. Strab. ab Aeno fluuio, qui eam abluit, dici mauult, aut certe ab Aeno Gynei fratre. p Hebrus. Martianus lib. 6. Hebrum, inquit, Odryſiæ niues complent, qui inter diuerſos Barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Ad hos miræ naturæ flumen eſt. Ouidius libro. 15. Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus. q Dorifcos. Plinius: Tum locus Dorifcos. 120. millium capax, ita Xerſes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cui piā adſimilis, quo conferto, quantum militum eſſet diuoſci potuit: alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non ſuppetebat. Id quod pluribus libro. 7. Herodotus proſequitur. r Serrium. Plinius montem, non promontorium nominat, quanquam illa non admodum inter ſe pugnant. De Orpheo ut cecinerit, ut arbores, ſaxa, ſeras, flumina illexerit ſono, nemo neſcit: meminit Herod. lib. 7. Ouidius. lib. 11. tranſfor. Horatius. Ode. 12. primi Carmi. Zone

Carmin. Zone ex Plin. Strab. Hero. notissimū est. *a* Regio ulterior. Capella lib. 6. Mox regio Maronæa, & Tynda oppidum, in quo equi Diomedis stabulati. Etia si corrupti codices Tyrida habent. Fabula meminere Seneca in Hercule furēte. Hercules apud Ouid. Quid cū Thracis equos humano sanguine pingues, Plenaq; corporibus laceris præsepia uidi? Lege Diod. lib. 7. Maro: In Diomedeis uictoria nona quadrigis. Originem fabule fecit loci ingeniu. Nā iuxta Abdera & limitē, qui Diomedis uocatur, equi pasti in rabiē uertuntur, ut. s. cap.

a Regio ulterior Diomedē tulit imanibus equis mā dandos solitū obiectare aduenas, & iisdē ab Hercule obiectū. *b* Turris, quā Diomedis uocat, signum fabulæ remanet: & urbs, quā soror eius suo noīe noīa uit *c* Abdēra: sed ea magis id memorādū habet, quā Democritū Physicū tulit, quā q̄ ita condita est. *U*tra *d* Nestos fluit, interq; eū & Strymona urbes sunt, *e* Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona & Athon turris *f* Calarnæa, & portus Caprullō, urbs Achātos & Oesyma. Inter Athon & Pallenen Cleone & Olynthos. *g* Strymon (sicut diximus) amnis est, longeq; ortus, & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, & ubi nō longe à mari lacū fecit, maiore quā uenerat alueo erumpit. *h* Athos mōs est adeo elatus, ut credatur altius quā unde imbres cadūt, surgere. Capit opinio fidē, quia de aris, quas in uertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Cæterum non promontorio, ut alii, uerū totus est, totoq; lōge *k* dorso pro-

e ipse Democritus, cum insanus à suis iudicatus esset, Hippocrātes medicus in curam adhibitus, non solum non insanum, sed sapientissimum esse deprehendit: quod eius etiamnum epistola testatur extans. Martial. Abderitanam plebem eo ferē modo dixit, quo Aurem Batauam, lib. 10. cum inquit: Abderitana pectora plebis habes. Locus enī humilis & asper fuit, præterea in crasso aère ac planē Thracio situs: unde & prouerbio locus datus, Abdera pulchra Teiorum colonia: quo utimur, quoties tenuis fortunæ libertatem, magnis conditionibus seruitute & molestia pressis, pluris nos facturos significamus. De crasso Abderorum aère Iuuen. Saty. 10. de Democrito: cuius prudentia monstrat summos posse uiros & magna exempla duros, Veruccum in patria, crassoq; sub aère nasci, *d* Nestos. Qui Pangeum ambit. Martiano & Ptol. Nesus dictus, eius supra meminimus. Iuxta palus est Bystonia, & Bystonij cognominati Thraces. *e* Philippi. Plin. Philippos & Apolloniam citra Strymonē Thraciā uersus locat, quē admodū & Pōp. & Ptol. moxq; aliā Apolloniā in Macedonia nominat. At Amphipolim in Macedonia ora trās Strymonē, nec Oesymā eo in loco quo Pomp. sed iuxta Neapolim & Philippos, sicut Ptolemæus. Nisi aliud quoque eius nominis oppidū in Macedonia fuerit. Notandū uero obiter in terminis Macedoniae & Thraciæ non conuenire Strab. & Plin. Strymone hic Thraciam terminat, Ptol. Nesi ostijs, Pomponius initio sinus Mecybernei. *f* Calarnæa. A Calarna oppido Macedoniae, ut coniecturatur Hermol. De Achanto, iuxta quam Caprullon Pomponius statuit. Ptole. prope Athon. De Olyntho & Cleone Plin. *g* Strymon. Plinius Strymon, inquit, ortus in Hemo: memorandum in septem lacus fundi, priusquā dirigat cursum. Ab hoc Strymonius Gradiuus, & Grues Strymoniae. Quippe ob Lacustria, magna illic æstiuo sole harum est frequentia, Brumæ tempore in meridiana uolantium. Lucanus libro tertio, Deseritur Strymon tepido committere Nilo Bystonias consuetus aues &c. Non præterierim ad Strymonem oppidū olim fuisse Thasiorum Dathon, adeo omnium rerum copia commendatum, ut inde adagium tractum fuerit, ἄβος & γὰρ, id est Dathon bonorum, quo in rerum affluentia significanda utimur. *h* Athos. Quod de Atho Pomponius scribit, Thesalico quoque Olympo tribuit Solinus. *i* Unde imbres. Quod si ita est, supra mediam aëris regionem erigitur. *k* Toto dorso. Vide Ptolemæi tabulā decimam Europæ, & quemadmodū

lib. 15. Plin. scribit. *b* Turris.

Solin. sic: Sed cessit aeo, solumq; turris uestigiū adhuc durat. *c* Ab-

dēra. Abdera abderorum pluratiuo

frequentius, à quibus nō longe Pange-

us abest mons Thraciæ celebris Pli-

Martian. lib. 6. Circa eū, inquit, Ab-

dera, cui constructæ Diomedis soror

suum nomē adscripsit, quod oppidum

Democriti Physici ortu potius deco-

ratur. Democritus, ut lib. 9. Lærtius

scribit, uir cōtinentissimus, in fratres

patrimoniu partitus est, uatico uni-

ce quo ad philosophandum pergeret,

seruato: Fortunæ mortalium trisor-

Iuue. Saty. 10. Ridebat curas, nec nō

& gaudia uulgi. Vixit annis nouem

supra centum, cum sese excæcasset, ut

eo liberius suo acumine animus fungi

fruiq; posset. Nō præterierim hoc lo-

Abderite stu-

co, Abderitas stoliditatis & insaniæ

insimulari apud scriptores, ut lib. de

nat. Deorum. 2. ad insaniam inclina-

tos abderitas esse Cic. scripsit. Quin-

Abdera.

Democritus.

Abderite stu-
pidi.

Adagium.

Grues Strymo-
niæ.

Adagium.
Athos mons.

totus in mare promineat, cernes. Plin. scribit cap. 10. lib. 4. procurrere eum in mare. 77. mil. passuum, latitudinem autem à Xerxe abscissam mille quingentorum passuum fuisse, ambitum radice habere. 150. mil. pas. Hero. 7. lib. circūfossus eum à Xerxe magis ostentationis gratia quàm necessitatis fuisse ait: quo maior Græcis timor suscitaretur. Fossa ad 20 lata fuit, ut duabus trirēmibus unà illac eſset iter. De Atho Maro passim. Ex eius uertice cum occidens sol est, in Lemnon usq; lōge distantem insulam umbra projicitur. Hinc illud. est Statij lib. Theb.

Apollonius de Atho.

Ingenti tellurem proximus umbra Vestit Athō, nemorūq; obscurat imagine Pontum. Sunt & Apollonij ex li. Argonauticōn. 1. carmīa de Atho, quæ in hunc modū latina fecit E R A S M V S Roterod. Solis ad exortum uada salsa secantibus alto Vertice sese ostendit Athos mons Thracius, is qui Disitus à sacra tanto discrimine Lemno, Quantum alata die ualeat transmittere nauis, Quin longinquā etiam pertingit adusq; Myrinen.

a Acroathon. A uertice, qui Græcis ἄκροπος dicitur, nomen datum est, quod in edito fuerit situm. b

Longior quàm in alijs. Ideo & Macrobij, id est longæui nominati, sicut illi Mœreni, de quibus. 3. lib. referemus. Plin. Apolloniæ, quæ iuxta est, icolas Macrobios dictos esse scribit. Id. loci præstat ingenium ob defecatum aërem, & Aquilonis salubres flatus alte assurgentis. Colonia autem,

Prothei patria.

quarū Pomp. nō meminit, sunt Vranopolis, Thyſus, & præter alias ipsa Cleone. c Pallene. Ciuitas, Prothei patria, ut Maro Geor. 4. Hic nunc Aemathiæ portus patriamq; reuſit Pallenem &c. Fuit & eiusdem nominis tractus uicinus, de quo Mela. d Potidea. Prius Hipaleſtia, Plinij uero temporibus Cassandra dicta. De Mende & Scione Stephanus de urbibus in eandem sententiam retulit. Eretrios autem illos ex Eubœæ fuisse multa indicant, quanquam & in Theſſaliæ Eretria fuit illi cognominis, Straboni.

cedit in pelagus, qua cōtinenti adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfossus, transnauigatusq; & factus freto nauigabili peruius. Ima eius tenēt paruæ Pelasgorū coloniæ. In summo fuit oppidū^a Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio^b longior quàm in alijs terris ætas habitantium erat. ^c Pallene soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager: tota in altū abit, angusta satis unde incipit. Ibi est^d Potidea. At ubi laxius patet, Mende Scioneq; referenda: illa ab Hæretrijs, hæc ab Achiuis, capto Ilio, remeantibus posita.

M A C E D O N I A.



Uim Macedonum populi, quot urbes habitant? quarum^g Pellam maxime illustrem alumni efficiunt, ^b Philippus Græciæ domitor, Alexander etiā

M A C E D O N I A.



Accedonia militiæ robore, & regum antiquorum claritate, uctustaq; fama gentis, & magnitudine imperij, quo multam quōdam Europæ maiorem partē Asiæ obtinuerat armis, clarissima fuit, multis ante nominibus dicta: nā & Hæmonia & Aemathia uocata est, Macedonia autē à Macedone Deucalionis nepote, ut Solin. scribit. Eam à septentrione, à Dalmatia Mæſiaq; Montana ſeiungūt, ab occaſu Adriatico ſiue Ionio, ab ortu Aegeo abluitur: meridianā oram Epiroticæ gentes, & ipsa Græcia excipiūt. Nā Theſſaliā Macedoniae iungūt Ptol. & Pomp. Plin. ſeorſum eius cōmeminit cap. 3. lib. 4. Nihil autē refert, ſeiungātne quis Theſſaliā, an Macedoniae faciat partē, dūmodo conſtet quas terras intelligamus. f Quot urbes. Plurimas certe. Libet uero huc adſcribere Plin.

Macedoniæ fortunæ uarietas.

de Macedonia uerba, ex lib. eius. 4. quæ ſerē in hunc modū habent. Hæc eſt Macedonia terrarum imperio poſita quondam: Hæc Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociā, Syriam, Aegyptiū, Taurum, Caucaſum trāſgreſſa: hæc in Bactris, Medis, Perſis domiata, toto Oriēte poſſeſſo: hæc etiā Indiæ uictrix per ueſtigia Liberi patris atq; Herculis uagata. Hæc eadē eſt Macedonia, cuius uno die Paulus Aemilius imperator noſter. 722

Pella.

urbes direptas uendidit. Hactenus Plin. Nō indigna lectu li. 7. de Maced. ſcripſit Iuſti. g Pellam. Ab hac uterq; Pellæus dictus eſt. Iuuen. de Alexandro Saty. 10. Vnus Pellæo iuueni nō ſufficit orbis. De Philippo Luca. lib. 10. Illic Pellæi proles ueſana Philippi. Remotior quidem à litore, uerum in Thermaicum imminens ſinum. Vide tabulam Europæ decimam apud Ptolemæum. Fuit & Syriæ Pella ab hac Macedonica alia: iuxta quorū memorabile quondam Hippotrophium, id eſt alendorum equorum locus fuit Strab. lib. 16. b Philippus.

Huius & filij ductus, uiribus & imperio Macedonia promouit: magna quidem gloria, uerum misera multorum clade: nã qui suis terris contenti non sunt principes, dũ aliena inuadunt, & seruitute premunt, belli quidẽ sibi & uirtute eximij, at deo, ac subditis, quos natura liberos esse uoluit, inuisi odiosiq; fiunt. Sene. lib. nat. q. 3. nõ tam eleganter quã uere. de Philippo & Alexandro sic refert: Quanto potius deorum opera celebrare, quã Philippi aut Alexandri latrocinia: qui exitio gentium clari, non minores fuere pestes mortalium, quã inunda-

Seneca de Philo-
lippo & Ale-
xandro senten-
tia.

Asia. In litore flexus Mecybernæus iter promotoria diuidit Canastreu & portum, qui Copos dicitur: urbes Toronen & Physcellã, atq; unde nomẽ est ipsi, Mecyberna incingit. Canastreo promontorio Scione proxima est. ^a Mecybernæus autem in medio, qua terra dat gremium, ^b modice in litora ingreditur. Cæterum longis in altum immisiss lateribus ingens inter maria sinus est. In eum ^c Axius per Macedonas, etiã per Thessalos ^d Peneus excurrit. Ante Axium ^e Thessalonice est. Inter utrunque ^f Cassandria, Cydna, Azoros, Derris: à Peneo Sepias, Cordynia, Melibœa, Castanea, pares ad famã, nisi qd̃ ^g Philoctetes alumnus Melibœam illuminat. ^h Terræ interiores claris locorum nominibus insignes, penè nihil ignobile ferunt. Hinc non longe est ⁱ Olympus,

tio, qua planum omne perfusum est, quã conflagratio, qua magna pars animantium exaruit. a Mecybernæus. Omnium eius litorum maximus, & late in terras sese recipiens. Plin. & Ptol. Thermaicum nonnãm à Therme oppido, cuius iter alia eius litoris oppida Herod. meminit lib. 7. Et Strab. libro .7. De Canastreo Plin. De Copo non succurrit ubi legerim; Torones, Physcellæ & Mecyberna Plin meminit. Illud obiter annotandum duxi, Claudio Ptol. lib. 3. Toronicum sinum alium à Mecybernao statui, & in eo Toronem iuxta promontorium, quod ipse Derrin uocat. Quem totum tamen tractũ Pöpp. Thermo siue Thermaico sinu claudit, A Ptol. Tacitus est, qui lib. 5. ubi de Sabino sic ait: Igitur quo uera seu

falsa anteiret Toronæũ Thermæumq; sinum præfestinans, mox Eubœam Aegei maris insulam, & Pireæum Atticae ora, dein Corinthiense litus angustiasq; Isthmũ euadit, mariq; alio Nicopoli, Romanã coloniã ingressus &c.

^b Modice in litora. Confer ad picturam, & ita esse deprehendes. ^c Axius. Annis limpidissimus, & specie oibus cõparabilis: meminit eius Herod. 7. lib. & lib. 2. Iliados Homerus. Plin. lib. 31. ex ueterum auctoritate tradit Axium pecudẽ suis potam aquis nigrã efficere, at uersa ab Haliacmo uicino amne natura: hic enĩ uelleris nitore potã ex se pecudi asseruat. ^d Peneus. Iuxta Gomphos ex Epiroticis iugis ortus, Thessalica tempe perlabitur, annis iam ab alta uetustate clarissimus, & Poëtis Græcis Latinisq; celebratus, supraq; quã credi possit speciosus, calculo enim uiridis est, multo circa ripam gramine, canorus auium cõcentu. Lege Plin. 8. cap. lib. 4. Ferunt amnem in eum Orcon nomine descendere, quem admissum non recipiat, sed olei modo supernatãtem breui spacio portatum abdicet, poenales aquas dirisq; genitas argenteis suis misceri recusans. Orcon Luca. Tytarsus nominat lib. 6. Solus in alterius nomen cum uenerit undã, Defendit Tytarsus aquas lapsusq; superne Gurgite Penei pro siccis utitur aruis. Hunc fama est Stygijs manare paludibus amnem, Et capitis memorem suuij contagia uilis Nole pati, superumq; sibi seruare nitorem. ^e Thessalonice. Halia ante diã, libera olim conditionis, & inter urbes eius litoris clarissima, ut Strab. ait. Alumnũ habuit etate nostra Theodorum Gazam, uirum de Græcis Latinisq; literis maxime meritum: qui tamen (tantus est artium honos uidelicet) Romam deferere, rerum inopia coactus est, alibi mox summa in miseria mortuus cum sacerdos esset, authore in clarorum hominum nomenclatura Raphaële. ^f Cassandria. Cõuenit planè inter scriptores de his oppidis, sed situs in plerisque non nihil diuersus est. Id monuerim, Aloron aliam ab Azoro esse in Macedonia: cum hæc maritima sit, illa propè Axij fontes sita Ptolemæo. De Cordynia Ptolemæus: qui idem lib. 3. Derrin promontorium cognominẽ oppido in hoc litore statuit. Hermolaus ex Stephano Eloros legit, non Azoros, cõiectura ductus, cui non refragor. ^g Philoctetes. Peantis filius, & quem Hercules cum hominem in Oeta exuturus esset, suis sagittis donauit, & ne corporis reliquias monstraret, uetuit. ad quod sexto libro Lucanus allusit, cum inquit: Precioq; nephandæ Lãpados Herculeis fortis Melibœa pharetris. Meminit eius Ouidius .13. transformat. & .3. Aneid. ubi de Petilia Seruius. ^h Terræ interiores. Locorum celebritate motus Pomponius, à maritimis digressus, totã obiter Græciam peruagatur, id quod hæctenus nulli terrarum tribuit, cum ex professo litora sequeretur, Varronem indubie imitatus, cuius, ut Solinus innuit, de litoralibus nolumen extitit. Et Geographiã scripsisse Varronem Gellius testatur. 7. capite libri. decimi. ⁱ Olympus.

Axius.

Peneus.

Orcus

Tytarsus.

Thessalonice.

Theodorus

Gaza.

Mela Varronẽ

imitatus.

- Quatuor & triginta montes in Thesalia esse, omnes uero Theatrali modo inflexos, caueatis ante eos. 75. uiribus scribit lib. 4. Plinius. Strabo libro nono, totam terram illam aliquando stagnasse ex uetustatis fama retulit: montes enim coërcebant, & altiora campis loca litus habebat. Post terræ motu facto, montes abruptos & exitum undis relictum esse scribit, à quo tempore Thessalica Tempe cœperint: duobus lacubus reliquis, quorum alter Nasonius, alter Bœbeis dicitur. Scribit in eandem sententiam digna lectu Herod. lib. 7. Lucanus libro sexto. Hos inter montes, media qui ualle premuntur, Perpetuis quondam latuere paludibus agri &c. Claudianus quoque libro de raptu Proserpine. 2. Sic cum Thesaliam scopulis inclusa teneret, Peneo stagnante palus, & mersa negaret Arua coli: trifi da Neptunus cuspide mōtes Impulit aduersos: tum forti saucius ictu Dissiluit gelido uertex Oseus Olympo, Carceribus laxatur aque, fractoq; metu, Redduntur fluiuiq; mari tellusq; colonis. Incolæ enim, ut Herodotus scribit, Neptuno tribuerunt: at plerique Herculi, ut Diodorus libro. 5. & Seneca in Hercule furente. De ipso Olympo præcelsæ magnitudinis Solinus. De Gigantibus, quod ad Physicam attinere uidebatur, in Lycia retulimus. Macrobius ad mores referens libro Somnij primo, blasphemus omnes, & duræ in Deos ceruicis homines eo nomine censet. Quod ad fabulosa attinet, multis Ouidius libro Fast. quinto. Lucanus libro quinto: Nec metuens imi Borcan habitator Olympi, Lucentem totis ignorat noctibus Arcton. Claudia. in Stiliconis Encomio: Altus Olympi Vertex, qui spatio uentos hyemesq; relinquit, Perpetuum nulla temeratus nube serenum. a Pelion. Clarus & Peleï nuptijs, & Chyronis fama, qui cum inhabitasse fertur. Ouidius Fasto. 5. Pelion Hæmonia mons est obuersus in Austros, Summa uirent pinu, cætera quercus habet. Phyllirides tenuit, saxo stant antra uetusto, Quæ iustum memorant incoluisse senem. Hic est Pelion, qui argonsuis fabricandæ matericm præbuit, ut libro primo Flaccus testatur. Catullus in nuptijs Pelei: Pelico quondam prognatæ uertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas, Phasidos ad fluctus &c. Adeo altus est, ut Dicearchus Mathematicus regum cura montes permensus, omnium eum altissimum prodiderit. Hinc illud est Ouidij libro Fastorum primo: Summaq; Ossa. Peliacus sydera tangit apex. b Ossa. Pelio uicina, & Gigantum pugna notissima. Lucanus lib. 6. Thesaliam, qua parte diem brumalibus horis Attollit Titan, rupes Ossea coërceat. Sunt iuxta æque clari, Pierius, Pieria. Pindus, Othrys. Situm disce ex tabula decima Europæ Ptolemæi. c Pieria. Oppidum Macedoniae ad finem Thermæum, Ptolemæo. At Pomponius regionem Olympo uicinam intelligit, à Pieride sylua cognominatâ: ad quam Thracibus, qui Picres uocabantur extinctis, Macedones habitauerunt, ut Strabo libro nono, ubi de Helicone & Bœotia locis commemorat, affirmat, si modo, quod suspicor, non aliam intelligit. Festus Pompeius, Pierides, inquit, Musæ propter amœnitatem ac solitudinem Picrij montis dictæ uidentur: quoniam ea secretis locis propter studia liberalia delectantur. Sunt uero qui à Pieri filiabus, quas cantu uicerunt, dictas uelint. Constat Thracas aliquando Thesaliam tenuisse, & Musis amœna loca, tum & fontes insignes dicasse. Quod qua ratione factum uideri debeat, in Poëtica nostra utcumque reddidimus. Vetusissimos autem Thracum, qui Musis curam studiumq; dederunt, Strabo libro decimo Orpheum, Musæum, & Thamyrim fuisse ait. d Calcatum Graio Herculi solum. In eo enim monte exuta mortalitate Deus factus est, ut Ouidius multis libro nono prosequitur, & Seneca in Tragedia, qui Hercules Oetæus inscribitur. Graio Herculi, ad differentiam dixit, nam multi suere alij, de quibus libro de natura tertio M. Cicero. e Saltus Oetæus. Oeta. Ab Oeta monte, ad cuius radices Heraclea quondam, ac Hercule condita, insignis fuit. Liuius libro. 6. quarta Decadis scribit extrema in orientem montanorum Græciæ iuga Oetæ nomine uocari, lege Strabonem libro 9. De Oeta Silius lib. 3. Inter quæ fulget sacratis ignibus Oete, ingentemq; animam rapiunt ad sydera flammæ. Tempe. f Tempe. Notissima. Seruius auctor est, loca amœnissima quæque Tempe dici posse. Virgil. Georg. secundo: Speluncæ uiuicq; lacus, aut Thessala Tempe. Lucretius libro secundo: Nec Citharas reboant, laqueata aurataq; Têpe. Inde alibi & Cygnea Tempe Ouidio dicuntur, et Helloria Tempe in Sicilia illustra fuerunt ab amne dicta. De Thessalica Catullus in nuptijs Pelei, Confestim Peneos adit uiridantia Tempe, Tempe quæ syluæ cingunt superimpendentes. g Libethra. A quo Libethrides: sunt & alibi per Græciam clari, & in Bœotia maxime, Plinio. h Tum iam uaste. Primo terræ situm, mox regiones insignes, postremo harum digna memoratu loca prosequitur. Hec est Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ pluribus artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, Cic. Cui Latini omnium illustrium doctriinarum inuentionē tribuerunt.

Quæ omnia

Quæ omnia illa, quæ aut fortuna, aut ingenio comparari possunt, summa cum gloria consecuta est. Hæc Asia, Africa, & Europa suæ maximas & potentissimas urbes imposuit: gentesq; feras, ductis Colonij moribus, & singulari uitæ mansuetudine, cultiores reddidit: serua hodie (tanta est rerum humanarum inconstantia) & barbarissimis Turcarum gentibus occupata. Non præterierim quod M. Cicero pro L. Flacco scribit, Græcis ut literas ac multarum artium disciplinam ingeniorum etiã acumen, & dicendi copiam attributam à ueteribus, ita

uaste & multum prominens Græcia, & dum^a Myrtoum pelagus attingat, à septentrione^b in meridiem uecta: qua Sol oritur.^c Aegeis, q̄ occidit, Ionij fluctibus obiacet: ac^d p̄xime spaciola & Hellas nomine grandi fronte p̄cedit, mox mari utroq; & Ionio magis latera eius intrante, donec^e quinq; millia passuum pateat, media fermè propè^h inciditur. Deinde rursumⁱ terris huc se & illuc, uerum^k in Ionium mare magis expandentibus progressisq; in altum, non tam lata quàm cœperat, ingens tamè iterũ, & quasi peninsula extendit, uocaturq; Peloponnesos, ob sinus & p̄montoria, quis ut^m fibris litora eius incisa sunt: simul qd̄ tenui tramite in latus effundit, n̄ platani folio simillima. In Macedonia priã est^o Thessalia, deinde Magnesia, Phthiotis. In Græcia^p Doris,

testimoniorum religionem, & fidem, quam n̄quam ista natio coluit, prorsus demptam fuisse: ut inde Adagio uideatur datus locus, Atticus testis, in uanum & lubricæ fidei testem. Adeo (mirum) magnas uirtutes magna plerunq; uitia dehonestât. a Myrtoum. A Myrtilo Oenomai auriga, quem Pelops cū pactum posceret cōcubitum, in mare præcipitauit, de suo nomine Myrtoum dictũ, ut Serui. Ge. org. 3. apud Virg. Ut Acron asserit, ab Oenomao mari mersus, ob scelus fractorum axium. Id inter Aegeũ & Creticum Atticæ partem, & Cycladas alluit. Strab. lib. 3. b In meridiem. Transuerso incesu. c Aegeis. Vide Ptole. tab. 10. Europæ, & scripturã adplica pictura, omnia enim mire quadrant. d Proxi-

Mare Myrtoũ

me. Ad confinia Thessaliæ, quorum hæcenus meminerat Mela. e Hellas. Ita Græcia nominatur, quæ ci-

Hellas.

tra Isthmum in continente est, ab Hellene Deucalionis & Pyrrha filio, qui in Phthia sedem habuit, Straboni libro. 8. Hinc & Græci Hellenes dicti: Græci uero à Græco rege ibi nato authore Plin. cap. 7. lib. 4. Ptolemaeus uniuersam hanc Achaiam nominat. Per frontem autem non Peloponnesi, sed Attidis excursum intelligit, in quo Sunium est promont. à quo Aegeum in occasum flexũ adusq; Isidomon ingreditur, Ionio ab aduerso litore ingruente. f Ionio magis. Quod in intimis sinum facit Corinthiacum, ut ex aduerso Megaricum, pelagus Aegeum, utrunq; à claris opp. dictum. g Quinq; millia. Tantum enim terræ inter utrunq; sinũ extans, peninsula continenti adnectit. h Inciditur. Vtroq; sinu Peloponnesum ab Hellade sciungente. i Terris.

Quæ secundum Peloponnesi septentrionalem oram in ortum occasumq; expansa iterum Græciæ obuertiunt.

k In Ionium mare. Inclinat enim Pelop. in occasum. l Peloponnesus. Pelopis insula, de ea lib. primo retulimus. Eadem Straboni Pelasgia à Pelasgis colonis, Apia & Argos dicta. In hac propè omnia quàm ali-

Peloponnesos.

bi magis illustria sunt. Nam totius Græciæ arcem eam esse constat: non tantum gentium in ea quondam nobilitate & potentia, sed locorũ etiã situ, sinibus, promontorijsq; claro: Quodq; in Hellade Thebani sacre & Attici, id sacre in peninsula Lacones & Argiui: ut Arcadum Lunæ cursus uincens uetustatem præteream.

m Fibris. M. Varro in linguæ Latine quæ extant, fragmentis, Antiquos ait omne extremum Fibrum nomi-

Fibra.

nasse: atq; inde Fibrum quadrupes dictum, quod oras fluminum incolat: & extremum in iecinore Fibram dici, & in sagis simbrias: quod ipsum & Marcellus adnotauit. per Fibras igitur Pomp. extimam orã intelligit, quæ

trebris sinibus lancinata, & ut iecinoris extrema, subinde flexa iniquaq; n Platani. Rufus ex Dionysio.

Sequitur Pelopis post insula lata Consimilis folio platani. & c. Plinius lib. 4. Platani, inquit, folio similis propter

angulosos incesus, circuitu. 563. millibus passuum colligit, authore Isidoro. o Thessalia. Ab Hæmonis fi-

lio Thesalo dicta, cum ante quoq; Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis nomen habuerit. Primam autem dixit, id est

præcipuam. Et eam Thessaliam intelligit, quæ proprie eo nomine uocatur: nam partes eius sunt Magnesia &

Thessalia quatuor partium.

Phthiotis, Strabo. cæteris. Tota uero in quatuor partes diuisa fuit, Thessalioten, Phthioten, Estioten, & Pelas-

giam aliquando à Pelasgis scilicet eam habitantibus, Homero quondam in. 12. partes plerisq; uicinis terris ad-

sumptis diuisa, ut lib. 8. Strab. scribit. p Doris. De uniuersis his Græciæ & Peloponnesi tractibus Plin.

lib. 4. Strab. lib. 8. 9. & 10. Homerus libro iliados. 2. in Catalogo: Pausanias in Atticis, ille quem Domitius Cal-

derinus, nescio an integrum, latinum fecit; Ptolemæus tertio libro, alijsq; non parum multi. E quibus quæ inueni-

- Picturae tabularum utilitas.** li stomacho non ingrata futura videbatur, decerpimus. Iuvat autem, ut sepe monui, omnia illa ad picturam applicasse, & ea duce ordinis situsque comparasse memoriam: ne multitudo locorum dum animum nulla cogitationis ope sultum arripit, confusanea uelut mole mentem obruat, id quod ijs euenit, qui in postremis tabularum subsidia collocant. **a** Aetolia. Hanc enim Acarnaniam, Epirumque praedictis adnumerat, uel Plinius a principio lib. 4. Melam, ut alias sepe, prope ad uerbum imitatus. Situs harum est, a sinu Corinthiaco secundum procursum Ionij maris, adusque Acroce-
Larissa. **b** raunia & Adriatici fauces. **b** Adriam. Masculino pro mari ipso. Lucanus lib. 5. Sonat Ionio uagus Adriam ponto. **c** **Quae mare n. ab. Paulo enim infra ab interioribus ad litus illud, a quo digressus erat, reuertitur.**
d Larissa. **Quae patriam dignitatem supra ceteras Thessaliae urbes Strabonis aetate retinuit. Horat. Nec tam Larissae percussit capus operis. Clara est Achille alumno, quem tamen Phthium fuisse prope constat. Maro Aeneid. 2. Quos neque Titydes, nec Larissaeus Achilles. Lucan. lib. 6. Atque olim Larissa potens. &c. Fuit & in Thessalia Pharsalos liberum oppidum, & iuxta Pharsalici campi, ciuili Romanorum sanguine damnati. Tum & Thebae aliae ab his, quae in Boeotia fuerunt. Non praeterierim, Thessaliam supra priorum nominum olim usum, Argo, Dryopin, & accolae Myrmidonas & Achaeos Homero dictos, ut lib. 4. Plinio placet. Nam Argos Pelasgicum multi ad Larissam statuerunt, aliud ab Argis peninsulae: hinc enim profectus Abas nomen illud aut campo dedit, aut urbi conditae reliquit. **e** **Antrovia.** Antrovia. In Magnesia Magnetes clari olim, iuxta quos Minya floruerunt. Lucan. lib. 6. Et Magnetes equis, Minya gens cognita remis. Urbem a specuum, e quibus molares lapides exciduntur, frequentia distans notum est: nam & Strab. Antron nominat, & ἄντρον Graecis specus est. Ibi praegrandes asini locum adaugio fecerunt, ut Antronium asinum dicamus hominem robustum & corpulentum, cui animi desunt uires. **f** **Phthia.** A qua regiuncula nomen est, Achillis patria. **g** **Pindus.** Plin. quoque cap. 7. lib. 4. Doris, inquit, in qua Sperchius, Erineon, Boion, Pindus. &c. **h** **Cynos.** Liiui lib. 3. tertiae Decad. Cynum, inquit, Locridis emporium, Calliaros indubie hodie nulla est, cum Strabonis temporibus deserta fuerit. Notandum uero, Locrenses Graeciae, inter Dorin & Phocin sitos, Ozolas dictos aliquando, Straboni: Leleges item & a monte Cnemide Epicnemidios, Opuntios uero ab Opunte metropoli clarissima urbe. Ceterum Opuntij & Epicnemidij in ortum ad Aegeum habitauerunt. Ozolae Hesperij cognominati, in occasum, a quibus Locris, qui in Italia sunt, origo est. Totae autem Locrensiu ciuitas in annulo signatorio stella Hespero usa est, auctore Strabone.
Delphi. **i** Delphi. Phocis in Corinthiacum sinum uersa, clarior est quam sit magna, faciunt Delphi: quorum meminit perpulchre Iustinus lib. 24. fuit iuxta pari prope claritate urbs Elea, ex amplitudine & loci opportunitate cum primis commendata Straboni. De oraculi origine, ut ridicula, ita scitu dignissima scripsit lib. 16. Diosdorus, quem nuper cum libro sequente Latinum fecit Angelus Cospus Bononiensis, homo in literis tum Graecis, tum Latinis apprime eruditus: cui Viennae, cum hominem exuisset, nos in bonarum literarum publica professione successimus. M. Cicero lib. de Diuinat. 2. scribit, oraculum Delphicum tot seculis celebre suis temporibus uile contemptumque esse coepisse: nimirum illis, in quae CHRISTI saluatoris imminerebat natiuitas, propiore salute mortalibus elucescente per eum, quem uera prophetarum oracula uenturum cecinerant. Lucanus lib. 5. Hesperio tantum quantum semotus Eoo Cardine Parnasus gemino petit aethera colle, Mons Phoebo Bromioque sacer. Notus est de uerticibus eius error Scruianus. Herod. alterum Thitorem, Hyampaeum alterum appellauit. Scribit Placidus Grammaticus Parnasum aliquando umbilicum terrae creditum esse. Ouid. lib. Met. ultimo: Mediamque tenetis Orbis humum Delphos aduunt oraclaque Phoebi. Quod ipsum Strabo testatus lib. 9. fabellam quamdam ex Pindaro recenset, Iouem quondam duas simul aquilas emisisse, alteram ab ortu, ab occasu alteram, quae in Parnaso conuenerint. Quod falsum id esse notius sit, quam ut referri demonstrariue debeat. **k** **Thebae.** Boeotia, ante Cadmeis, Hyantis, Aonia, Ozygia & Mesapia dicta, a quibus etiamnum illis passim apud scriptores cognominata sunt. Ceterum Boeotia rectius diphthongo in secunda syllaba, & inde Boeotus: quanquam sunt hodie, non indocti Grammatici, qui Boetiam quoque & Boetum, dici posse longo usu suffragante, confirmant. A**

Thebe autem Afopi filia dictas Thebas Pausanias refert. Constat Bœotos male olim audisse, ob mentis obtuse stoliditatem. Inde adagia, Bœoticum ingenium, & Sus Bœotica: nam uoracissimi, ut pleriq; ex Thebalis quoq; habiti sunt. Notum est illud Horatij ex Epistolarum secundo libro: Bœotum in crasso iurares aëre natum. Plinius cap. 7. quarti lib. Nec cedentes, inquit, Athenis claritate, quæ cognominatur Bœotia Theba, duorum numinum Liberi patris atq; Hercules, ut uolunt, patria, & Musis natale solum in Helicone assignant, daturq; & his

& Cythæron fabulis carminibusq; celeberrimus: in Attide Eleusin Cereri cōsecrata, & clariores, quàm ut indicari egeat, Athenæ. In Megaride, unde regioni nomē est, Megara. At i Argolide, Argos & Mycenæ, & téplū Iunonis uetustate & religione percelebre. In Lacōide, Therapne, Lacedæmō, Amyclæ, mōs Taygetus. In Messenia, Messene & Methone.

Thebis saltus Cythæro, amnis Hifine nius. Præterea fontes in Bœotia, Oe- dipodia, Psamate, Dirce, Epigranea, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. hætenus Plinius. Ab his uero sua passim Musis cognomina extant. Notus est Thebarum splendor ex Epaminunda clarissimo duce, & Vate doctissimo Pindaro: cuius domū cum reliquæ uastarentur, incolumem

Sus Bœotica.

Bœotia sacri fontes.

esse Alexander iussit, ut lib. 7. Plinius scribit. a Cythæro. De hoc iuxtaq; fluente Afopo, tum & Helicone, digna lectu Strabo libro. 9. Est iuxta Platea clarissima urbium Bœoticarum, & Darij clade memorabilis.

Platea.

b Eleusin. Eadem & Eleusis, Cereris Eleusina phano memorata. Scribit Seruius, Cererem cum filiâ per hæc loca quæreret, à Celeo rege, cuius Ouid. lib. Fastorum. 4. meminit, hospitio liberalissime susceptam, eaq; gratia Decem cum omne genus agriculturæ docuisse: unde cum summa mortalibus parata esset commoditas, templo dicato cœpta est coli, & sacra instituta, quæ Tefmophorea dicebantur, à quibus præconis uoce impij secleratiq; amouebantur, nec poterant à moestis perfici. Ideoq; tempore belli Pœnici secundi intermissa sunt, quod tū nulla matrona non doleret, ut lib. 2. tertiæ Decad. Liuius scribit. Athenis eadem insignia fuerunt teste Augusti

Eleusin.

no cap. 20. septimi lib. ubi sacra proderet sumum nephas erat, Alcibiade aliquando maximo Atheniensium duce insimulato, quod ea enunciauisset: unde dubium an conscientia stimulatus, an indignitatē egre fereus in exilium abiit, ut lib. 5. Iustinus tradit. c Athenæ. De quibus illud Sallustij de Carthagine potest usurpari, Satius esse silere de Athenis, quàm parum dicere. Multa laus eius apud Ciceronem in oratione pro L. Flacco est.

Megara.

d Megara. Multa hæc fortunæ uarietate perfuncta, ut Strabo ait. Ager ubi sita, quemadmodum & Atticus asper magis montosusq; quàm fertilis: horum emporium aliquando Nysea fuit clarissima ciuitas. Megaris philosophorum, quos Megaricos uocant, frequentia aliquando studia fuerunt, quorum primus author Euclides ille Socratis auditor fuisse dicitur.

Megarici philosophi.

e Argos. Hippium aliquando cognominatum, quod nobilibus equis præstiterit, ut illud in Ambracia Amphiloichicum, fortasse ad differentiam dictum. De hoc nostro Horat. lib. 1. Carmi. Plurimus in Iunonis honorem, Aptum dicit equis Argos ditesq; Mycenæ. Inter utrunq; oppidū Iunonis Argiæ cognominata templū. Alumno autem Agamēnone Mycenæ maxime clara. Sil. lib. 1. Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen. Ferunt à Pelope post Oenomaum deuictum, ornata eam & auctiorem factam. Ouid. certe. 6. lib. meta. Pelopiadem cognominat: Argosq; & Spartæ Pelopiadēsq; Mycenæ. Lege Strab. lib. 8.

Argos.

f Therapne. Helenes patria, quæ Therapnæa inde dicta est. Fuit & alia eius nominis in Bœotia urbs, cuius Strabo lib. 1. meminit.

Therapne.

g Lacedæmon. Sparta dicta, unde & Spartani & Lacones Lacedæmonesq; dicitur. Ipsa urbs rebus domi forisq; gestis omnium clarissima. Lege Stra. libro. 8. & in Lycurgi uita Plutarch. M. Cicero pro L. Flacco, Ad sunt, inquit, Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata uirtus, non solum natura corroborata, uerū etiam disciplina putatur. Qui soli toto orbe terrarum septingētos iam annos amplius unis moribus, & nunquā mutatis legibus utuntur.

Amyclæ.

h Amyclæ. Castoris & Pollucis altrix. Vnde & Silius lib. 2. Læcis ueniens uistor Xantippus Amyclis. Et canum nobilitate commendata. Virg. Georg. 3. Armaq; Amyclæumq; canem, Cresamq; pharetram. ut alibi inquit: Veloces Spartæ catulos acremq; Molossū. Nam in toto illo tractu optimi sunt. Vnde & illud: Taygetiq; canes. & c. Dicitur & Taygeta. Silius libro. 4. Gelidiq; dehinc inuisere montes Taygeta. Amyclas Laconicas silentio interijisse falso existimauit Solin. Italicis enim contigit id malum. Ideoq; tacitas cognominauit lib. 10. Maro. Hinc Adagium, Amyclas silentium perdidit, de his qui tacendo commodum aliquod perdunt.

Solini incuria.

i Messene. Straboni Messenia urbs olim potentissima, & decemali, ut Ilium, Lacōnum, obsidione inuicta: ut Iustinus innuit libro tertio. In horum agro Diana quondam Limenētis dicta, Phanum habuit religiosissimi cultus: de cuius numinis uendicatione quandoque inter hos & Spartanos contentio mota est, de qua libro quarto Corn. Tacitus.

Methone.

k Methone. Capta olim & diruta à Philippo Alexandri patre,

ut lib. 6. Diod. scribit. Alia in Macedonia erat huic cognominis, in cuius oppugnatione alterum oculum idē imperator amisit. Quapropter multi decepti, id ei ad Methonem Trazeniorū cōtigisse putarunt, ut Strabo ait.

Elis. a Pisæ. Elis, cui ab opp. est nomen, insigni tractu in Ictin promont. & Solis occasum inclinat, Achaia subiecta, ut Ptol. in Peloponnesi situ indicat, in ea Pisæ Oenomai olim à Pelope deuicti regia magnæ famæ. Iuxta Elca regio dicta, octo aliquando urbibus insignis, Straboni. Sicut & Pisanus inibi à Pisis ager cognominatur.

b Olympij Iouis. Ab Olympia opp. iuxta quod sanum illud Iouis orbi notum, & Gymnica certamina, quæ Hercules instituit. Post uero intermissa Iphitus Praxonidis, suæ ut multi uolūt, Hæmonis, primus instituit, anno à Troia captiuitat. 406.

Olympiadum initium. quando prima Olympias numerari coepta est, authore in Chronicis Euseb. Strab. lib. 8. ex auro solido simulacrum fabricatum ait: Plin. cap. 8. libri. 34. ex ebore, singulari Phidiae artificio. Gymnica autem ab exercendi ratione dicta sunt. Nam γυμναστική exercitacionē significat. c Undiq. Media enim peninsula occupat: terra cælebris cum hominum, tum locorum memoria uetustissima, multisq. ante dicta nominibus, maximeq. Parrhasia, Pelasgia, & Lycaonia. d

Aglæus. Psophis. A qua Psophidius ille Aglæus cognominatus est, quem Gyge feliciorum oraculum iudicauit, quod agrum paternum colens, eum nunquam fuerit egressus. Ouid. lib. 7. Transfor. vsq. sub Orchomenon Psophida

Tenea. Cyllenenq. c Tenea. Amoenissima, & cæli quondam commodissimi, cæterum humilis, unde & adagio locutus factus, Felix Corinthus quidem, at ipse sem Teneates, quoties fatemur maiora nobis admirationi esse, minori uilioriue, quacumq. causa delectari: meminit & Strabo. At Orchomeno Arcadiæ alia Bœotica cognominis fuit, utraq. paris propè dignitatis & fame. f Pholoe. Strab. & Plin. Lycæi meminerunt inter cæteros, à quo Lycæo Pani & Ioui nata cognomina. Lege Plin. cap. 6. lib. 4. g Erymanthus. Hic è monte eiusdem nominis in Alpheum descendit, Plinio. Ladon è paludibus nascitur, uterq. decâtatus uatibus. Est & in Arcadia Stymp

Stymphalus. phalus lacus, unde Erasinus oritur, auesq. Stymphalides memoratæ. Et Parrhasia unde urbis Parrhasijs nomen. Est Pallantium Euandri patria. Est Nemeæa regio, ubi uictus ab Hercule Leo, & iuxta Cleone, à qua Cleoneus Leo, & Molorchus Cleoneus. Stat. libro. 4. The. Sacra Cleoneicogunt uineta Molorchi. Quin & Mendalius aper monti Mendali inibi famam peperit, de quo Seneca & passim alij. Est & Lerna palus ad quam Hydræ

Nonacris. confecit Hercules. Quid Nonacrin referant? è cuius montibus frigidissimi humores defluunt, qui συροῦς ὕδατος nominantur, ut libro sexto scribit Herodotus. Quibus ab Antipatro per Iollam filium ad Alexandrum missis, mortuum eum ex eius haustu ferunt, ut libro octauo scripsit Vitruuius. Fuit & palus, ad quam in lupos, ut diximus,

Arcades anno si. ueruebantur homines. Porro Arcades supra omnem memoriam uetustatis se titulis iactant, Luna se priores asserentes, ut ea de re corniculatæ Lunæ insigne gestare olim consueuerint. h Naupactos. Quod hodie Lepantū nominatur, ante Venetorum, post à Turca occupatum est. Stratos iuxta Acheloum sita, ut lib. 2. Thucydides. De his tractibus infra copiosius. i Dodonæi. Apud Theoprotios Epiri, uetustissima urbs Dodona sita, & iuxta sylua, Dodonæi Iouis oraculo, & columbis responsa dantibus insignis. Statius libro tertio: Et nemorum Dodona parens. De fonte etiam Plinius cap. centesimo sexto libri secundi, & Solinus, Causa, inquit, in promptu non erat, ideo factus sacer. Est enim illa animi humani curiositas, moueri statim, ut diuinis adscribat

Dodona. quod naturæ ui fieri posse desperat. Cæterum quia gelidissimus fons est, fieri potest, ut face receter extincta, & ad gelidam fontis superficiem adhibita, ignis ambiente frigore pressus flammam recipiat, rursumq. flagret, Antiparistasi (ut naturæ studiosi nominant) id efficiente. Omnino autem extinctam faciem eo modo accendi, ut ueri simile est, ita si fiat, miraculi habendum foret loco. Augustinus cap. septimo libri uigesimoprimum de Ciuitate Dei, prodigiosis huiusmodi naturæ operibus raro aliam rationem prætexi ait, quàm quod talis eorum sit natura. k At cum litora. Ab interiorum locorum cōpendiaria descriptione, ad eam litoris orā, qua digressus erat, reuertitur: more suo ea legens adusq. intima Tergestini sinus, mox Italiam rediturus. l Sepiade. Cuius ante

Cuius ante

Cuius ante meminuit, nisi illic oppidum, hic promontorium intelligat. De Demetria Ptolemæus, ceteri. *a* Boion, In Doride statuit. Plini. cap. 7. lib. 4. Possit & Dotion legi, quod in hoc tractu idem author refert: at quia Boion Hermol. probat, assentiendum tanto uiro est. *b* Phtheleon. Luca. lib. 6. Quæ tetigit Phylæ & Phtheleosq; & Dorion ira Flebile Pieridum. Quæquam in uocabulo Dorion lapsus, pro Dotio usurpauit, rem quæ in Achaia gesta est Thessalia tribuens: quod minime est mirum, cum Aeschylus in Iberia Eridanum esse

Dotion.

a Boion, *b* Phtheleō & *c* Echinon ad *d* Pagaseum sinum cursus est. Ille urbē Pagasam amplexus, amnē Sperchion accipit: & quia Minyæ Colchida petentes, inde Argonauem soluere, memoratur. Ab eo ad *e* Sunium tēdentibus illa prænauidanda, Maliacus & *f* Opuntius grandes sinus, & in his *g* cæsorū etiam Laconum trophæa, *h* Thermopyla, *i* Opæ, Scarphia, *k* Cnemides, Alope, *l* Anthedon, Larymna. Aulis *m* Agamemnoniæ Graiorumq; classis in Troiam coniurantium statio. *n* Marathon magnarum multarumq; uirtutū testis, iam inde à The-

Grandia errata.

Iamq; fretum Minyæ Pagasea puppē secabant. & lib. 13. Litora q; intrauit Pagasea Colcha carina. De Sperchio nemo ignorat. De argonauī fabricata, & ut oram soluerint Minyæ, Val. Flac. lib. 1. *e* Sunium. Extimum eius litoris promontorium. *f* Opuntius. Plin. lib. 4. Oppida, inquit, Opus, unde & Opuntinus sinus, ab Opunte Opuntij nominati sunt, de quibus nos supra. Maliacō uero nomen à Malica. *g* Cæsorū Laconū. Aut cæsorū ab Atheniensibus Thebanis'ue, qui publicæ uictoriæ gratia, monimēta illic erexerint: ab utrisq; enim uictos aliquādo fuisse, ex Plutarcho, Iustino, & Thucydide constat: & Pericles, ut in eius uita refert Plutarchus nouē trophæa nouies uictor pro patria statuit: inter quæ & cæsorū lacon ūesse potuerūt. Aut reuera intelligit Trophæa, quæ in Locrensi agro memoriæ gratia posita sunt Laconibus sexcentis, illis qui duce Leonida pro Græciæ libertate pugnantes magna gloria occubuerunt, obruentibus eos Persis, ut lib. 2. Iustinus scribit. Hi enim quanquam uicti essent, tamen quod hostis nūmerosissimum exercitum propē in fugam uertissent digni Trophæo uisi sunt. Quo minus autem de Othryadis trophæis quicquam hic intelligam, locus monet quo longe ab hoc nostro diuerso Othryades pugnauit. Ad Tireaten enim quæ in Peloponneso est id suis præstitisse Othryadē Plutar. indicat, At Lacones trans Thermopylas cecidisse constat diuerso loco & Opuntio Maliacōq; sinibus, quorum hic Mela meminuit uicino. Strab. lib. 9. iuxta Thermopylas locum fuisse scribit Polian-drion, multorum uirorum sepulchrum: & iuxta columnas .5. erectas, in quarum prima id Epigramma inscriptum fuerit: Quos pro se in Medos morientes Græcia uidit, Vrbs pia Locrorū, nunc mater Opuntia claudit. Fuit & hæc iuxta Laconum uulgata inscriptio: Dic Lacedæmonios, hospes, hac parte iacere, Dum illorum rigidis legibus obsequimur. Hæc indubie illa sunt Laconum monimenta, quorum Mela meminuit. Meminit eorundem libro septimo Herodotus. *h* Thermopyla. Liiui lib. 6. quartæ Decados, Id, inquit, Thermopylarum iugum, sicut Apēnini dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciam diruit. Quo in loco idē author de Græciæ situ excursuq; non sanè contemnenda tradit: nomen illæ à Thermis acceperunt, quæ passim circa præcelsa iuga, quas illi pylas uocant, scaturiunt. Lege Strabonem libro nono. *i* Opæ. Eadem & Opus opuntis, ut supra. De Scarphia etiam Ptolemæus, & ante alios Strabo. *k* Cnemides. Strabo libro nono, Secundum Daphnuntē, inquit, Cnemides sunt locus munitus, in quem ex Eubœa Coeneum regione consistit promontorium, in occidentem spectans, sinumq; Maliacum &c. Vide tab. 10. Euro. Ptole. De Alope Strabo. Plin. intra Pagaseum, & Maliacum statuit. *l* Anthedon. Bœotij litoris in Eubœā spectantis extrema, Strab. Iuxta fuere Aegæ, aliæ à Macedonicis, & clarissimum Aegæi Neptuni sanum in Eubœa. ad Anthedonem mōs Mesapius, à Mesapo, à quo Iapygia in Italia postea Mesapia dicta est, Straboni. De Larymna, ad quam Cephisus egreditur in mare, ex Plinio & Strabone omnia sunt nota. De Aulide Ptol. ceteri, & quod ad historiam fabulosam attinet. Homerus libro Iliados secundo. *m* Agamemnoniæ. Nam Agamemnonis nisu bellum in Troianos conflatum est. *n* Marathon. In quo Taurum Theseus confecit, de quo Ouidius libro. 8. Marathon. Te maxime Thesei Mirata est Marathon Cretei sanguine Tauri. Scribit digna lectu in uita eius Plu-

Laconum trophæa.

Thermopyla.

Anthedon.

Marathon.

- Milciades.** tarchus. Strabo lib. nono, & in Atticis Pausanias. Milciades dux exercitu non maiore. 10. millium, aciem Persæcam. 110 millium, maxima constantia & fortitudine cecidit, & in fugam uertit, ut Iustinus libro secundo, & 6. libro Herod. scribunt. **a** Rhamnus. A qua Rhamnusia dicta Nemesis. De Amphiarao Vate ex Strabone, & Pausania nemo ambigit. Cicero libro de diuinatione primo: Amphiaraum, ait, sic Græciæ famam honorasse, ut & deus haberetur, & ab eo solo, in quo humatus esset, oracula peterentur. Phidiacam autem Nemesis nominat, quod eius illic à Phidia sculptū simulacrum extiterit. Strabo libro nono: Diodoto statuario plerisque id tribuisse ait: multos autem Agoracri to Pario adeo magnitudine pulchritudineque eximium, ut cum Phidiæ operibus emulatione contenderit. **Solinus.** Solinus in Græciæ locis haud dubie, ut solet, plerumque hallucinatus: Rhamnus quoque (inquit) in qua Amphiarai fanū, & Phidiæ signum Dianæ. Nam Nemesis, non Dianæ reliqui meminerunt, id quod in Atticis Pausanias euidentissime docet. **b** Thoricos. Hæc & Braurō. ex harum fuere numero, quas in unam ciuitatem aliquando redegit Theseus, Straboni. Hermolaus in .37. Plin. hoc nomine apud Melam populum intelligit, cum urbem esse Pōponius indicet. In Braurone uero uetustissimum Dianæ Tauricæ cognominatæ statuā fuisse Pausanias in Atticis scribit. Inde & Brauronia dicta. Nam, eodem authore, Iphigenia cum ex Taurica fugit, Dianæ simulacrum, quod secum attulit, illic reliquit, inde Athenas profecta. Sed & Thoricos argentarijs metallis olim nobilis, Plinio. **c** Sunium. In extrema Hellade. Ideo expositū Ouid. dixit. 4. Thebaid. Linquntur Eois longe spectabile proris Sunion & c. hodie caput columbarū nautæ nominant: est autem Sunium tam oppidi illic quam loci nomen, Ciceroni ad Atticum. **d** Usque ad Megaram. Vide tabulas, quæ unice id monstrant. **e** Modo. Paulo ante. **f** Pyrrhæus. Strabo, Pyrrhæus, inquit, Athenarum portus, & emporium duorum millium passuum muro recedentibus Athenis iunctus, quadringentorum nauium capax. Multi Pyrrhæū, plerique Piræū pronūtiant scribuntque, & Pyreum, à quo Pyrrhæa & Pyrrhæa accusandi casu, ut Statius lib. 12. in catalogo copiarum, quæ Theseum secutæ sunt: Munychiam & trepidis stabilem Pyrrhæa nautis. Et Pyrrhæa plurali, ut Ouid. loco ante citato. Illud notandum, Pyreum & portum esse & oppidum. De portu Gellius assiduus author cap. 21. libri secundi, Ab Aegina, inquit, in Pyreum complusculi earundem disciplinarum sectatores Græci Romanique homines eadem in nauī trans mittebamus & c. De oppido idem cap. primo libri. 15. Cum oppugnaret L. Sylla in terra Attica Pireum & c. Ut uideri possit Pyreū portum, oppidum Pireum dici. Vtrumque Pyrrhæum, & adiectiue sine discrimine Ouid. li. 6. Meta portus Cecropio Pyreæque littora tangit. Iuxta Munychiæ Dianæ sacrum fuit, & Illissus amnis, de quo digna lectu in Atticis Pausanias. Et Callirhoë fons nouem fistulis insignis, atque ideo ἐνεακτύβος cognominatus. Tametsi Cruseon corrupto uocabulo alium à Callirhoë fecit Solinus, cum eundem esse lib. 11. Statius, & libro secundo Thucydides confirmet. Lege in Plinianis castigationibus Hermol. cap. 7. libri quarti. **g** Scyronia. Hæc ad. 6. mil. passuum procurrentia uiam maritimā non admittunt: quæ super ea uia est in Attin & Megaram dis cens, excelsa & transitu periculosa est: nam sepe ex præcipitijs subitus æstuās mare ostentans casum minari uia tori solet, ut Strab. scribit. Petræ Scyronides nominantur. Pausanias in Atticis, Scyronem scribit eijcere in pelagus solitum, quicumque in eum locum incidissent, eumque post à Theseo simili pœna afflictum. Mox in rebus Corinthiacis, In Isthmū, inquit, initio locus est, ubi Schinis latro apprehensas piceas in terrā flectebat, & quos pugna uicisset, hos alligatos sinebat in aërē efferrī: quocirca cū utraq; arbor alligatū ad se traheret, uinculi que modus in neutram laxaretur partē, sed utrinque pariter cōuelleret, eueniebat ut qui alligatus esset, laceraretur. Eodē pacto ipsum quoque Schinin Theseus dilaniauit, uiaque quæ ex Troezen Athenas ducit, latronibus infestā tuā reddidit. Hactenus Pausanias. Hinc Ouidio quoque Meta. septimo, alius Scyron, alius Schinis est. **h** Isthmos. Isthmon. De Isthmo in Corinthiacis propè omnia Pausanias. Notum est adagium, Isthmum fodis: cum rem cassam moliri quempiam significamus: multi enim ut tanti ambitus molestia carerent, transpōdere angustiam illā

conati, re infecta destiterunt, ut Plin. scribit capite. 4. libri quarti. Pari modo Nicanor Seleucus eum Isthmon, qui inter Euxinum & Cassium est, perfodere aliquando cogitauit, à Ptol. Ceraunio paulo postea interfectus. Græci in uniuersum ἰσθμὸν terram inter maria angustam nominant, ut diximus. a Cenchreæ. De hoc loco in Catechesi retulimus. b Fanum Neptuni. Stra. in Isthmo, inquit, Neptuni, quem Isthmum uocat, templum eminet picarum arborum luco circumclusum, ubi ludos Isthmicos decretatos Corinthij celebrare so-

Isthmia.

milliū spatio Aegeū mare ab Ionio submouēs, angusto tramite Helladi Pelopōneson annectit. In eo est oppidū ^a Cēchreæ, ^b fanum Neptuni. Ludi, quos Isthmicos uocat, celebres. ^c Corīthos olim clara opibus, post clade notior, nūc Romana colōia ex summa arce, quā ^d Acrocorinthō appellāt, maria utraq; cōtuens. Pelopōnesi orā (sicut diximus) sinus & promontoria lacerāt: ab oriente ^e Bucephalos & Chersonesus, & Scylleō: ad meridiē ^f Malea, ^g Tænaros,

liti sunt. Plin. quoq; Cenchreæ, inquit, pars altera, cū delubro Neptuni, quinquennialibus inclyto ludis. Hos Theseum instituisse ad horū emulationē, quos ad Olympiam Hercules cœperat, scribit in Theseo Plutarch. fuerunt inibi Isthmia ludi Palemoni sacri. Nam Pausa. in Corinthiacis scribit, hunc in locū Melicerten puerum à Delphine euectum fuisse: in eumq; illic iacentem Sisyphum incidisse, & sepelisse in Isthmo, instituisseq; in ei-

us honorem Isthmicum certamen: Melicerten autem mutato nomine Palemonem appellatum. Meminit horum Staius libro Thebai. 10. à principio. c Corinthus. Posita in angustijs atq; in faucibus Græciæ, sic ut ter-

Corinthus.

rena claustra locorum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa coniungeret, cum pertenui discrimine separarentur, quemadmodū in oratione de L. agraria scribit Cicero. Potentissima ante, quā à Romanis caperetur, & M. Cicerone pro Pompeio totius Græciæ lumen appellata. Viros habuit innumerabiles, peritia rei publicæ administrandæ, & præclararum artium captu præstantes. Strabo scribit, Corinthios populi Romani legatos, cum forte tecta quedam magnifica præterijissent, sordibus effusis commaculare ausos. Cuius gratia cū

alia quoque superbiæ atque insolentiæ eorum haud obscura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu, L. eam Mumius Imp. solo æquauit (id enim superbiæ meruerat) signis tabulisq; preciosissimis in urbem asportatis. In hac sumptuosissime Veneris scortum Laïs, cuius Gellius meminit, egit, idoneam moribus scdm habu-

Laïs.

it, Corinthiaca cognominata, cum Sicula cset: nam Nicias ex Hycaris Siliciæ captiuam in Græciam uexit, Corinthiq; diuendit, omnium eius temporis meretricum formosissimam habitam. Mortua extra urbem ad lucū Cranion cupresso uirentem, monumentum habuit, læna insculpta, quæ prioribus pedibus arietem complectebatur, authore in Corinthiacis Pausania. Solinus in Sicilia descriptione: Hinc, inquit, Laïs illa, quæ eligere patriam maluit, quā sateri: Corinthiacam enim se simulauit, cum captiua esset ex Sicilia. d

Solinus.

Acrocorinthon. quod in edito sita sit. Staius libro septimo: Quæ summas caput Acrocorinthos in auras Tol-

Acrocorinthos.

lit, & altera geminum mare protegit umbra. Hinc bimarem eam poëtæ uocant, Ouidius libro Fastorum quarto: Adriacumq; patens late, bimaremq; Corinthum. Horatius: Bimaris ue Corinthi Mœnia. Quin & Isthmum eo cognomine Ouidius donat. lib. Meta. septimo: Qui uirtute sua bimarem pacauerat Isthmon. & sexto lib. Quæq; urbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo, Extremiq; sitæ bimari spectantur ab Isthmo. Græci ἰσθμὸν uocant, id est bimarem. Quæ uox capite. 37. Actuum Apostolorum nihil à prioribus mutata legi-

tur. Pyrene uero fons haud affluentes aquas habet, cæterum perspicuas ad imum potuq; suauissimas, Straboni, De co Persius, Heliconidesq; pallidamq; Pyrenem & c. Adagium est, Corinthum & uallibus deprimi, & collibus surgere: in eos qui intractabilis & nutantis animi sunt, ut scite ERASMVVS ait, aut in locum quæpiam, quem ut parum fertilem subobscurè notare libeat. e Bucephalos. Plinius haud longe à Cenchreis, eo ipso loco portum facit, cui cum Ptolemæo conuenit: nomen ab equini capitis effigie indeptus est, ut coniecturari licet. De Chersoneso & Scylleo longe in ortum prominentibus, nec distantibus multum, Ptolemæus, Plinius, alij. Hunc autem à Scylla Nisi filia illic in mari relicta putant habuisse nomen, ex Eustathio. f Ma-

Pyrene.

Adagium.

Malea. Plinius itidem à Scylleo in meridiem Maleum ponit, Ptolemæus libro tertio: Omigaton, ni fallor, nominat. Promontorium ipsum iuxta nauigantibus infestum est, adeoq; seuum ut persequi nauigates uideatur. Maro lib. Aenei. 7. Nūc illas promite uires, Nūc animos, quibus in Getulis & Syriibus usi, Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus undis. Stat. 7. lib. Et rauca, inquit, circumsonet ira Maleæ. Quibus locis deprehenditur mediā eius uocabuli cōmunem. Luca. lib. 6. Et ratibus longe flexum donare Maleæ. Nomen à Malco Argiuorum rege inditum est.

Malea.

E loci periculo locus adagio datus, Maleam legēs, quæ sunt domi obliuiscere, quo in omni præsentē periculo significando utimur. Plutar. certe in Aratiuita Maleā uentis aestibusq; atrocē esse, testis est. g Tænaros.

Adagium.

Tænaros.

- Ad medium meridiani lateris, & longo in fluctu procursu tenue. Vide Ptolemaeum tab. Europæ. 10. De alijs promontorijs in eandem sententiam lib. 7. Strab. Id addiderim Chelonatem Ptolemaeo Chelonitam dici, & iuxta eiusdem nominis sinum. De Ichti etiam Thucydides, quod inibi Valla piscem transtulit: ob id ab Hermalao reprehensus, quod proprijs nominibus, esto significant, per omnes linguas suis esse debet locus: pari modo in eiusdem authoris libro secundo, ubi de Callirhoë fonte, qui Græcis ἐννεακρῆς cognominatur, ipse nouem fistulæ, quanquam minori culpa, quam quod Ichtyon piscem transtulit.
- Valla reprehensus.** xta eiusdem nominis sinum. De Ichti etiam Thucydides, quod inibi Valla piscem transtulit: ob id ab Hermalao reprehensus, quod proprijs nominibus, esto significant, per omnes linguas suis esse debet locus: pari modo in eiusdem authoris libro secundo, ubi de Callirhoë fonte, qui Græcis ἐννεακρῆς cognominatur, ipse nouem fistulæ, quanquam minori culpa, quam quod Ichtyon piscem transtulit.
- Epidaurus.** a Epidaurij. Ab Epidauero, in oriente talis litus supra Corinthum sita, clarissima urbe. Plin. quoque lib. 4. in Saronico, inquit. Epidaurum oppidum Aesculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus, obque artis præstantiam in deorum numerum relatus, cum Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicunt anguæ, quod multa huic animali remedia insunt, ut Plinius scribit lib. 29. cap. 4. Ideo anguis Aesculapius Romam uetus uideri potest, de quo Valerius in miraculis lib. 1. Strabo libro. 8. scribit, templum hoc ægrotantium multitudine undiquaque confertum fuisse, pendentibus passim tabellis, quibus sanati languores inscripti erant. Quem morem ueteribus receptissimum fuisse uel illud Ouidij. 8. Metamorphose ðn indicat: Vittæ mediâ, memoresque tabellæ, Sertaque cingebant, uoti argumenta potentis. Nos id ipsum quoque, utinam parum superstitiose, ut alia ueterum pleraque, non ita pridem imitari cœpissimus: nec essent qui questus gratia miraculis quibuslibet fauentes, non raro Taciti uanitatem nugando uincerent. Qui pro confesso credo Christianæ religionis odio, libro. 20. tradit, T. Vespasianum Alexandria, cæcum genibus afflexum, oris excremento illitis oculis uisum restituisse: rursum alibi ægrum manus tactu sanasse. Idque ab his qui coram uiderint, sua ætate narratum ait, obstinatissima mentendi uanitate. Nisi quis has præstigias impostori spiritui tribuendas existimat, quem miraculorum artificem esse supra ueteris historię fidem, Pauli testimonium, communem ecclesię consensum, ipsamque experientiam, ueritatis magister CHRISTVS multis in locis indicauit. Qui ne suos quidem discipulos adeo miraculorum magnitudine, & fide conspicuos esse inter homines uoluit: quin & falsis Prophetis, quos in die iudicij cogniturus non est, horum ostentationem permisit, ut impijs etiam prophetiæ spiritum non negari. Porro Iannem & Mambrem Aegyptios magos, cum Mose seruo dei miraculorum magnitudine cõtendisse Chrysothomus tradit. Quorum remissio non uoluit, qui nimis temere, meo iudicio, ne dicam impie, qualibet rarâ nouitate precium occasione obtinentem, quam interim aut casui, aut naturæ, non raro demonum fraudi tribuere queas, confestim mirari, extollere, & sacrorum annalibus indere consueuerunt: idque utinam tã facerent, solidæ pietatis stuatio, quæ a præcepto ne latum quidem digittum recedit, quod solent questus gratia, non hoc tantum genere uulgi simplicitate abuti. Profecto, ut uersutissimus est fraudis excogitator dæmon, & sui colendi, ut in ciuitate dei. 10. lib. Augusti. docet, mire studiosus, præterea & miraculorum accessione in caducis præsertim, & naturæ imperio subditis rebus, quas uere Christiani cõtenuit, locupletissimus ostentator ita pietatissimis quibusque circumspectissime obseruandis, ne dum superstitiosis cultibus plus satis indulgere nos uiderit, adque id ipsum illexerit, eos ipsos quemadmodum ueteres gentium cultus, emittit miraculorum fucis. Deo permittente, ueritatem pergit, & magnificare, nosque inmiscet falsis bonis, quod semel per infirmitatē fidei, uera bona negligere cœperimus. Sed huic periculo quis non uideat superstitiosum aliquorum in ueneratione sanctorum abusum ancillari: ab his hodie nauiter retentum, quod publicæ salutis, atque etiã charitati, priuata cõtoda anteponit: de quo quidem referre cum ad me non attineat, ne præsentis quidem satis instituti fuerit. Et uideo hæc noxiã uesaniã a doctissimis nostræ ætatis Theologis quibusdam satis superque excussam, proditã, & eliminatam esse: nuperque Tiguri Heluetiorum HVLDRICHO Zinglio solidissimo Theologo firmis lateribus cõtione penitus proscriptã. Quod ad me attinet, uelle equidem Ezechie optimi Iudeorum regis cõtantiam imitemur, qui serpentem æneum, illum, cuius. 21. cap. Numeri scriptura meminit, iussu etiã Dei à Mose in aspicientium salutem suspensum: cum multis post annis in facti memoriã seruatus esset, & populus errans, nec dum mysterij capax, incensum illi adoleuisset, atque (ut Augustinus ait) tãquam Idolum colere cœpisset, magna cõtantia, nec impari gloria fregit, & aboleuit. Indignum ratus, ut sinistro signorum cultu increbescente, sui à legis præscripto ad anile metum, & fucata pietatis tectorijs superstitione transuersi raperentur. Cerebat enim, opinor, nusquam grauiore esse, nec usque promiore mortaliu casum illo, qui à pietate ad superstitionem incautos præcipit: innata nobis rerum, uel opinione sacrarum, cum formidine quadã coniuncta reuerentia. Qui uero ad hæc conuere, & his incommodis credentium, suum ut parat cõtodum, sine sine curare solent, Hieroboam imboæ mihi persimiles uidentur Samariæ regi, illi seruilis ingenij uiro. Qui quidem, ut. 12. capite tertij libri regnorum scriptura docet, & libro. 17. de Ciuitate Dei Augustinus testatur, in Deum ingratus, ueritusque, ne regnum suum ad domum David reuerteretur, si populus ad sacrificia domus domini, quæ erat in Hierusalẽ, permetteretur. Idolorum

Idolorum uanissimo cultu retinere cum nefanda impietate maluit, quàm permittere, ut regni sui, hoc est caduci & transitorij boni, factio dispendio, ad ueram ille Hierusalem ascenderet, uero Deo sacrificaturus. Fateor autē intercessionem sanctorum eam esse, cui nemo non debeat, ne quis obiter in eorum me sententiā esse suspicetur, qui diuorum uenerationi parum tribuunt: tantum hoc nobis nemo cleuet, quod sanctis placere hominem non credo, qui Deo non placeat. Rursum quemadmodum misericordiam, & remissam peccatorum Dei esse scimus, ita hæc ipsa non nisi Deum præstare, ut omnis boni rationem ad hunc ceu fontem & authorem, cum gratiarum actione referre debeamus. Diuis autem gratiam habere, quod sua intercessione illius uoluntatem apparatus fecerint, aut certe id agere quod agunt non desinant. Petrus Lombardus libro sententiarum. 4. distinct. 45. non obscure indicat: omnem sanctorum intercessionem à sola Dei uoluntate, in quam illi potissimum intendant, pendere. Caterum cum sanctorum nomine ueteres scripturæ interpretes, frequenter eos intelligant, qui in humanis agentes, iustitia regni Dei præcellunt, horumq; intercessionem proficuum esse tradant: fit, ut is non minus quàm illis debere nos uideamur. Ita tamē ut CHRISTO nunquam non debeamus, cuius de sese intercessore hæc sunt apud Ioannem. 15. cap. uerba: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Quod diuus Paulus uelut exponens in Epistola ad Hebræos. 2. cap. CHRISTVM ait fratribus similem redditum, ut misericors esset, & fidelis pontifex in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Proinde diuus Chrysostomus, quem inter receptissimos Euangelij interpretes eruditi numerant, Homilia. 79. orandi præscribens modum, ad solum Deum omnia dirigenda monet. Quo loco indicare uoluit, opinor, è quo petere præcipue debeamus. Nam in Homilia super Mattheum quinta, in eos inuehens, qui omnem subsidij fiduciam in sanctorum preces rejiciunt, nihil interim (sicut hodie ferè solemus) meliores facti. Non igitur, inquit, quasi oscitantes & desides, ex aliorum meritis pendeamus: habet enim uim pro nobis, & quidem maximā orationes supplicationesq; sanctorum (uiuos intelligit) sed tunc profecto, cum nos quoq; id ipsum per pœnitentiam postulamus, & ad studia meliora confugimus. Augustinus quoq; de Eleemosynæ fructu simile quid referens lib. 21. in fine, de sanctis qui in humanis erant, intellexit: id quod me silente ex ipsa lectione deprehenditur. Rursus Chrysostomus paulo ante citata Homilia, Si uero, inquit, mente uigilemus, etiam per nosmet ipsos istud ualeamus efficere, & multo magis nostro quàm alieno tuti esse suffragio: nam & Deus salutem nostram non tam alijs rogantibus pro nobis uult donare quàm nobis, ut hoc ipso quo iram in nos eius placare cupimus, ad studia meliora migremus, & fiduciam bonæ conscientie colligamus. quam sententiam idem author Homilia in Epistolam ad Philemonem tertia, pari uerborum grauitate repetit. Non ignoro autem ex Diametro, ut aiunt, diuersa ab his alicubi Gregorij opinari, tantum diuorum intercessioni tribuentem, ut existimet plerq; esse mortalium uota, quæ absq; hac in conspectu Dei locum non habeant. Quæ sententia quanquam pia uideri cuiuspiam potest, tamē scripturæ testimonio nitatur nec ne, non est meum decernere, qui uideam tamen Chrysostomi doctrinam & piam esse & Euangelicā, & Augustini autoritate confirmatam: qui lib. 21. ultimo capite, cum ostendisset fuisse aliquando qui parabole Euangelicæ, quæ est apud Mattheum. 13. capite de terra bona, innixi, ita futurū sibi persuaserint, ut sancti pro meritorum ratione in die iudicij tricenos homines, atq; etiam centenos & sexagenos liberaturi essent: mox subiungit, Bene potius esse uiuendum, ut in horum qui pro alijs liberandis intercedunt, numero demū reperiamur: alioqui euenire posse, ut paucis liberatis maior hominum pars è pœnis erui nõ quiret, quæ sibi spem uidelicet impunitatis, fiduciamq; alienæ opis temeritate uanissima arrogauerit. Quo loco manifeste, opinor, horū sententia reuellitur, qui de genere uulgi simplicitatem, ad extrariam sanctorum opis fiduciam trahere malunt, idq; non raro coniecturarum & opinionum incertitudine, quàm ad fidem, spem, & charitatē, quibus omnia insunt, exemplo cohortari. Porro si quæ diuorum uox præposteris preculis urgenti cuiuspiam in hæc uerba dicat: Ut audiaris oras: in teipso ut exaudiaris bona causæ pars est. Crede baptizatus, & saluus eris. Peccasti: ingemisce & pœnite, iam exauditus es. Labastin? peccator es, cuius mortem se nolle dicit dominus, rursus audiendus uenis, agnosce crimen, & renouandæ mentis tibi consilium, nec fallere, nec tempus bonis operibus præscribe, æternum induc propositum, ne personata pœnitentia sit, quam profiteris. Preces ostentas? ieiunium pallore & frontis rugis, ipsoq; supercilio homini uenditas? cassam rem agis. Curandum potius, ut à malis abstinere te homo uideat, quid uero agas in proximum, quid ores, ieiunes Deus sciat: damnosa est omnibus bonorum operum ostentatio. Quin dicimus, opere orare magnam rem esse, & ad persuadendum efficacissimam. Mutos & elingues exaudit Deus, & gemitu peccata confitentes nõ respuit. Scito tum demum frugiferam esse orationem, cum bonorum operum cœperit esse comes. Omnisca uero Dei mens est, nec barbam simulatori uellendam præbet æternus Iupiter. Qui cogitationes quidem, & cordis secreta scrutatus, nec à fronte, nec ab habitu, nec sanè à ceremoniarum apparatu, quibus mortalibus uobis imponunt Hypocritæ, sed à spiritu operis deriuat rationem, dignum an indignum se sit inde æstimans. Iam cum omnibus nobis id studium sit, ut nullo in momento à uoluntate Dei recedamus, ac ne

Sanctorum intercessio.

Petrus Lombardus.

Ioannes.

Paulus.

Chrysostomus

Augustinus.

Chrysostomus

Gregorij opinio.

Proposopoeia.

Opere orare.

possimus quidem, si uelimus maxime: id tibi curandum o peccator, ut aeterna illa uoluntate misero tibi conciliata nitaris, perque id ipsum precibus nostris, quae alioqui perpetuae sunt, non obstes. Fatemur sane in nobis oradis officium te facere, cum quod Deum in nobis honorant, qui uenerantur, tum etiam quod partem ille gloriae suae in sanctis esse uoluit. Ceterum nunquam ita futurum crede, ut pronam et toties promissam tibi misericordiam eius efflagitare necesse sit, si tute ipse dignus esse pergas, cui ea impartiat. Dignus aut fueris, si iusta petens ita iustitias animi, ut a supremis labris meis

non dissentiat. Alioqui quid profit, lapii templo indyti, & Troezenii fide societatis Atticae illustres. b Portus Saronicus, & c Schoenitas & aliud urgere precibus, aliud ope praestare? Poscis opem neruis corpusque; si

Persius. dele senectus? Esto age, sed grades patinae tucetaque crassa Annuere his superos uetere Iouemque moratur. Auariciae dedisti nomen? CHRISTI membrum non es. Superbia tumes? in grege suo humilitate spectando te Deus non recipit. Inuidia palles? Proximum ut te ipsum non amas, nec placere Deo potes. Iniustitia insolescis? regni promissi particeps non eris. Crapula distederis? Scito in spiritum immundum sapientiam non ingredi. Quare in primis regnum Dei, et iustitiam eius, et cetera tibi adijciuntur. Ridiculus est qui se frigere queritur, et frigida interim lauat. Nec alijs grauius succensent Medici, quam qui sani esse uelint, et ad uetitis cibis non abstinent: quod coram multis libant, mox cum ille abest, uino se ingurgitant. De te quid sentire Ioue autumas, quando studio quodam imponedi diuinae iustitiae, coelum ore poscis ridiculus, opere Geennam quaeris? Tunc sane nostris precibus apud Deum locus est, cum praecipis eius praesens, et quod ille iussit, non despicis. Cur nostris uestigijs non insistis? clamas, oras, Regni mundi fuisse nos contemptores, et amque ob re festis diebus dignari pergis. Ceterum ut paria praestes, cum haec unica sit ad felicitate uia, nullo moueri exemplo, nulla trahi persuasione potes. Nos te saluum esse cupimus, idque nobis aeternum uotum est, nec nisi gratus fueris, si ut precari non desinamus petis: per te sit aut ut aut proficua illa, aut cassa praecces existant. Nobis certe uoluntas Dei incommutabilis lex est. Si inquam diuorum uox aliqua praeposteris preculis

Augustinus. urgenti cuiuspiam hoc modo dicat, quid respondeat? Sed de sacrificijs Augustini uerba citare libet, quae. 7. cap. lib. de ciui. Dei. ii. sic habent: Merito illi in caelestibus sedibus constituti immortales et beati, quod creatoris sui participatione cogaudent: cuius aeternitate firmi, cuius uirtute certi, cuius numine sancti sunt: quoniam nos mortales et miseros, ut immortales beatique simus, misericorditer diligunt: nolunt nos sibi sacrificare, sed ei cuius et ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Haecenus Augustinus. Cuius uerba me eius quoque rei commonent, ut in quaestione uocanda horum sententiam existimem, qui sanctos memoriae gratia sui, et tanquam de se, suisque operibus uelut iustificatis, atque adeo priuatis de meritis, fiduciam habuerint, diuersa iuuantem mortalitatis munia, ceu memosyna quaedam ambijse tradunt: cum Chrysostomus tamen dicat: quod est homo natus de muliere, qui credit iustum se esse inueniendum

Omni spiritui non assentiendum. in conspectu illius? Non est aut assentiendum omni spiritui, id genus monita uisionesque dormientibus aut uigilantibus ingerenti: quemadmodum prudenter sacrorum canonum auctoritate cautum est. Non quiescit enim impostor ille spiritus, et falsis sese doctrinis uenditare non desinit daemonum meridianum mirisque, prestigiorum fucis, quemadmodum iam olim in Aesculapij templo, nihilo melior factus, benefacere, etiam sanare et ditare pergit, satis superque eo ipso diues si fractis animis nostris specie ueri, quam ad pietatem collata superstitio habet, a uero sacrificio ad fucatas ceremonias, ac plane a sacrificio domus Israel, ad idololatriam Hieroboam, demum abduxerit. Equidem Augustinum sequor, qui capite decimoquarto decimi de ciuitate Dei, sic inquit: Omnia quippe quae praestare hominibus uel angeli, uel homines possunt, in unius esse omnipotentis potestate, quisquis diffidetur, insanit. Hic igitur precum, hic orationis, hic omnis meditationis nostrae sit scopus. Sed ad Aesculapium, a quo data occasione diuertimus, reuertamur: de quo in serpentem uerso, quem ueteres Epidaurium cognominarunt, Ouidius meminit

Troezenij. libro. Meta. 15. et alicubi perquam apte Horatius. a Troezenij. In ipsa Chersoneso siti, ad quos recto cursu ex Pyreo commodissima nauigatio est. Eo igitur tempore, quo Xerxes tantis copijs in Graeciam traiecit, cum Themistoclis oraculum interpretantis sententia ualisset, ut terra relicta, mari se concederent: inuentum omnem Athenienses in triremes imposuerunt: plurimi uero parentes et uxores in Troezenem, Troezenijs eos humanissime suscipientibus. Deceuerunt enim ut hi publice alerentur, duobus obolis in singulos distributis: puerisque facta potestas, ut undecumque liberet, poma acciperent, et per his erudiendis, magistris merces persoluta est. Eius decreti auctor Nicagoras fuisse traditur. Haecenus in Themistoclis uita Plutarch. Merito ergo fide Atheniensibus socijs seruata illustres eos Pomponius nominat: quid enim praestantius, quid fidele magis, quam eos quibus

Saronicus portus. cum multa amicitia familiaris fueris, in rebus aduersis omni studio et officio adiuuare? b Portus Saronicus. Ptolemaeus sinum facit Saronicum. Plin. quoque Sinus, inquit, Saronicus, olim querno nemore redimitus, unde ei nomen, ita Graecia antiqua adpellante quercum. Multi a Sarone deo marino. Nam Saronem fuisse regem, qui

Schoenitas. illic Aetoliae marinae regioni imperarit, in Corinthiacis meminit Pausanias. c Schoenitas. Ptolemaeus

Schoenem. Plin. Portus, inquit, Schoenitas: ubi Hermolaus Coenitas defendit, uerum mutata sententia, alibi Schoenitas legi posse asserit. Pagoni mihi unicus Mela est author, nam alibi, quod equidem sciam, non legi. a Troezen. Vetusissima, nam Pitheum regem habuit eum, qui Thesei maternus auus fuisse fertur: ut ideo ab Ouidio Pitheia dicta uideatur, ut lib. 6. nec adhuc Pitheia Troezen. & lib. ultimo Meta. Est prope Pitheiam tumulus Troezena. &c. b Hermiona. A qua Hermionicum sinum cognominat Strab. clara illa fuit Iunonis

Pagonus. Oppida autem Epidaurus, & Troezen, & Hermiona his litoribus apposita sunt. Inter Scytleon & Maleam Argolicus. Inter hanc & Tanaron Laconicus. Hinc ad Acritam Asinaeus, inde ad Isthin Cyparissius. d In Argolico sunt noti amnes, e Erasinus atq; Inachus, & notum oppidum f Lerne. In Laconico g Githius & Eurotas. In ipso h Tanaro Neptuni templum, & i specus illi, quem in ponto Acherusium diximus, facie & fabula similis. In Asinaeo flumen k Pamissum. In Cyparissio l Alpheus, m nomen dederit urbes in litore sitae, hinc Cyparissus, illinc Asine. Messenii Pylisq; terras colunt, & ipsa pelago n Pylos adiacet, Cyllene, o Calipolis. Patre oram illam tenent, in quam Chelonates, & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur,

phano. c Argolicus. Plin. qui sequitur (Maleam scilicet) Argolicus appellatur, traiectu. 50. millium passuum. De reliquis sinibus Pomponio cum ceteris conuenit, nisi quod Asinæum, cui ab Asine oppidum est nomen. Strabo & Ptolemæus Messerium nominant: cum & Coroneus à Corona, quae & ipsa in eo flexu est, dicatur Plinio. Cyparissius autem à Cyparissa: est & Cyparissium promontorium ad eundem sinum Ptole. Horum series cum in omnibus prope codicibus mæca intricataque foret, nostro Marte digesta est, & clara facta. d In Argolico. More suo, ad Argolicum reuersus, quid singulis sinibus illustre dignumq; memoratu inuit, ostendit.

e Erasinus. Qui terras subit, rursumq; redditur, sicut in Asia Lycus, in

Mesopotamia Tigris, Plinio. Ouid lib. Meta. 15. Sic modo combibitur recto quoq; gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus. Lege Herod. lib. 6. ubi de Cleomene. Inacho uetustissimus Argiuorum rex Inachus nomen dedit. Solino. f Lerne. A quo Lerneæ palus, & hydra illa Lerneæ dicta. g Githius. A Githio fortasse illic oppido, Ptolemæo & Plinio, qui trans Maleam lib. 6. idem numerat. Meminit & Lilius. 4. libro quartæ decadis. Eurotae nomen Eurota puella Taygetæ filia dedit, Stephano. Multa olim ad eius ripam Lauros, unde & Maro in Sileno: Audiit Eurotas, docuitq; ediscere Lauros. h Tanaro. Nomen promontorio est à Tanaro Iouis filio, & Calabri fratre: qui cum in ea loca peruenisset, Neptuno templum extruxit, auctore in urbibus Stephano. Hoc est Tanaron, in quo Arion Citharædicæ artis magister, Delphini dorso per Siculos Ioniosq; fluctus incolumis transuectus est, ut cap. 8. libri. 9. Plin. & Herod. lib. 1. scripserunt. Propterea duo quondam inibi simulacra celebria fuere, unum Delphini uehementis, alterum Arionis insidentis, utriq; ære sum, ut lib. 16. tradit Gellius. De Tanaro Statius lib. Theb. 2. Est locus, Inachiae dixerunt Tanara gentes, Quæ formidatum Maleæ spumantis in auras It caput, & nullos admittit culmine uisus. Cum reliquis ad hunc Pomponij locum mire facientibus. i Specus. De altero in Bithynia, retulimus. Ouidius lib. 7. Specus est tenebroso cæcis hiatus, Est uia decliuus, per quam Tirynthius heros Restantem contraque diem, radiosq; micantes Obliquantem oculos nexis Adamante catenis Cerberon attraxit. &c. k Pamissum. Plinius libro. 4. In Messenia duodeuiginti montium, amnis est Pamissus. l Alpheus. Qui mersus, in Sicilia Arethusa red-

Erasinus.

Githius.

Tanarum.

Alpheus.

Pylos.

Cyllenius Mercurius.

dit. Vide Seruium ad principium libri Georgicorum tertij. Maro Aeneidos tertio. Fama est huc Elidis amnem Occultas egisse uias subter mare, qui nunc Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis. Ipsa Arethusa apud Ouidium libro quinto Meta. sic inquit: Pisa mihi patria est, & ab Elide ducimus ortus, Sicaniam peregrina colo. &c. Meminit & libro octauo Strabo, Alpheum dictum existimans, quod alphas utiliginis speciem curet. m Nomen. De sinibus scilicet. De Messenij prius diximus. n Pylos. Vetus sanè quondam ciuitas, in agro Messenio, quem Coryphasion Græci nominauerunt, à Sparta stadia circiter quadraginta sita, ut Thucydides quarto libro scribit: Nestore alumno, qui Pylis inde cognominatus est, celebris. multa Strabo octauo libro. o Calipolis. Non adeo celebris atq; illa Macedonica, cuius Lilius. 4. Decad. & Plin. meminere. De Patris etiam & Cyllene lib. 2. Thucydides, indicans uere ex his locis recta in oppositam Acarnaniæ continentem nauigationem esse. Pro situ uero noscendo pictura duce uere. A Cyllene Cyllenius Mercurius. Claud. lib. 1. rapt. Cyllenius adstitit ales Somniferam quatiens uirgam, tectusq; galero. Stat. lib. 7. Tegees alumnum dixit, à loca

- uicino: Tunc ita uelocem Tegees affatur alumnum. ^a Rhion. ῥῖον Græcis promontoriū dicitur, quod cōmune uocabulum huic iugo peculiariter tributum est. Nam & Corinthiacum sinum angustis faucibus claudit, & ore terrarum ad Græciam attinentium frē principium est. Plin. cap. 2. lib. 4. de Aetolia, Promontorium, inquit, Antirium, ubi ostium Corinthiaci sinus minus mille passuum latitudine influentis Aetolosq; dirimentis à Peloponneso. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion. Liuius quoque lib. 8. tertiæ Decad. Rhij huius meminit. Non prætereundum uero in tota Peloponneso montes esse sex & septuaginta, Plinio. ^b Oluros. Alia in Bœotia Olyros, in Messenia Oluros: ut ex Xenophonte & Strabone Hermolaus docuit. Ptolemæus in his locis non Oluron, sed Olenon statuit. De Aegira ^c Sicyon. & Aegio, Plinius, ceteri. ^c Sicyon. A qua Sicyonij, quorum uetustissimus rex Aegialeus terram illic late tenuit: ut Pausa. in Corinth. refert, tum & Aegialos uocata, Plinio.
- In Sicyone spectatissima quondam Occasionis imago extitit, authoris Lysippi, cuius erudita est apud Politianū in miscellaneis explicatio. Regiuncula & ipsa Sicyonia dicta, E Sicyone Aratus ille fuit, cuius meminit in præstantium uirorum catalogo Plut. Iuxta Asopum fluit, olea lauroq; uirens. ^d Page. Iuxta Isthmum sita occasum uersus. Notandum uero hæc oppida partim Bœotia & Locrensiū, partim Aetolorum esse. Nam page Bœotica est, Plinio. ^e Ocanthe, quam Ocanthiam Mela nominat Locrorū Ozolorum. ^f Cyrrrha. iuxta quod & Cyrrrhaei campi ad Phocidem attinent, unde & Cyrrhaeos scopulos, & antra Cyrrhaea, fontesq; Cyrrhaeos, pro Phocensibus Parnassij^s uel Poëtæ cognominant, Anticyra item helleboro clara, alia ab illa ^g Anticyra. Bœotica quæ in Maliacum inclinat: quanquam de utraq; adagium intelligitur, Nauiget Anticyras, de homine uehementer insano. Creusis uero Bœotia iuxta Pagas sita, quam Creusam Ptolemæus nominat. Aetolorum ^h Calydon. Naupactus intra Rhion est, de qua ante meminimus: deinde & Calydon, Vide Ptolemæum. ^g Calydon. Plinius lib. 4. Aetolorum, inquit, est Calydon. 7. millium. 500. passuum à mari iuxta Euenum amnem. Extra ⁱ Actoli. Rhium enim, eum tractum, qui in Adriatici fauces inclinat, primi tenent Actoli, mox Acarnanes, postremi Epirote: horum sedes Epirus, Acarnania, Aetolia, uiris, oppidis, montibus, amnibus, rerumq; gestarum memoria præ ceteris insignes. Ipsa Calydon Oenei patris Meleagri regia fuit, quæ syluæ, agroq; & Apro cognomen impositum, de quibus multa mentio est apud Ouidiū lib. Transform. 8. Non tacendū, & in Britannia Calydoniam syluam esse, uerum uocabula syllabis dinosci: nam Calydon pro Aetolia opp. penult. corripit. Luca. lib. 6. Euenus Calydonia secat. Pro Britannia sylua producit, o litera correpta. Martialis: Nuda Calydonio sic uiscera præbuit Vrso. Item: Quinte Calydonios Ouidi uisare Britannos. Et lib. 3. Silius: Inq; Calydonios primus trahet agmina lucos. Quanquam sint qui e litera scribendum contendunt. Thucydides. 2. lib. gentem Aetolorum grandem & bellicosam esse, uicosq; sine muris frequentius quàm oppida habitare ait. His Ozolæ, quorum meminimus, ob uicinitatem genere armorum & pugnandi industria ad similes fuere. De Eueno amne constat. fuit & Philosophus Euenus ille, qui ignem optimū esse ciborū cōdimentū dicere solebat, ut refert Plutarch. ^h In Acarnania. Aliquando Curetis dicta, ualidam & ipsa gentem aluit Acarnanes. Sta. in Achil. Dat bello pedites Aetolus, & asper Acarnā. Nomen sortita ab Acarnane Alcmeonis filio, qui primus eam oram ab Apolline indicatæ patris auspicijs celebrem fecit, author est lib. 2. Thucydides. Meminit multis Strabo. 8. libro. ⁱ Leucas. In peninsula sita Leucadia, quam olim accolæ insulam fecerant quidem, uerum reddita continenti est uentorum flatu congericæ arenæ accumulantiū, ut Plin. cap. primo. 4. libri scribit. Ideoq; inter oppida continentis Pomponius numerat. Est iuxta quoque litus Leucadium & Leucates promontorium: tum & insula, quam Neriton Pomponius infra nominat: nam Leucas in peninsula aliquando Neritum dictum est, & ea ipsa Neritis, Plinio, nomine ab insula ad continentem translato, ut Hermolaus existimat. Neritos certe & Silio & Maroni insula nominatur. Non ignoro & Leucadium insulam e regione Ambracij sinus aliam à Nerito Pomponium nominare ^k Achelous. infra. ^k Achelous. Ambraciam ab Acarnania superans. Thucydides libro secundo Achelous, ait, amnis ex Pindo monte deuolutus per Dolopas, Agræos & Amphilochos, perq; Acarnanicum campum superne Stratton urbem Aeniadasq; interfluens, mari miscetur restagnato. Meminit eius Ouidius libro transform. oct. uo.

a Epiro. Epirus Molossia & Chaonia dicta, ut est notum: in hoc tractu ingens & populosa est, ab occa- Epirus.
 su Ionio in Adriaticum flexo & acroceramijs, à septentrione Pindi iugis, ab ortu Acarnania finitur, totam
 oram meridianam Ionio ambiente. De ea multa Strab. libro. 8. **b** Ambracio. Ab Ambracia urbe cla- Ambracia.
 rissima, quam ambit. Plin. Maximeq; ait, nobilitatus Ambracius sinus faucibus spatiosum aquor accipiens. In eū
 annis Acheron ex Acherusia Thesprotiorum palude ortus delabitur. Meminere & Strabo & Ptol. Apud Li
 uium li. 8. de bello Macedonico, Are
a Epiro nihil **b** Ambracio sinu nobilius est: facit si-
 nus, qui angustis faucibus, & quæ minus mille pas-
 sibus pateant, grande pelagus admittit: faciunt ur-
 bes, quæ assidunt, **c** Actium, **d** Argi, Amphilo-
 chii, **e** Ambracia, **f** Aeacidarum **g** regia Pyrrhiq;
h Butroton ultra est, deinde **i** Ceraunii montes: ab
 iis flexus **k** in Adriã. Hoc mare magno secessu lito-
 rü acceptü, & uaste quidē in latitudinē patens, qua
 penetrat tamen uastius, Illyricis usque Tergestum,
l cætera Gallicis Italisq; gentibus cingitur. **m** Parthi
 ni & **n** Dassareta prima eius tenēt, sequentia paula-
 eaten, auroq; effulgere fluctus. Ibi Apollinis quondam Actij templum, & ludi quinquennales instar Olympio-
 rum, quorum tertio Aeneid. Maro meminit. Lege Strabonem. **d** Argi Amphilochoij. Strabo quoque se- Argos.
 eundum Ambraciam, inquit, extare Argos Amphilochoium, quod ab Amphilocho fratre, à quo & Amphilochia
 dicta, iuxta iacens regio, cum conderet Alcmaeon nominauit: nam aliud est Argos Oresticum, siue Hippium co-
 gnomine. Plin. Arcanaria tribuens Argos, inquit, Amphilochoium cognominatum cap. 1. quarti libri. Liuius lib.
 8. belli Macedonici: Profectus ab Ambracia Consul in mediterranea Aetolia, ad Argos Amphilochoicum &c.
e Ambracia. Cui maximo Pyrrhus adiumento fuit, cum eo loco ut regia uteretur, Straboni. Urbis eius
 situm reddit eleganter T. Liuius lib. 8. quartæ Decad. **f** Aeacidarum. Regum Epiri ab Aeacida Pyr- Aeacida.
 rhi patre, aut Aeaco Neoptolemi auo, à quo id nomen profluxit: cum uiri huius ex Ioue geniti amplissimam
 uirtutem regum illic series in præcipua laudis sibi gloriam traheret. Cicero libro secundo de Diuinat. scribit
 Ennium Aeacidarum genus ut stolidum suggillasse, quod belli paulo appetentiores essent. De Aeacidis Plutar-
 chus in Pyrrhi uita. Est autem hic Pyrrhus, cuius in Romanos insignia facinora extiterunt, Ennio Poëta felix, Pyrrhus.
 ut Homero felicem Achillem Alexander indicauit. **g** Regia. Liuius libro. 8. belli Macedonici, Signa, in-
 quit, aenea marmoreaq; & tabulae pictæ, quibus ornatior Ambracia, quia regia Pyrrhi fuerat, magis quam cæ-
 tera regionis urbes, cuncta &c. **h** Butroton. Nota urbs ex Plinio, ceteris. Thesprotiorū est, potissima
 Epiri gentis: quanquam & aliæ sunt præclarae, quarum Strab lib. 8. fideli nomenclatura meminit. Luca. lib. 3.
 Thesproti Dryopesq; ruunt, quercusq; silentes Chaonio ueteres, liquerunt uertice Sella. Maro. lib. Aeneid. 3.
 Littoraq; Epiri legimus, portuq; subimus Chaonio, & celsam Butroti ascēdimus urbē. Montes in toto illo pro- Montes.
 cursu clarissimi sunt. Ad Dodonen Tomarus centum aliquando insignis fontibus, In Ambracia Caria, In Acarnania
 Aracynthus, quem Actæon Maro cognominat, In Aetolia Acauthon, Panatolium, Medion, Plinio.
i Ceraunij. Ideo dicti quod fulminibus infestentur, Seruio. Luca. lib. 5. Thesaliae saxosa timent, oraq; mali-
 gnos Ambraciae portus: scopulosa Ceraunia nauæ Summa tenent. Maro: Prouchinur pelago uicina Ceraunia
 iuxta. Meminit & Plin. cap. 23. lib. 3. Vide Ptol. **k** In Adriam. Cuius primam oram Macedonij populi
 adhabitant, reliquam Dalmatæ, Illyrij, Liburni, Istri usque Tergestum: Quos Mela communi Illyricorum no-
 mine censet. **l** Cætera Gallicis. Ad reliqua, inquit, litora, quæ trans Tergestum Italiam ambiunt, Galli
 Italiq; habitant. **m** Parthini. Plinius quoque in ora Macedonica Parthinos, in Dalmatica alios ab his Parthini.
 Parthenios locat, Oeneis proximos. Strab. lib. 7. Super Epidannum, inquit, siue Dyrrhachium & Apolloniam
 sedes habent Bylliones, & Taulatij, & Parthini, & Phrygi, usque ad Ceraunios montes. M. Cicero in L. Pisonem:
 Achaia exhausta, Thessalia uexata, laceratae Athenæ, Durachium & Apollonia cxinarita, Ambracia
 directa, Parthini & Bulienses illusi, Epirus excisa, Locri, Phocij, Bœotij exulsi, Acarnania, Amphilo-
 chia, Perrhœbia, Athamanumq; gens uendita &c. quem locum eo libentius citauit, quod in omnibus propè
 exemplaribus corrupte legitur. **n** Dassarethæ. Quos à tergo Epiro iunctos Plin. scribit. 1. cap. 4. lib. Dassarethæ.

& Strabo lib. 7. in eadem est sententia. iudē & Dassariæ dicuntur. Plin. 23. cap. 3. lib. de eo ipso loco, Alyf
 so, inquit, Macedonia prouincia: gentes Parthini, & à tergo eorum Dassariæ. At eosdem esse non dubitauē
 rim: nam qui Straboni & Ptol. Dassartij dicuntur, eos ipsos Dassaritas Polybius nominat, cum Dassaretis eos
 dem, ut Hermol. tradit. a Enchelcæ. Cadmi & Hermionæ nepotes, qui magna olim in his locis potentia
 floruerūt, ut Strab. lib. 7. scribit: harum oppidum fuit Encheleæ sanē uetustum, de quo lib. 3. Lucan. Et nomine
 Enchelcæ. prisco Encheleæ, uerſi teſtantes ſune-
 ra Cadmi. iuxta enī, Cadmū & uxo-
 rem Hermionam longo admodum ſe-
 nio cōfectos, cum ab Iſmeno illuc con-
 ceſſiſſent, in ſerpentes mutatos eſſe ſa-
 bulantur, ut in Periegeſi Dionyſ. &
 lib. 7. Strabo referunt. Meminit &
 Ouid. lib. trāſformat. 4. Græcis Ἐν-
 χελος anguilla ſerpens uē dicitur.
 Plin. in communi Illyricorum nomen
 clatura li. 3. Liburnis Enchelcæ iun-
 git. Strab. Enchelios nominat. niſi id librariorum culpa contigit, quanquam nil repugnat & Enchelios dici eos
 & Enchelcæ: ut pterunq; alias alias gentes. b Phæaces. iuxta Acroceraunia: habitauerunt & Corcyrā.
 Phæaces. Virg. Protinus ærias Phæacum abſcondimus arces. Memorati illi à regno Alcynoi, cuius Homerus meminit. 6.
 & 3. Odyſſeæ. c Pyrei. Plin. lib. 3. ſupra Scodram fuiſſe ait Faſſeos, Græbos, proprièq; dictos Illyri-
 os, tum & Taulantos & Pyreos. At nunc Illyriorum ſedes Tergeſto propior eſt. Libuit hæc adferre in hunc
 locum, eo libentius, quod illa locorum nomina in omnibus, quæ uideſſim Pompnij codicibus corrupte leguntur.
 De Liburniorū uetuſtiſſima gente nota ſunt omnia. Scriuiſſim Liburnos, Rhetos, Vuſdelicosq; eſſe putauit falſo.
 Iſtria. d Iſtria. Cui hoc etiā hodie nomen manet. Clariffimum ad eam oppidulum Iuſtinopolis, quod Caudiftriā
 Iuſtinopolis. uocant accolæ, tanquam Iſtriæ caput: in quod è Venetijs, cum ad uiſenda illa litora ſoluiffemus, ſecundis uen-
 tis aliquādo delati ſumus, poſtero die Tergeſtum uecti. At Tergeſtum Auſtriæ principum eſt, Iuſtinopolis Pau-
 li Vergerij patria, hodie ditionis Venetorum. Supra eam in decliui monte ſitum oppidum, cui Inſula eſt nomen:
 Inſula. recentiffima adhuc apud me memoria celebre. Nam ſiti in medijs undis preſſos, tum & tædio maris, quod tunc
 Oricum. primum ingrediebamur, fatigatos, optimo uinoq; & apparatiſſimo conuiuio in priſtinam ualeitudinem grata be-
 neficentia reſtituit. e Oricum. Plin. de eo ipſo loco, At in ora, inquit, oppidum Oricum, à Colchis con-
 ditum. Inde initium Epiri & c. Recte igitur primam urbium Pomponius dixit. De Orico Luca. lib. 3. Tunc quē
 Dardaniam tenet Oricon, & uagus altis Diſperſus ſyluis Athamas & c. Dardaniam nominans, à Dardaniæ
 gente illic fera, ac Daſsaretis proxima, Plinio. Opportuniſſima eſt Oricum uerſus è Brundufio Calabriae nauis
 Furiarum tem- gatio: litora enim Adriatici non amplius. 85. millibus paſſuum, illic interfluus fluctibus ſciunguntur. Meminit
 plum. Orici ſæpe lib. 2. Appian. & in 3. Commentario ciuiliū bellorum Ceſar. Non omiſerim, iuxta Oricum tractū
 eſſe Paleſtinum, cuius lib. ante citato meminit Ceſar, à Paleſte loco cognominatum, ubi templum fuit Furijs ſa-
 Marialis. poſitionem Paulo Marſo debemus, præſtāti Grāmatico. Porro quid in illo Catulli uerſu explicando, Iuro per Sy-
 rios tibi fureros, Beroaldus attulerit, quidq; de illo Ouidij uerſu ſentiat, quamq; apte interpretetur, eruditū
 Dyrrhachiū. eſtiment: mihi Marſiana proſecto magis arident. f Dyrrhachium. A Corcyreſibus colonis à Phalio Co-
 rinthio deductis habitata, ut lib. 1. Thucydides ſcribit. Appia. lib. bel. ciuiliū. 2. Ab Epidāno Barbarorum res
 ge conditore Epidānum, cuiusq; portum poſt Dyrrhachium dictū à Dyrrhacho Epidāni ex filia nepote: tandē
 Corcyrenſes appellationem ut inſuſtam mutaffe, portumq; ab urbe, quæ de ſuper imminet, Epidānum dixiſſe.
 Hactenus ille. Romani uero Epidāni nomine, ut magis inſuſto, expuncto Dyrrhachij uocabulum reſtituerūt.
 A Dyrrhachio Dyrrhachini dicti ciues. Cicero in Piſonem: Quo metu commoti Dyrrhachini profugiſſe noctis
 trepidatum imperatorem indicauerunt. g Ituris. Si quando ad ea litora appuliſſent. . h Apollo-
 nia. Media inter Lyſi fluminis oſtia & Acroceraunia, ab ea dicti Apolloniæ, Ceſari, alijs. i Salona.
 De Salona, Iadera, Narona, Tragurio, Dalmaticis Illyricisq; oppidis, in Liburniæ deſcriptione Plinius: Notiſſi-
 ma earum Salona apud Ceſarem lib. 3. bellorum ciuiliū. Capta olim ab Aſinio Pollione. Ceterum Salona Sa-
 lonarum plurius Ceſari & Seruio dicitur. Tragurium etiam marmore clarum, Plinio. k Pola. Ad
 Hiſtriam attinet, à qua Sinui nomen, à Colchis quondam conditam, etiam Plinius ait. l Res tranſcunt.
 Tempore ſcilicet omnia rapiēte. Ouid lib. Meta. ultimo: Tempus cædax rerum, tuq; inuidioſa uetuſtas, Omnia

destruitis, uitiataq; dentibus æui Paulatim lenta consumitis omnia morte. Et Cic. pro Marcello nõ tam eleganter, quàm uere, Nihil esse, ait, opere ac manu factum, quod aliquando non conficiat, & non consumat uetustas.

a Aeas. Aeantem in occasum uersus ex interioribus Macedonum, iuxta Apolloniam profluere Stra. lib. Acas. 6. ait. Est & Tapsus in eodem tractu Ptol. & Casari. b Nar. Plinius & Strabo. Naronem nominant, à Nar. quo Naresij populi. Supra Naronem Colonia Epidaurus Plinio & Ptol. alia ab illa Peloponnēsi: hallucinante Epidaurus.

mana colonia. Amnes autē^a Aeas, & Nar, & Danubius, qui iam dictus est^c Ister: sed Aeas secundū Apolloniam, Nar inter Pyreos, & Liburnos, per Istros Ister emittitur. ^d Tergestum intimo in sinu Adriæ situm finit Illyricum.

ITALIA.

DE Italia magis, quia ordo exigit, quàm quia monstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab^e Alpibus incipit in^f altū excedere, atq; ut procedit, mediā se perpetuo^g Apœnini montis iugo attollens, inter Adriaticū & Tuscum, siue (ut aliter eadem appellantur) inter

tem, quibus id persuasum esse potuit. ^d Tergestū. Colonia, à quo iuxta sinus est Tergestinus, quē equidē Tergestum. nauigant, oppidum etiā clarum: illustre autem dum hæc scribebam, Petro Bonomo inibi Episcopo, uiro in Petrus Bonomus. omnibus bonis artibus præstante, æquiq; & iusti, ut summam eloquentiam, qua pollet præteream, amantiſſimo.

ITALIA.

ITalia, quia sic sita est, & illud nacta cœlum, quod multa temperie præstat: facta est frequentissima, Græcisq; undiq; ad nauigantibus aliquando peruia: maxime uero Romanis olim uictorijs illustrata, & multis ante nominibus appellata: nouissime Italiæ nomine durate, quod ei Italus Hesperus, à quo & Hesperia dicta est, frater imposuit, ut M. Cato in Originibus retulit, Primitiam Arunci, Sicani, & Pelasgi coluisse creditur, ut cap. 10. primi libri scribit. Meruit hæc terra supra omnes alias, scriptorum Græcorum Latinorūq; diligentia famam & memoriam: nec est quicquam, quod intactum reliquerint, qui illud aliquando scribendi onus subierunt, nec habuit finem in uno, rerum omnium comprehensa series, sed singulis propè seculis singuli fuerunt, à quibus laudaretur. Extant hodie excepto Pomponio, quos equidem uiderim legerimq;, partim integri, partim mutili temporum iniuria, M. Cato, Myrsilus Lesbicus, Caius Sempronius, Quintus Fabius Pictor, Antoninus, Dionysius, Strabo, Plinius, Solinus, Ptolemæus, Polybius quoq;: & inter recentissimos Blondus Forliuensis, Raphaël Volaterranus, Aeneas Syluius, & Ioannes Annius Viterbiensis: ut totum Latinorum poetarū & Historicorum gregem, obiter de ea tradentium, omittam. A plurimis autem, quorum temporum iniuria monumenta interciderunt, descriptam eam fuisse constat. Proinde & Plin. indicat libro. 1. & Mela suis id uerbis testatur, quādo ait: Pauca dicentur, nota sunt omnia &c. Nos quoq; intactam eam reliquissimus, nisi (quod alibi itidem nos permouit) studiosæ iuuētutis gratia ex his quos citauimus, quæ Pomp. indicat magis, quàm exponat, adiectis qualibuscunq; commentarijs, planiorem facilioreq; efficere uisum esset: maxime quod uaga lectio in teneris animis non proficit. ^e Ab Alpibus. Intuere primū tabulam Europæ. 6. Ptol. ut uidere Italiam uidearis, mox limites inquire: tum qui sit Apœnini procurus obserua. Inde insignia oppida flumināq; ut ultra citraq; iacēt, uisu sequere: eo modo quo tradit Pomponius. ^f In altum. In pelagus. ^g Apœnini iugo. M. Cato Pœninum montem eum nominare uidetur, per quem Hannibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœninus dictus, quod radices sub Pœnino trāsitu Hannibalis habeat. Meminit montis Luca. libro secundo, & libro quarto Silius. Polybius interpretatur in lib. 3. Apœninus, inquit, mons paulo supra inferum mare ab Alpibus oritur, moxq; se magis atque magis ab illis disjungens, recto dorso in superum mare fertur, quasi usq; ad urbem Senam. Inde rursus ad dextram fle-

Scriptores Italiæ.

Apœninus mons.

Etens per mediam Italiam in Siculum fretum discurrit. a Superum mare. Adriaticum, ita dictum, quod in ortum spectet. Inferum autem Tuscum, quod in occasum uergit. Lucanus libro secundo: Inferni superiq; maris Suetonius in Augusto, Classem, inquit, Misseni, & alteram Rauennae ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Iulius Solinus, nescio an bene, idem mare, quod Itali inferum uocet, à Græcis Ionium, uel Tyrrhenū uocari tradit. Dionysius certe & Strabo Pōp. subscribunt longeq; Ionium à Tyrrheno separant. Adriaticum autem dictum putat Cato ab Atria siue Adria oppido uetustissimo, quod dudum interijt. In qua sententia & Iustinus est libro. 20. Multi ab Iaconis filio Adria ita dictum uolunt. De Tyrrheno diximus. Silius quoq; Italicus libro. 5. de Trasimeno: Lydius hinc genitor Tmoli decus, æquora longo Mæoniā quondā in Latias aduxerat oras

Tyrrhænus pubem dederatq; uocabula terris. b In duo cornua. C. Sempronius, Italia, inquit, à iugis Alpium oritur, cingitur supero & infero mari, & secatur Apennino: qui à iugis Alpium ortus per mediam Italiam à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim usque Venusiam reflexus, ibi ex transuerso diuidit Italiam: ex altera parte Brundisium, altera Veliam attingens circum sinum Tarentinum: quem Ausones primi, inde Aborigenes Græci post Oenotrium Arcadē tenuere. Lege cap. 10. lib. 2. Vitruuiū. Altissimus est, ut bene Silius dixerit libro. 2. Alpibus æquatū attollens caput Apenninus. c Angusta. Nusquam enī. 200. mil. passibus amplior est, Plinio: qui quærno folio similem esse, & multo proceritate amplioem, quam latitudine, leuōq; flexam cacumine, figura pæmæ Amazonicæ desinere apte docet. d Carni. Noti, nomine adhuc durantes: quanquā remotius à mari supra forū Iulij, hodie tractum à se Carnithiæ cognominatum inhabitant, & in meridiē supra Tergestū regionē, quæ uulgo Carniola dicitur. Ptol. quoq; supra Cœordiā & forū Iulij Carithiā locat.

Carni. xam cacumine, figura pæmæ Amazonicæ desinere apte docet. d Carni. Noti, nomine adhuc durantes: quanquā remotius à mari supra forū Iulij, hodie tractum à se Carnithiæ cognominatum inhabitant, & in meridiē supra Tergestū regionē, quæ uulgo Carniola dicitur. Ptol. quoq; supra Cœordiā & forū Iulij Carithiā locat.

Veneti. e Veneti. Quorū hodie nō adeo uetusta atq; in litore fuit, in ipso mari sedes est amplissimæ ciuitatis, & supra q̄ credi possit imperio atq; opibus auctæ. Venetias nominant, terra mariq; magnarum uirium conscias, tū & rep. multa prudentia administrata insignes. His cum sitis, ut M. Cato scribit, origo Phaëtontæa est: posterius mixta his nobili stirpe Troiana, à quibus Patauium suc conditore inelytum. Constat autem Gallorū gentis esse recētissimos cultores, id qd̄ lib. 9. quartæ Decad. indicat Liui. Receptissima hæc opinio est, uenisse è Paphlagonia Henetos, quorū in eo tractu posteri Veneti dicti fuerint, Venetiæ autem nomine quicquid ab Histria secundum maritimam usq; Rauennā iacet cōprehenditur, authore Plin. cap. 13. lib. 3. M. Cato quoq; Venetia, inquit, est ois ora circū sinū maris, post Histriā usq; ostia Padi. f Togatā Galliā. A Toga dictā, succincto uestitu nere & appposito. Ne q̄ eos recte sentire putet, qui Venetū hodie uestitū togis cōserūt, ut simile: quādo Romæ, atq; in omni Latio indecorū fuit, uirū tunicis uti ultra brachia, ac propè in priores manus ac digitos prolaxis, ut cap. 12. 5. lib. scribit Gellius. Cōstat autē Italiā aliquando intra Apenninū & Rubiconē amnē, qui iuxta Ariminū in Adriā defluit, terminos habuit, ut Plin. scribit. Luca. quoq; lib. 1. de Rubiconē: Perq; imas serpit ualles, & Gallica certus Limes ab Ausonijs disterniat arua colonis. Citra enī quicquid est, ad eā Galliā attinuit, q̄ Cisalpina cognouatur. Senogallia itra Anconā et Padū à Senonibus, antea Belgis uicinis, q̄ illinc Hetruscos pepulerūt dicta: Mox Gallia Togata, à conformi uidelicet cū interioribus eius terræ gētibus uestitu. A Gallis illi, ut Sempronius scribit, duce Arūte primi in Italiā trāscēderūt Alpes, à quibus sensim pulsi Etrusci à Cispadana & Trāspadana regione, q̄ nūc Galliæ nomē habet, meminit Polybius in Africa motu li. 3. Hi sunt Senones, à quibus Romæ aliquādo inuisa captiq; fuit, Plin. Inde quicquid ab Alpium radicibus prominet, à Varo extimæ Liguriæ adusq; Formionē aliquādo, post uero ad Arsiā fluiū, qui supra Histriā est, id totū Italiæ cessit. Eā duarū fecerūt partiu: nā q̄ Romā uersus à Montanis in Tuscum pelagus inclinat, Cisapenninam dixerunt, reliquam Transapenninam, authore Catone & Sempronio. Transapenninam rursus in Cispadanam, & Transpadanam partiti sunt. In hac Carnorum agrum, Venetiam, Veronam, Brixiam, Mutinā, Mediolanū, aliāq; iuxta sita oppida: in illa Rauennā, Bononiam, Regiū, Parmam, Placentiā, Dertonā, & uicinas cæteras posuerunt interfluo Pado. Carni igitur & Veneti Togatā colunt Galliam, si modo Transpadanam Galliæ nomine cōprehendimus, ut debemus, uel illo M. Ciceronis testimonio Philippica. 12. Et ut omitam, inquit, reliquas partes Galliæ (nam sunt omnes pares) Patauini alios excluderunt, alios eiecerunt missos ab Antonio & c. Gel. lib. 15. Res, inquit, accidit Patauij in Trāspadana Italia memoria digna. Demū Liui. lib. ultimo. 4. Decad. scribit Aquileiā Latinā Coloniā in agro Gallorū deductā esse. g Picentes. Supra Rubiconē reuera Italici: enumerat aut utriusq; litoris insignes populos ab initio

Venetia.

Gallia Togata

Ab initio orsus in Siculum usq; fretum & Ionium pelagus. Id obiter notandum, Picentes dici qui supra Anconā siti sunt, & tractum horum Picenum: Picentinos autem ab his ortos, qui alio in latere, inter Surrentinum promontorium, & anmem Silarum habitant, Ptolemæo & Plinio, qui Picentinum agrum, & oppidum Picentiā in bi locat. Strabo lib. 5. Ad mare Tyrrhenum, inquit, Picentinarum natio colit: eorum pars modica qui Adriā habitant, quos quidem Romani Possidionatem in sinum traduxerunt. &c. De nominibus equidem non contende-

rim, nam Straboni alijsq; iam Picentes, iam Picentini nominantur, utrinq; siti: quanquam qui Adriæ imminent frequētius Picentes. Cato Picenos lingua Etrusca genus sacrū dici scribit, à Sabinis eos ortos affirmans.

^a Frentani, ^b Dauni, Apuli, Calabri, Salentini, Ad dextram sunt sub Alpibus ^c Ligures, sub Apœnino ^d Hetruria: post ^e Latium, Volsci, Campani, & super Lucaniam Brutii. Urbium quæ procul à mari habitantur, opulentissimæ sunt: ^f ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina & ^g Bononia Romanorum colonia. Ad dextrā ^h Capua à Tuscis, & ⁱ Roma quondā

Frentani. Alij à Ferentinis, qui in Tuscia sunt, & Ferentinatibus, qui Latium habitauerunt, de quibus disputat Hermolaus cap. 5. lib. 3. Plinij. Il-

lorum Frentana regio Plin. dicitur. ^b Dauni. A quibus Apulia Daunia cognominata est, à Dauuo duce Dionædis socero dicti. Horum oppidum est Salapia Hannibalis meretricio amore inclytum, ut Plinius cap. 11. libri tertij scribit. De Apulis, Calabria, & in ultimo cornu sitis Salentinis, nota omnia. Vide Ptolemæū.

^c Ligures. A Liguro Phætonis filio, Catoni. ^d Hetruria. Plurimarum coloniarum, & Italiae olim princeps, ab eorum metropoli regia cognominata, Catoni. ^e Latium. Vetus ac nouum Plin. ^f Ad sin-

istram. Ab Alpibus prospiciendo. ^g Bononia. Notissima, ut aliæ quoq;. Sed id adiecerim, Felsinam aliquā do uocatam, cū princeps Hetruriæ esset (ante Gallorum enim aduētum Hetrusci pulsus Vmbris illic sedes posuerunt) inde Cato principem metropolim Felsinam nominatam à rege Hetrusco conditore, post à successore Bono-

Tuscaniensi Bononiam dictam scribit. lege Iustinum lib. 20. ^h Capua. Seruius à Tuscis, qui omnem penè Italiam subiugauerunt, conditam scribit: apud Virgil. lib. Aeneid. 8. ad illum uersum: Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Suetonius in Dictatore: Capys conditoris sepulchrum Capuæ fuisse indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit. quæ Cesari mortem denunciarit. Ad id & Lucan. accedit. 2. lib. Moenia Dardanij tenuit Campana coloni. Plin. cap. 5. lib. 3. Capua, inquit, ab undecimo campo dicta: quod quomodo intelligendū sit, inibi Hermolaus adnotauit. Liui. lib. 3. ab urbe cond. propius uero esse existimat à campoftri agro appellatam, Id quod & Eustathio placet. M. Cicero, luxus infamia Capuam notans, superbiorum eam quondam domum fuisse ait: ut mirum non sit, potentia eam simul & gloria priuatam, nihil ferè hodie, præter umbram nominis retinere.

ⁱ Roma. Orbis aliquando caput dicta, & amplissimi imperij iure in hunc usque diem felix, Cælo ita indubie, & cælestibus dijs uolentibus: Nam & syderum locum, habitumq; tempore quo cæpta est condita, obseruauerunt uetusti, è quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus, Chaldaicis literis eruditus, & M. Ciceroni ualde familiaris, quemadmodum ipse Cicero libro de Diuinat. 2. scriptum reliquit. In cuius nomen quia incidi, annotandus mihi est error ingens. C. Sempronij, & Iulij Solini. Hi Romam. 11. Calend. Maias hora inter secundam & tertiam conditam esse, ex Tarutio (qui & Varronis temporibus uixit, & Romuli genethliacon descripsit, ut Plutarch. testis est) referunt, Sole in Tauro, Luna in Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione. Quæ syderum positura, nullo prorsus modo potest in cælo statui: cum impossibile sit, Venerem uel duorum signorum Zodiaci interuallo, unius uero Mercurij à Sole abscedere: quod ipsum præter receptissimos hodie Astronomos, ipse quoq; Plin. secundi lib. cap. 17. confirmat: qui Veneris stellam nunquam longius 47. partibus, Mercurij autem nunquam longius 20. à Sole abscedere ait: & recentiores ex Ptolemæi auctori-

tate in fine dictionis duodecimæ Almagesti, maximam elongationem Veneris à Sole. 47. graduum, minorum quinquaginta, Mercurij autem graduū. 28. & 37. minorum esse affirmant. Nam quod Cicero lib. 2. de natura Deorum Mercurio unius signi, Veneri duorum signorum interuallum tribuit, Græcam antiquitatem secutus uidetur, quemadmodum & in falso errantium syderum ordine. Cum igitur Taurus & Scorpio, ut notum est, hemicyclo distent, hoc est primus gradus Tauri à primo Scorpionis. 180. graduum interuallo: qui fieri potuerit, ut Sole Taurum tenente, ad. 11. Calend. Maij, Venus & Mercurius tanto spacio à Sole discedentes Scorpionem tenerent? Quid ergo? aut Solinum lapsum & Sempronium dices, aut Tarutium toto errasse cælo fateberis. Ipse culpam scriptoribus rem non admodum intellectam errore intricantibus magis tribuerim, quam Tarutio: nam in hoc labi, uel his ignominiosum est, qui rudimenta mathematicæ delibare cœperint. Impossibile enim factum est, ut eo modo distent iam dicti Planetae. Cæterum qui illud emendet & resituat genethliacon, nisi Oedipus re-

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

Error Solini, & Sempronij

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

Maxima elongatio Veneris & Mercurij à Sole.

**Georgius Col-
limitus.** surgat, nemo erit. Memini Georgium Collimitium clarissimum Astronomum, cum inter nos loci huius incidisset mentio, dicere solitum, multo aliud siderum habitudine atque interuallo tum caelum fuisse, cum urbs haec cepta est condi, quam uulgo plerique putent: idque est fortunae & rerum Romanarum successu (quantum Astrorum influxu dinoscere daretur) haud difficile deprehendi aiebat. Cumque hominem tum urgerem, ut soleo, ampliori scrutinio facto, Veteres, inquit, Astronomi, qui Romae originem astris subdiderunt, Libram eam horoscopus habuisse asfirmant: atque inde illa quoque Manlij Mathematici carmina sunt lib. 4. He-
speriam sua Libra tenet, qua condita
Roma, Orbis & imperium retinet di-
scrimine rerum, Lancibus & positas
gentes tollitque, premitque. Quin etiam
Romulo Libram tribuit, cum ait: Quae

**Coniectura de
condita urbis
Horoscopo.** genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem, Et proprijs frenat pendentem nutibus orbem. Recetiores gregatim sub Leone esse Romam asserunt. Coniecturam esse Collimitius aiebat minime friuolam, eo tempore quo cepta sit urbs condi, ascendens fuisse cor Leonis, regiam stellam: in medio caeli Solem in Tauro, Iouem in piscibus in nona orientalem, Mercurium in eadem nona in Ariete orientalem, Venerem in Tauro occidentalem, & in medio caeli: postremo Saturnum & Martem in Scorpione, in domo quarta. Horum rationem, quam reddidit, equidem adscripsissem, nisi haecenus me digressum esse, satis superque foret.

Timaeus.

**Blondus Forli-
uensis.**

Virgilius.

Locus Boetij.

^a a pastoribus condita, nunc si pro materia dicatur, ^b alterum opus. At in oris proxima est a Tergeste ^c Concordia. Interfluit ^d Timaeus, nouem capitibus exurgens, uno ostio emissus. Deinde Natifon non lon-
do anni, qui Patauium praeterlabitur, Timaei nomen congruat: id quod Blondus Forliuensis in Marchiae Taru-
uifanæ descriptione contendit, argumentis non sanè temere adductis. Quibus si locus datur, fatendum est errasse
uetustos. Aut si illi uerum tradidere, euauuisse amnem credendum. Antiquis enim (ut Ouidius scribit) tam mul-
ta tremoribus orbis flumina prosiliunt, aut exsiccata residunt. Ipse adulescens cum è Carinthiae illustri oppidulo,
& optime de me merito Villaco uifendi causa Venetias perrexissem, paucos post dies Tergestum nauis delatus
sum, ut per oram eius litoris, quod Aquileiam uersus procurrit, Timaeum obseruarem, quem sanè nusquam rep-
peri, ad Utinum usque & Natifonem profectus. Est quidem haud longe à Goricia, quam Noreiam Strabo dicere
uidetur, uicus sancti Ioannis nomine, & iuxta arx munitissima super Timaeum portum, quae uulgo Tyuuein uo-
catur. Ibi è rupe non grandi fontales undae multiplici scaturigine, magna sanè & miranda copia elabuntur, ri-
uumque faciunt haud quanquam tenuem, qui in proximum sinu egreditur, & multis capitibus surgens uno ostio
exit. Is si Timaeus est, longe fama naturam superat, quod fieri per sepe uidemus: nemo est enim qui nesciat, quan-
tum è paruis neglectisque magna celebraque fecerit Graecae ambitionis curiositas. Nec ille quidem, quem Patauium
proximum Brentam nominant, tantus est, ut Timaeus aut nomine, aut fama dignus uideri debeat: nec aliud mihi,
Paduam è Venetijs nauiganti maiori admiratione dignum uidebatur, quam quod è mari, superato aggere, sicca
terra nauis uehebar machinis attracta, mox decliui cursu in Brentae alueum demissa: unde aduerso anne Paduam
usque iter erat, Lucifusina miro quodam per restagnantes artificio undas, ascensu praeterita. Vt cumque, asserere
ausim, nunquam cum à Marone intellectum, etiam si Lucanus, & Martialis in aliam ire sententiam literatori-
bus uideantur. Nec accesserim interpretationi, quam Blondus attulit: quando quidem satis non fuerit, tutari quod
uelis, authore Seruio, qui nusquam magis frequentiusque lapsus est, quam ubi reddendus erat situs, ut uere cum ple-
raque locorum nomina indiligentissime interpretatum esse Hermolaus dicat. Ipse apud Virgilium per ora, fauces
meatusque orientium aquarum intelligo: nam dicit: Unde per ora nouem. &c. Scimus autem fluium non ex ostijs,
sed in ostia profluere. Quid autem obsit quo minus fontes ora dicamus, cum fontis uocabulo etiam ostia intelli-
gantur? Lucanus de Tigri & Euphrate lib. 3. Quos non diuersis fontibus edit Persis. &c. In unum enim alueum
infra Mesopotamiam corruentes sinum illabuntur Persicum. Quem locum Lucani (ut & hoc obiter notem) di-
uerso sensu transtulisse uidetur lib. de consol. 5. Boetius cum dixit: Tigris & Euphrates uno se fonte resoluunt,

Et mox adiunctis dissociantur aquis. Constant enim hos distantibus oriri fontibus, licet uterq; in maiori Armenia assurgat, nec adeo dissociari, quin ad postrema coeant: quanquam sunt qui euanescere in Palustria Euphratē asserāt, de quo nos alibi. **a** Aquileiam. Latina olim Colonia, Euerfa denuo, nec alio hodie insignis magis, Aquileia. quam templo, religione & memoria sanctorum hominum, tum & salubribus piaculis undiq; mortalibus illuc cō-

gurgantibus, & Patriarchatus titulo celebris. Iuxta tamen oppidum Vtinū, Principum Austriae opus insigne ad-
ge à mari ditem attingit **a** Aquileiam: ultra est **b** Alti-
num. Superiora late occupat litora **c** Padus, nāq; ab
imis radicibus **d** Vesuli montis exortus, paruis se pri-
mum fontibus colligit: & aliquatenus exilis, ac ma-
cer, mox aliis amnibus adeo augetur atq; alitur, ut
se per septem ad postremū ostia effundat: unum de
iis magnū Padū appellant: inde tā citus profilit, ut
discussis fluctibus diu qualem emisit, undam agat,
suūq; etiā in mari alueum seruet, donec eum ex
aduerso litore Istriæ eodem impetu **e** profluens Ister
amnis excipiat. Hacre per ea loca nauigantibus, q̄
utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium
haustus est. A Pado ad Anconam transitur Rauena
nam, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia. Flu-
mē Metaurus atq; Esis, & illa in angusto illorū duo-
rū promontiorū **f** ex diuerso coeuntū inflexi cu-
biti imagine sedens, ac ideo à Graeis dicta Ancona,
inter Gallicas Italicāsq; gentes quasi terminus iter-
est: hanc enim prægressos Picenilitora excipiunt, in
quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra urbes:

immittens, quem senem Ouid. lib. 2. Met. ad huius differentiam nominat: & 7. lib. Multa quoq; Eridani placu-
runt gramina ripis. Vbi suspicio est minime audax, pro Eridani, Apidani, scripsisse imperitos. Strabo fuisse indi-
cat lib. 5. qui iuxta Padum Eridanum alium statuerint à Pado, Phaëtonis casu & sororum Cygnūq; metamor-
phosinobilem: præterea ferentes Electra insulas ante amnem Padum iacentes. Vnde falsò creditum in Transpa-
dana succinum reperiri, authoribus eius famæ Henetis, ad quos primum per Pannonias è Germania Electrum
allatum fuit. quod satis Plinius Solinusq; testati sunt. Sed fabule locus ex historia dari potuit: Phaëtonem enim
Ligurum regem fuisse uestustissimum, cuius multæ in Etrusco litore colonie fuerint, Cato est author: Ligurū ue-
ro eius filium, à quo Ligurinum portum dici uoluit, & omnem illic tractum Liguriam. Cygnum autem prodide-
runt Gallie fuisse regulum, Musicæ admodum peritum, ut in Atticis Pausanias refert: unde in canoram auem
mutatum Græca nugandi licentia credi uoluit. At eundem esse Padum & Eridanum, ex Plinio constat. **d**
Vesuli. Quem hodie uulgus accolarū Montany uocat. **e** Profluens Ister. Falsum id esse, paulo ante Pli-
nij testimonio probauimus. Ipse quoq; Cato in Originibus, Histria, inquit, à duce misso à Iano nomen retinet. At
Græcorum quidam dictam ab Istro amne cognomine Danubio, cui Dane gentes accolæ cognomen impresere.
Fabulanturq; ramum ex eo in Histriam effluere, inq; Adriaticum mergi. Hactenus Cato. Nota est Raucina, ho-
dieq; & opibus & edificijs ueteri famæ respondet: hoc infelix tamen, quod atate mea pugna uidere coacta est,
multorum cæde lacrymabilem: hinc Ludouico Gallorum rege, illinc Iulio. II. Pontifice maximo tantis odijs con-
ferentibus arma, ut sacro etiam Dominicæ resurrectionis die in prælium fuerint egressi, Gallis uictoriam, sed nō
inruentiam reportantibus. Ariminum autem M. Cicero pro Cecinna. 12. Coloniaram ciuitatem uocat. Ceterū
ab amne Pisauro nomen esse constat. **f** Fanestris colonia. Plinius cap. 13. lib. 3. In ora, inquit, flumen Esis,
Senogallia, Metaurus fluiuius, colonia fanum fortunæ, Pisaurum cum amne. & c. Ptolemæus quoq; lib. 3. Fanum
fortunæ nominat. **g** Ex diuerso. Plinius cap. 13. lib. 3. Colonia, inquit, Ancon appositā p̄mōtorio Cumerō

Vtinum.
modum, & arce in mediæ urbis edi-
to colliculo conspicuum. **b** Al-
tinū. in quo L. Verus imperator Apo-
plexi periit. Ad palustria Padi sitū,
Plinio & Strab. **c** Padus. Ma-
ritimorū comitatum Italicis sub-
sidijs fidus inuictor, ut eleganter di-
xit Ambrosius. De hoc nihil non est
notum. Id retulero, irrigare eum sc̄-
cundo fluore agros: quamuis alpium
auctum niuibus. Nec esse amnem ali-
um, qui breuiore cursu maiorem un-
darum uim corriuet: faciūt immensa
nostratium Alpium iuga, in cum sese
perpetuis undis exonerantia: facit
Apenninus amnem minime obscuro-
rum, qui altero è latere padū intrāt,
parens. Lege Lucan. lib. 2. Plin. 16.
cap. lib. 3. Strabo. lib. 5. Ante à duce
coloniaram Eridanus dictus: Etrusci
à profunditate Botigon, Ligures Bo-
tigum, seu Bodintum ob altitudinem,
denum à picea arbore, quæ circum
originem suam multa est, Padū, ut in
originibus. M. Cato scripsit. Est &
alius in Græcia Eridanus, in Ilium

Aquileia.

Padus.

Locus Ouidij.

Phaëton.

Ligur.

Cygnus.

in ipso florentis se ora cubito. &c. Quibus uerbis satis indicat, cur dicta sit Ancona, hoc est quod cubiti imagine sedere eam, ac propterea id à Græcis nomen indeptam Pomponius ait, ἀγκυρῶν his cubitus est. Et constat ferè Ancones dici promontiorum flexus: sicut ab architectonicis quiuis conflexus, qui coeuntibus parietibus angulum rectum describit, Ancon dicitur: uulgus angulū uocat: ita ancontis striarum in columnis appellat libro tertio Vitruuius: ipse quoq; nexus coitusq; duarum linearum angulum rectum describentium Ancon est. Iuxta anconam igitur pars orae prominens, &

ingentem ambitu portum complexa, duobus promontorijs contraposis, & portum præminentibus, intra se urbem habet in ipso sitam flexu, litoris effigie cubiti imaginem quandā retinente. Strabo lib. 5. urbem à Syracusanis Dionysij tyrannidem fugientibus conditam esse scribit. Porro & Numanae origo ad Siculos refertur. De Potentia sequentibusq; claris urbibus, Ptolemæus, Plinius, ceteri. Id notauerim, Firmū Plinio Firmanorū castellū uocari, Stra. Firmū ut Pōponio. Cuprā aut dictam puto, haud

Cupra.

wana coniectura à Cypræ tēplo, illic à Tuscis, qui Cyprā Iunonē dicunt, extructo, ut Strabo scribit: ut Cuprā, siue Cypra una appellatione cōtineatur. Nā uocabula quæ Græci per y pñunciāt, nos per u literā proferre possumus, ut Larumna, Sulla. &c. p. Larymna, Sylla, authore ex nostris Hermolao. Nec illa est Adria, quæ marinomen dedit, nā interijse eā prope Padū Cato & Strabo testatur: porro & Atriā hanc, & inde Atriacū mare, mox ad Catonis tēpora Hadriaticū, post & Adriacū dictū, & etiam Adrianū. Cicero in Pisonem: Brundusiu uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit. a Senogallia. Plinius & Ptolemæus infra Anconā, Ariminū uersus Senogalliā statuerunt. Mela eius ut regionis tractus, uic magis quàm oppidi meminit, tanquā & trās Anconā illi tenuerint. Nā ante, Anconā quasi terminū esse Gallicarū Italicarūq; gentiū dixit. b Bucara.

Aternus.

Plinius & Strabo Bucā trans Aternum fluiuium Apuliam uersus ponunt. Aternus autem ille est, qui Sulmonē Ouidij patriam præterfluit, secunda celebris aura, ut in Meteo. Pontanus. c Cliterniā. Claternam Plinius in Cispadana ponit, quæ admodū & Ptolemæus. Mela in Piceno censet aliā ab hac Cliterniā Dauniorum, quæ Larino & Teano pxima est. Id notandū, Sidicinū cognominatum hoc Teanū, ut Graccho in oratione de LL. pmulgatis: Nup Teanū Sidicinū consul uenit. Et Plin. lib. 5. Teanū, inquit, Sidicinū cognomine. Quæ admodū & lib. 6. Strab. Rursum Teanū oppidū Apulū cognominatū obseruauit apud Ciceronē in oratione pro Cluentio. Pari, inquit, dignitate Teano Apulo, atq; Luceria equites Romanos homines honestissimos laudatores uidetis. d Garganū. Celebris Apuliæ mons, subtus quæ adhabitantes proprie Apuli dicitur. De eo Sil. In nemore aut agitet Gargano tergaq; ferarū. Hodie mons dicitur sancti Angeli. e Vrias. Plin. iuxta Sypuntē oppidū locat Vriā, à quo sinū cognominari crediderim. Strabo Vriā in interioribus, Vreū in litore diuersa oppida statuit. f Pleraq; Plerisq; locis. g Sypuntū. Notū oppidū. Dicitur aut Sipyus, untis, et Sipus, untis, & Sypuntū. h Aufidū. Quæ cruentū ex Cannensi Romanorū clade aliquādiu fuisse Florus scribit,

Garganus.

in Hirpinis ortus motibus Canusiu præterfluit, Plin. i Bariū. Nobile morte Syllani senatoris clarissimi & diro Neronis imperio mori iussus, pectus Ceturioni fodiendū præbuit. Baris & Baretū dictū aliquādo, Straboni. munitissimū oppidū & arce insigne: Barij ducis filiā Bonā Sfortiā ducatus herede, dū hæc scribebā, cōiugē duxit Sigismundus Poloniæ rex Princeps inuictus. Nec ignoro Barrū hodie dici magnis ædificijs illustre, & tribus à lateribus mari abluui: reliquo uero qua cōtinēti adheret, arce illa defendi, ut Ianus mihi Conarsky regis Poloniæ à secretis, uir cū naturæ gratia, tū ingenij acumine præstās, cum Viennā illinc uenisset Orator, bonā sibi de retulit. De Egnatia Strab. & Plin. Rudias Strab. Rhodias uocat, nisi uitatus est codex: cōuenit uero in Ennij patria cū Pōponio. Euseb. & Eutro. Tarētiniū esse malūt. k Brūduſiū. A forma ceruini capitis, quæ Mesapij uernacula lingua ita nomināt. Clarissima est hæc urbs, nobili portu, quo tuta iā olim Romanis in Græciā uia fuit, tū & fuga Pōpeij à Cesare obsessi etiā nū memorabilis. l Valetiu. Plin. Balesiū noiāt, Ptol. ut suspicor, Aleciū: nec mirū id est in tāta rerū nominūq; uariatione. m Lupiæ. Lupias cōstat à Malēnio

Barium.

Dasummi filio Salentinorū rege conditas, uelut in Antoniuo Philosopho testatur Capitolinus. n Hydrus. Alij urbis

Ianus Conarsky Iureconsultus.

Brundusium.

Hydruntum.

Alij urbis magis quam montis meminere: ea hodie Hidruntum dicitur, nota clade paucis retro annis à Thurca illata, oppidanis omnibus necatis, & matribus familias constupratis. Ex eo litore Apolloniam uersus mare non amplius centum millibus passuum expanditur. Quod pedestri cōtinuare transitu, pontibus iactis primus Pyrrhus Epiri rex cogitauit, post eum. M. Varro, utrunq; rēru aliarū impediēte cura, ut Plin. cap. 10. lib. 3. scribit.

a Salentini campi. Peninsulæ forma intra Tarentinū & Adriatici fauces propansi, Isthmo se iuxta Brundisium & Rudias cōtrahente, non amplius. 310. stadijs lato, quod ex Ptolemaei tabula discitur. à salo autē, id est mari dictos autumat Festus Pompeius Cretas & Illyrios, qui cū Lo crēi Salentini. bus nauigantes societatem in ea regione fecerint. A promontorio igitur, quod in extimo cornu peninsulæ à situ Acran Iapygiam nominant aduq; Garganū, Iapygia, Daunia, Mesapia, Peucetia, Apulia, & Salentinorū nomine litora interioraq; censentur, hodie Apuliæ uocabulo in uniuersum comprehensa. b Gallipolis. Gallipolis. A Gallis Senonibus, ut Plinius libro

tertio. Ut hic Pomponius existimat, à Grecis conditum: quod si hunc sequeris, Callipolim rectius leges, nomine ab loci uenustate sumpto. Si illum, Gallipolim, & litera origini fidem faciente. c Distinguens. Italia; inquit, mare quod inter utraq; cornua admisit, tenuibus promontorijs distinguens, tribus sinibus Tarentino, Scyllaceo, & illo quod ad Siculum fretum in occasum uersum inter Zephyrium est & Brutium. Plinius quoq; à Locris, inquit, Italiæ frons incipit, Magna Græcia appellata, in tres sinus incedens Ausonij maris: quoniam Ausones tenuere primi, Tarentinus & Scylleticus celeberrimi sunt, Brutius tertius non adeo: quanquam oræ huius ut locis frequentissimæ Plinius & Strabo meminere. d Salen. Strabo & Plinius Salentinum uocāt, quod Salentini promontorium. & Iapygium Ptolemæo dicitur, in fronte eius cornu quod in Ionium prospicit: Lacinium autem inter Crotonē Lacinium. & Petiliam procurrens, à Tarentino Scylleticum seiungit. Inter Scylleticum & Terinæum Isthmus est, angustissime Italiæ, terris non amplius. 20. millibus passuum patentibus: infra quæ Lucaniā uersus alius est Isthmus contrahentium se litorum, uerum amplior, ut Strabo libro sexto scribit, stadiorum. 300. supra quem ager est Brutiorum. Id, nisi pictura inueniatur, nemo capiet, ut & alia propè omnia, quæ ad Geographiam attinent. e

Tarentus. Clarissima & Pyrrho Epirota in duces contra Romanos accito nobilis, sita in peninsula quadam, ut indicant Ptolemæus & Strabo multis libro sexto. Virgilius Aeneidos tertio: Hic sinus Herculei, si uera est fama, Tarenti Caulonisq; arces & nauifragum Scyllaceum. Memoratur & Archita clarissimo Pythagorico, qui Platonem, cum mortem moliretur Dionysius Tyrannus, per epistolā eripuit, ut libro octauo scribit Lactantius. In hoc uniuerso tractu magna aliquando Græcia floruit adiecta Sicilia, nam utrinq; magnæ Græciæ nomen frequens fuit, Straboni. Hæc est illa Græcia, cui Pythagoras doctrinæ præstantia, & rerum fortunæ cōtempu magnus, immortalē gloriam peperit, Crotonæ ante alias eius incolatu celebri: è qua, cum annis uiginti duobus fuisset, Metapontum migravit: functusq; fato eum à suis consecutus est honorem, ut domo quam habitauit sublaeta, templum ei extruxerint posteri, & diuinis honoribus auxerint, sicut testatur lib. 20. Iustinus. f Metapontum. Metapontum. A Pylis, qui duce Nestore è Troia nauigarūt, conditū, oppidū adco terræ prouentu & agricolatione felix, ut ea gratia auream æstatem Apollini Delphico aliquando donū obtulerit, Strab. g Heraclæa. Heraclæa. Siris aliquādo dicta Plin. eo nomine quo iuxta fluuius dicebatur. h Croto. Milone athleta memorabilis, q Pythagoræ discipulus fuit, Strab. Cōdita est à Miculo Alemonis filio, ut & Ouid. indicat lib. Meta. 15. Cōstat fuisse peritissimā olim rei militaris, ut mirandū sit, exercitū Crotonitarū. 130. millia à decē millibus Locrorū unā cū Rheginis aliquādo ad Sagrā Lucaniæ fluuiū uictū. Inde nato puerbio, Hoc re apud Sagrā gesta uerius est: in incredulos, authore Strab. De Sibari, quæ hoc in tractu potētissima fuit, luxu p̄dita, et à Crotoniatis uastata, nō idigna lectu Strab. lib. 6. i Turiū. Nobilissimo uino, qd' Turinū dicitur est, celebre. Turijs in Italia historia suā Herodotus cōdidit, ut cap. 4. lib. 12. scribit Plin. k Scyllaceus. A Scyllacio, de quo etiā Pōponius, qd' Athenienses Scylleciū nominarunt, Plinio. l Zephyriū. A quo Locri Epizephyrij dicti in extimo eius agrī iugo siti, & ab Hesperijs orti Locresibus, ut alibi ex Plinio & Strabone retulimus. m Petilia.

- Philoctetæ opus. Maro lib. 3. Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. De Mistris notum est. Mistræ apud Plin. Hermolaus legit. a Cœcinum. A fluio nomen in septa: alij Carcinum, atq; etiã Concinthum legunt, sed suo periculo. b Brutium. Promontorium id est, quod Scylleum Ptol. nominat, occidua Italiae extimum. Plin. lib. 3. de primo Europæ sinu, Primus, inquit, à Calpe Hispaniæ extimo (ut dictum est) monte ad Brutium, usq; promontoriũ immenso ambitu flectitur. Seruius quoq; ex Sallustio lib. Aeneid. 3. Omnis Italia, inquit, cœta in angustias scinditur in duo promontoria, Brutium & Salentinũ.
- c Consilinum. Meminit eius Plin. quoq; cap. 10. lib. 3. Consentiam alij legunt, sed temere: longe enim distat infra Vibonem & Terinæum sinum sita, Plinio, Strab. Ptol. cæteris.
- d Cauloniam. Dicitur & Caulõ, ut Maro: Caulonisq; arces, & nauifragum Scylaceum. ubi de promontorio magis quàm oppido intellexisse uis detur: propior enim Caulon Scylleo est, quàm Scyllacio: porro & in fretũ imminet id promontorium, in quo illa sunt Scyllæ Charybdisq; cœlo nota monstra. Aulõ autem mons perperam à Seruio Caulon dictus in Calabria est, Horatio & Martiali celebris. e Locros. Strab. Locros urbem ficit insignem hoc loco: à Locris dictam, qui Euanthe duce paulo post conditam Crotonem & Syracusas, in Italiam profecti sunt è sinu Cresæo, qui in Corinthiaco est. Virg. 3. lib. Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri. Vbi multa Seruius. Notandum uero Epicnemidios fuisse dictos antequam Italiam petierint, mox Epizephyrios, ut retulimus supra. Horum nominum discrimen in corruptis Seruij commentarijs non obseruatur. Naritios autem (ut Seruio subueniamus) à Naritio Locrorum oppido iuxta Maliacum sito Maro dixit: meminit loci Plin. 7. capite libri quarti. f In Brutio. In eo sinus latere, quod in Brutiũ inclinat. g Columna regia. Turricule modo erecta, ex aduerso turrim in Peloro sitam respicit, hodieq; à multis appellatur Stylarion, ut docet Hermol. super. 5. cap. lib. 3. nat. histor. Plinij. h Rhegyum. Cui hodie quoque id nomen est, à quo Rhegyeni. Liuius. lib. 6. tertie Decad. Rhegyeni usui futuri erant ad populandum Brutium agrum. Ab alio Regio, quod in Gallia Cisalpina est, Regienses dicti: diuersi: ortographiæ ratione. Nomen oppido datum à dehiscendi arguimento: nam & ῥήγυα Græci rupturam nominant. Iustinus lib. 4. abrupta, ait, græce hoc nomine pronuntiant: qui Rhegyum non oppidum, sed promontorium facit. i Scylla. Plin. Scylleũ nominat, iuxta Cratim fluuium, qui Scyllæ pater creditus est. Idem & Tauriani oppidi & Metauri amnis eodem in loco meminit: tum promontoria nominat Cenin Peloro interfluo fretu contrapositum, & Leucopetram Locrorum, siue agri Rhegyeni, ut Cicero Philipp. prima: Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontoriũ agri Rhegyeni, uenti detulissent. k In Tuscum. post Scylleum enim cedens sensim ora Terinæum sinum efficit. Scyllati co oppositum, quem Hipponiatẽ Strab. nominat. Ptol. de genere uocabulo Ispaniastam: Antiochus autem grauis author Napitinum. Priora nomina ab oppidis sunt iuxta sitis. Terina Crotonensium colonia: & Hippone, quam postea Vibonem Valentiam dixerunt, author Plinius. l Temesa. Plin. oppidum, inquit, Tempesa à Græcis Temese dictũ. Ouid. lib. 15. Terinosq; sinus, Temesenq; & Iapygis arua. Ptol. quoq; lib. 3. Tempesans nominat. De Blanda & Clampetia idem author. Buxentum Græci Pixuntem dixerunt. Fuit autem quando Velia Elea dicta est, Plinio. Strabo à principio. 6. lib. à Phocensibus conditam, & primum omnium Hyelam dictam ait, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum insignium patriam. Gellius testatur hanc primum, Seruio Tullio Romæ regnante conditam. De Palinuro promontorio gregatim omnes, à Palinuro Aeneæ nauclero, in hoc litore iuxta Syrenum insulas amisso, ut Maro indicat libro Aeneid. quinto. m Pæstum, Græcis. Possidonia, Plinio, Inde & Possidoniatem sinum, qui Pæstanus est, nominat lib. 6. Strabo. Locus ipse oræ fertilitate & florum copia celebris. Ideo Maro lib. Georg. 4. Bisferiq; rosaria Pæsti, dixit. Vbi Seruius Calabriae oppidum facit, cũ sit Lucaniæ. n Silarus. Dicitur & Silaris, cui hoc ingenij est, ut in eum coniecta uirgulta lapidescant, forma & colore priori seruato, ut lib. 5. scribit Strabo, & in amnium fontiumq; miraculis libro. 2. Plin. Silius lib. 8. Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duritiem lapidum merfis inolescere ramis. Hoc amne Lucanus ager terminatur. Constat uero è Samnitibus ortos Lucanos duce Lucio, ut Plinius scribit: Brutios autem Lucanorum pastores fuisse, & ab his transfugisse aliquando. Et lingua Lucanorũ Brutij

fugitiui dicuntur. Diod. 16. lib. in eandem sententiam digna lectu refert. Gellius quoq; .3. cap. libri decimi, Brutios seruili nota infames fuisse ait, quod tempore secundi belli Punici primi omnium in Italiam ad Hannibalem descuerunt: qua re factum, ut pulso Hānibale P. R. Brutios ignominie causa non milites scriberent. Scruitiū præstare postea, & magistratibus in prouinciam abeuntibus præministrare cogebantur. Vnde & lictores Brutiani dicti M. Cato: Iussit uestimenta detrahi, atque flagro cædi decē uiros Brutiani uerberare, uidere multi mortales &c. De his in eandem ferè sententiam Festus Pōpeius . a

Picentia. Iuxta quā Picētinus ager, & ab illis quos altero latere retulimus Picentibus orti Picentini. In Picentino Argiue Iunonis, nobilissimū fuit templum, cuius Solinus, & Plin. meminerūt. **b Petra**. Plin. Surrentum, inquit, cum promontorio Minervæ Syrenum quōdam sede. De eo & Virg. lib. Eneid. 5. Iamq; adeo scopulos Syrenū aduēta subibat Dif ficiles quondam multorumq; ossibus albos. Vbi multa de Syrenibus Seruius. De reliquis Campaniæ locis Plin. cap. 5. lib. 3. & lib. 5. Stra. legito: & aliās propè notiora sunt, quàm ut re

ferri debeant. Nam memoratum est, Surrentum à Surrentino uino medicis maxime aliquando probato, quia caput non tentet, & stomachi atque intestinorum rheumatismos cohibeat, ut tradit lib. 23. Plin. Vesuuij incendia Plinij morte infamia sunt, testante id elegantissima ad Tacitum epistola, nepote suo lib. 6. Neapolis aliquando Parthenope Maronis tumulo clara, & hodie Pontani manibus celebris. Puteoli à iustissima reip administratione Dicæarchia dicta. Eius colonos prolem Dicarcheam dixit lib. 8. Silius. Aliās noti Delphini amore in puerū, quem dorso acceptum per magnum æquor Puteolos in ludum prouexit, ut cap. 8. lib. 9. ex Appiano. Plin. tradit. Lucrino famam Romanus luxus peperit: uterq; lacus in Baiano sinu est, at Lucrinus cura P. Ro. piscosus fuit, uectigalibus operam pensantibus, ut Serui. scribit. 2. Geogr. De Baianis thermis notius est, quàm ut referatur. Cumas Sibylla illustrat diuinitas, cuius libris pro oraculo Romana usa est prouidētia, unde & Silius: Linternum, & quondam fatorum conscia Cumæ. Vulturum Capuam alluit. Liris maximus annuum Soram & Arpinum Tullij rigat patriam. Minturnæ gratiam è Marij fortuna nactæ sunt: nam & ulnis palustribus occulere, & ipso in carcere tantum uirum agnoscetes, innoxio sanguine polluere mœnia noluerunt. Lestrigonum memoria Formiæ horridæ sunt: nam & hi ab humanis uisceribus nō abstinerunt, ut eleganter . 14. Meta. scribit Ouidius. Fundanus ager uinetis inclutus est. Tarracina aliquando Anxur dicta, ædium occupat collem. Silius lib. 8. Scopulosi uerticis Anxur. Hora. sermo. 1. Impositū saxi late candentibus Anxur. De Ardea etiā Virg. 7. Aen. Locus Ardea quōdā Dicitur auis, & nūc magnū manet Ardea nomē. Laurentū Pici opus fuit, ab eo Laurentes dicti, ut illi qui Tacitū Sabinorū regē Lauinij inter sacra trucidarūt, Liuius. **c Circes domus**. Stra. Circeum uocat. Notandū uero & Aphrodisiū & Antiū interijisse penitus, ut alia multa à Pomp. reddita oppida. Plinius tradit Circeios insulam aliquando fuisse immenso maricircundatam, mox continenti adnexam. Antij fortune templum insigne fuit, nam & Horatius dixit: Fortuna diues quæ regis Antium. Illic Augusta Nero ni principi ex Popeia nata est, cuius gratia senatus uota publice pro Popeiæ uero suscepit, exoluta tandem, additæq; supplicationes, & secundati extructum templum, ut scribit in Neronis rebus Cornelius Tacitus. Ostia adhuc durat, sub Anco Martio condita, ut libro primo ab urbe Liuius refert. De Tyberis laudibus nemo uberius Plinio capite quinto tertij libri. De Pyrgis Maro decimo Aeneid. Et Pyrgi ucteres intempestæq; Grauisca. Vbi Seruius, quod grauem aërem sustinent, grauisca dictas ex Catone asseruit. Lege ipsum Catonem.

d Anio. In Trebulanis ortus iugis, Tiburtinos alluit. Silius libro octauo: Quiq; Anicis habent, ripas gelidoq; rigantur Symbriuius &c. De Telamone portu Plinius, Ptolemæus ante Populoniā Traianum portum nominare mihi uisus est. Plinius iuxta Cecinam Populoniū nominat. Pisas à Peloponnensibus Piseis conditas Maro indicat libro Aeneid. decimo: Alpheæ ab origine Pisæ Vrbs Hetrusca solo. **e Hetrusca**. populorū Italiæ in Tuscum uergentium propè hæc partitio est: à freto Siculo ad Laum amnem Brutij tenent. Hinc ad

Circeij.

Antium.

Partitio lateris Silarum Lucani. Mox Picentini ad Sarnum, inde Campani ad Lirim clarissimum anhem, interfluo Vulturno pa-
occidui Italiae. tent. Hinc Latini censentur ad Tyberim, in reliquo litore Hetrusci habitauerunt ad Macram usque, ubi Liguria

Florentia. principium est, quae Varo in extremo Italiae termino finitur. In Hetruria hodie Florentia clarissima, aliquando Fluē-
tia, quod ad Arni fluenta extracta sit, dicta: & Fluentini illi populi Catoni & Plinio, qui nunc Florentini
nomine magis auspiciato uocantur, ut in quadam ad Scalā suam epistola Angelus tradit Politianus. Sunt uero qui
Florentiae nomē antiquum, & ipsam
nobilem fuisse P. Romani coloniā, ex
Frontini de Colonijs fragmentis pro-
bent: neque unquam ab ullo uetere au-
thore à Fluentinis Fluentiae illic op-
pidi nomen deriuatum. Ipse certe Ta-
citus Florentiam uocat lib. 11. Oran-
tibus Florentinis ne clauis solito al-
uico demotus in Arnum transferretur,
idq; ipsis perniciem afferret. Halluci-
nari autem, & toto errare caelo illos
constat, qui à flore quem oppidanis
donasse Carolum imperatorem gar-
riunt, nomen Florentiae datum haecenus putarunt.

Sabatia uada. a Luna. Portu nobilis, ut Ennius: Lunai portum est
operae cognoscere ciues. b Liguria. Duplicem faciunt Strabo & Plin. Transalpinam & Cisalpinam.
Lege illum libro quarto. Metropolis est Genua nobili portu, & uetustae potentiae fama celebris. c Sabat-
tia. Plin. capite quinto libri tertij, Albigaunum, inquit, oppidum, portus uadum Sabatium. Strabo quoque ad
Genuam, ait, Ligusticum emporium est, & Sabatia uada nuncupata, quae paludes sunt. Silius libro .8. Quisq;

tuos Flauina focos, Sabatia quiq; Stagna tenent. Haec sunt Sabatia uada, apud quae Pertinax Imperator mer-
caturas exercuit, auaricia & lucri cupiditate ad priuatorum hominum studia raptus, ut ait Capitolinus. Mela

Sabatia. igitur recte inter oppida numerat. Sabatij inde dicti Ligurum celeberrimi Straboni. Non ignoro Hetruriae par-
tem Sabatiam dictam Catoni, à Sabatio scilicet eius Sabi patre, qui Sabinis nomen imposuisse creditur, ut lib.
7. scribit Silius. Fuit autem Sabatius Saga cognomine Saturnus ille, qui, ut Berofus tradit, in Italiam ad patrē

**Iupiter Sabati-
us.** Ianum uenit, quem hospitio exceptum Coritum, id est haestatum Iouem creauit. Nam agriculturae rationem au-
xit, falcesq; scenarias, frumentarias, & suas & putatiuas arborum (ut Annij uerbis utar) instituit. Inde Iouem
Sabatium nominatum uero est simillimum, cui sacra aliquando Romae cepta sunt, nouo ritu & moribus Roma-
nis aduerso prohibente ea. C. Cornelio Hispano praetore peregrino, ut Valerius libro primo scribit, etiā si apud
eum Sabazius legitur. Et sunt qui illic Dionysium Sabazium intelligat, non Iouem, ex Suida & Apuleio, qui Bac-
chum Sabadium cognominant: nomen datum existimantes ἀπὸ τῆς σαβάζου, quod barbari tripudiare cum sa-
rore dixerint, ut adnotauit Caelius capite. 15. libri quarti.

Alpes. d Varū. Lege de Varo Strabonem libro quar-
to à principio. e Alpes. Quas Silius libro tertio, Clausas niuibus rupes, suppositaq; caelo Saxa, uocat.
Festus Alpum Sabinos dixisse ait, quod album posteri Latini dixerunt: ut credi possit nomen alpium à niuium can-
dore inoleuisse. Earum mensum ex uarijs authoribus Plinius retulit capite. 19. tertij libri. C. Sempronius, Al-
pes, inquit, tribus partitionibus scantur. Prima Ligurum, quod ab eis orientur, à Nicca ad Poeninum. Sequens
ab eo ad Ocrum montem Poeninus dictus à transitu Hannibalis, à quo & Poeninum iter postea dictum. Tacit-
us libro. 17. Poenino itinere subsignatum militem, & graue legionum agmen hybernis adhuc niuibus tradu-
xit. Tertia Taurisana usque in Histriam. Omnibus autem in Alpibus, exceptis Liguribus, notissimam originē
Hetruscā esse scribit, & praecipue Rhetijs. At Melan in Histriam solum, sed Byzantium usque ad Euxi-
ni litora expansa montana Alpium nomine donat. Pomponij sententiam Tacitus confirmat, alicubi Pannoni-
carum alpium mentione facta, cum ante Cotiarum, Graiarum, Iuliarum, Poeninarum, Rhetica-
rum meminisset. Rufus etiam Sextus in Epitome ad Valentinianum Augu. Accesserunt, inquit,

Romanae urbi Alpes maritimae, alpes Cotiae, Rheticae, Noricae, Pannonicae.

Nullus uero poeta Latinus, quod quidem sciam, uberius elegantiusq; de
Alpibus retulit, quam Silius libro belli Punici tertio.

GALLIA NARBONENSIS.



GAllia. Marcellinus. 15. lib. Hanc, inquit, Galliarum plagam ob suggestus montium arduos, & horrore niuali semper obductos, orbis residui incolis antehac penè ignotam, nisi qua litoribus est vicina, murimura claudunt undique natura uelut arte circumdata: & à latere quidem Australi Tyrreno abluitur, & Gallico mari: qua cœleste suscipit plaustrum, à feris gentibus

GAllia à Lemano lacu, & Gebennicis montibus in duo latera diuisa, atque altero Tuscum pelagus attingens, altero oceanum: hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenæum usque promittitur. Pars nostro mari apposita, fuit aliquando Braccata, nunc Narbonensis, magis culta & magis^b consita, ideóque etiam lætior. Urbium quas habet, opulentissimæ sunt^c Vasio Vocontiorum, ^dVienna

nensi tribuitur: quod plaustrum suscipit cœleste, hoc est sub Arcton uergit à Pyræo, Aquitaniam, mox Celticam siue Lugdunensem, postremo ad Rhenum Belgicam, in qua & Heluetij sunt, continet. M. Cicero in oratione de prouin. Consularibus, Gallie, inquit, duæ, quas hoc tempore uno imperio uidemus esse coniunctas &c. Quo in loco Narbonensem & Comatam intellexisse uidetur, in quas peculiariter ea Gallia, quæ ultra Alpes est, diuiditur. De Narbonensi hic fit mentio, aliæ Gallie libro tertio reddentur. Caius Cæsar in primo cõmentariorum belli Gallici, tres tantum Gallie partes esse uoluit: & uideri potuit septentrionalem tantum, in qua res maximas gessit, diuise: nisi lib. 4. Strab. illam eius sententiam fuisse assereret. Ammianus quoque, qui Cæsarem secutus: Priscis, inquit, temporibus, hæ partes, ut Barbaræ tripartite fuisse creduntur, in Celtas eosdem Gallos diuise, & Aquitanos, & Belgas. Augustus melius quadrifidam Galliam statuit, quem Strabo, Mela, Plinius, Ptolemæus secuti sunt. Narbonensis, cui à clarissima ciuitate sua nomen est, citius cæteris, nec sanè difficile prouincia facta est: congruebant mores, & Massilia studiorum aliquando mater, Græca mollitie propinquum agrum à seuitia (ut Itali nominant) feritatzq; & armorum studijs ad mansuetius uite genus auocauerat: aliæ durioris cœli, tum & origine, & armorum exercitio Germanis persimiles, adusque Dictatoris tempora liberæ mansere: mox uolentibus (ut puto) fati ab illo deuictæ, qui Romam ipsam uicit. Sed illa Narbonensis primum per Ful. Flaccum, qui Massiliensibus auxiliatum uenerat, mox Sextij leuibus bellis, postremo Fabij illius qui Allobroges fortissimam gentem uicerat, uirtute pellecta, Romanæ potentie haud ægre cessit. Braccata aliquando dicta à uestium (ut est notum) habitu, cum reliqua à nutriendi capilli studio Comata diceretur: quanquam sunt qui toti id nomen Gallie fæso tribuant, illo Lucani uersu moniti: Crinibus effusis toti prælate Comatæ. Constat enim ex libro undecimo Cornelij Taciti, Comatam à Narbonensi aliam esse omnino. Referrem hoc in loco quæ Gallorum origo, quæ nominis ratio, nisi uiderem inuito mihi extuberare scholia, ut planè non scholia, sed uerbofa commentaria cuiusdam uideri possint. Porro omnia mihi diligentissime reddidisse uidetur libro. 15. Ammianus. Id regnum hodie potentissimum est, cum uectigalium amplitudine, tum singulari quadam grauitate, & multorum consilijs confirmata prudentia insigne. ^a Lemano. Lacu quem hodie Gebennicum & Losanensem uocant: de eo Lucanus libro primo: Deferuere cauo tento ria fixa Lemanno. In eius ora situm oppidum Genua, siue Geneua Cæsari, qui idem libro. 7. Gallici belli Gebennam nominat motem Heluios ab Auernis separantè. Hodie Gebenna, Luciano Gebenna libro primo: Qua montibus ardua summis Gens habitat, cana pendentes rupe Gebennas. Gebennicos montes scribit Hermolaus eos esse, quos Cemeos Græci uocant, Aquitanos alicubi à Celtis separantes, quod Strabonis sententie propè accedit. ^b Consita. Ideo Plinius, Agrorum, inquit, cultu, uirorum morumq; dignatione amplitudineq; opum nulli prouinciarum postponenda, breuiterque Italia uerius, quàm prouincia. ^c Vasio. Hanc & Plinius Vocontiorum facit caput, retinet hodie nomen. Sed Vocontij, Tricastinis à meridie iuncti in Druentium amnem inclinant, hodie pars horum, quos Sabaudios nominamus. ^d Vienna Allobrogum. Aequè illustris, cui ne hodie quidem quicquam de uetusta claritate demptum est. Est & Ostriæ Vienna clarissima, sed quam Vianam Plinius nominasse uideatur inter oppida Norica libro tertio, ut Hermolao placere uideo: Cui sanè & ipse accederem, nisi oppidum minime uetustum esse id argumento foret, quod nulla prorsus

Cæsar.

Ammianus.

Narbonensis.

Braccata.

Lemano.

Vasio.

Vienna.

Vienna.

paulo remotioris antiquitatis apparent uestigia. At infra Viennam interuallo .24. mille passuum, ad Danubij alueum locus est, quem Petronellam uocant, cum maximi oppidi uestigijs: nam rudera passim ingentium edificiorum extant, & tabulae plurimae latinarum literarum, tum & numi, Romanarum legionum, ad Istri ripas contra Germanos excubantium testes. Ibi Vianam fuisse non ausim asserere, tam diuersa sententiarum contentio, ne dicam audacia durat. Allobroges & uictoria Fabij & Catilinae coniuratione noti sunt, ad tractum Lugdunensem olim siti, Ptolemaeo.

Auenio. Inquam Pontifices Romani ius habent. Cauares autem Cartaros Strabo (nisi fallor) noiat, Ptolemaeus Cauaros, intra Druentium &

Nemausus. Isaram amnes sitos. **b Nemausus.** Strabo quoque lib. 4. Arecomicorum metropolis Nemausus est. Arecomici, ut idem scribit, pars Volcarum trans Rhodanum in occasum uersi. Nemausus secundum Narbonem, omnium in eo tractu clarissima olim: quatuor enim & uiginti uicos eiusdem nationis sub-

Tectosages. renensis adproximans, à qua Tolosani Tectosagij dicti, Plinio. Tectosages autem fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenaeis propinqui & Cemenijs sunt: adeo olim potentes opibus, & uirium praestantia, ut per Graeciam tunc uicttricem gentium, magna hominum manu profecti, in Asia supra Phrygiam Cappadociamque; sedes posuerint, incolumes ab omni finitimorum incurfu. Tectosages & Tholistobogi dicti Floro, Plinioque, & ceteris. Notum est adagium, Aurum habet Tolosanum. De cuius raptu quaestionem aliquando habitam Romae scribit M. Cicero lib. de natura Deorum. 3. Conuenit autem in eum cui fata res secundas esse nolunt, cuique malum malo exaggeratur. Meminit Gellius lib. 3. apud quem corrupte ferè legitur, terra Italia, pro eo quod est terra Gallia. lege si lubet. 22.

Secundani unde lib. Iustinum. **d Arausio.** Nunc Arausinae ciuitas dicta. Secundanorum, ut aliae Sextanorum Septumanorumque, & id genus cognominibus adpellantur: à legionum uidelicet ordine numeroque; illuc à Triumuiris Cae-

Nota. Dictatoris cura adhibitis deductarum, eo modo quo secundum Graecos Romani frequenter sunt soliti. Nihil enim est omnium, quod amplius firmiusque gentis alidius imperium facit, quam cura illa, quae deducendis colonijs impenditur. Citius tuis mandaueris quam alienis: nec est homini difficile ad eos quacumque fide data, desciscere, quibus cum sibi in uita morumque ratione conuenit. Ea de re uidemus persaepe, à magnis principibus longius egressis plerosque occupari, metu magis uiolentiae, quam prompta fide subiugos, qui cessante timore, tanquam ab odio uictore libenter desciscunt. Secundani ergo secundae legionis milites, ut Sextani sextae, Decumani decimae, sicque de alijs ordinum militibus pari ratione. Capitolinus in Clodio: Tribunus equites Dalmatas egit, & legionem quartanorum. Tacitus lib. 1. Inferioris exercitus miles in rabie prolapsus est, orto ab undecimanis quintanisque initio & tractis prima quoque & uicesima legionibus. Et paulo infra, Quartadecimani (inquit) paulum dubitauerant. Item: Sinistrum latus uicesimani, dextrum quintani clausere. Simili modo & teriadecimanos alicubi uo-

Dubium quae lingua Gallis tribuenda. cat decimae tertiae legionis milites. Haec res Gallorum genuina lingua deficiente, uernaculum paulatim induxit, nec Latium sanè, nec Gallicum. Nec est in promptu dicere qua lingua primi Galli fuerint usi: Graecam calluisse Caesaris testimonio constat, qui in primo Commentario in Heluetiorum castris, qui tum Galli erant, tabulas Graecis literis inscriptas inuentas ait, quibus occisorum in pugna numerus continetur. De his referendi amplius nobis tertio libro fortasse locus dabitur.

c Arelate. Plinius quoque in mediterraneo, inquit, colonia Arelate Sextanorum, Biterra Septumanorum. Strabo Arelaten iuxta Rhodanum sitam amplissimo emporio insignem esse scribit. Hodie Honorato & Hilario sanctissimis aliquando praesulibus suis clara est. Biterram Pomponius & Strabo Bliteram uocant. **f** Sed antestat. Plinius quoque Martium cognominat, nam maxima

Narbo. inde terra illi olim auxilia fuerunt, ut Pomponius refert. Haec hodie aequae est clara atque olim fuit. Commendata maxime libro quarto Straboni. Ad Atacem amnem haud longe à mari sita. Atacinos uero ab Atace dictos,

Atacini. à quibus Romae Atacinorum nomen ortum sit, tradidit Hermolaus. **g** In litoribus. Tans Varum scilicet: at Ptolemaeus citra statuit. Plinius libro tertio, A Varo inquit. Nicca oppidum à Massiliensibus conditum. & c. Iuxta fluuium Padonem, Paulonem supra Pomponio dictum. **h** Austro atque africo exposita est. Strabo, Vniuersa circumiacens ora, inquit, uentis exposita est. Id quod satis litorum forma demonstrat.

a Deceatim. Ligurum transalpinorum, Nam clarissimos Ligurum fuisse Salyos, Deceates, & Oxybi-
es, satis ex Strabone, Plinio, & Floro constat. **b** Antipolis. Græca urbs est, ut & Athenopolis à Massili-
 ensibus condita, Plinio. Tacitus libro decimo septimo: Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Gallia municipi-
 um reuertere. De foro Iulij, quæ Pacensis cognominata est, Olbia item & Citariste promont. etiam Ptol. Vide
 eabulam Europe tertiam. De Glano Plinius. **c** Halycidon. Nomen à Salinis datum, quas Halycides Græ-

Ligures.

Halycidon.

git oppidum **d** Deceatum, tangit **b** Antipolis: dein-
 de forū Iulij Octavianorū colonia, tunc post Athe-
 nopolis, & Olbia, & Glanon, & Citaristes, & **c** Ha-
 lycidon **d** Massiliensium portus, & in eo ipsa Massi-
 lia. Hæc à Phocæis oriunda, & olim inter asperas po-
 sita, nunc ut pacatis, ita dissimillimis tamen uicina
 gentibus. Mirū quàm facile & tunc sedem alienā ce-
 perit, & adhuc morem suū teneat. Inter eam & Rho-
 danum maritima Auaticorum stagno affidet **e** fossa
 Mariana. Partem eius amnis nauigabili alueo effun-
 dit: alioquin litus ignobile est Lapidum (ut uo-
 cant) in quo **f** Herculem contra Albionem & Ber-
 giona Neptuni liberos dimicantem, cum tela defe-
 cissent, ab inuocato Ioue adiutū imbre lapidum fe-
 runt: credas pluuisse, adeo multi passim & late iacēt.

ci uocant, ut hoc in loco ex Strabone
 Hermolaus tradidit. **d** Massi-
 liensium. Vrbs aliquando fama rerum
 gestarum, abūdantia opum, uiriumq;
 & doctrinarum gloria florentissima.
 Cicero in oratione pro Flacco: Neq;
 uero te Massilia prætereo, q̄ L. Flac-
 cum nulitem quaestorem cognouisti:
 cuius ego ciuitatis disciplinam atque
 grauitatem nō solū Græcia, sed haud
 scio an cunctis gentibus antepōndā
 iure dicam. Quæ tam procul à Græ-
 corum omnium regionibus, disciplinis,
 linguisq; diuisa, cum in ultimis terris
 cincta Gallorum gentibus barbariæ
 fluctibus alluatur: sic optimatum cons-
 silio gubernatur, ut omnes eius instituta
 laudare facilius possint, quàm ama-
 lari. De huius origine Iustinus qua-
 dragesimo tertio libro multa. A Pho-

Massilia.

ceusibus Asiaticis conditam esse constat, qui rectius à Phocæa illa sua Phocæenses dicerentur, teste Hermolao. Lu-
 canus certe Phocaida nominat: Phocais in dubijs ausa est seruare inuentus Non Græca leuitate fidem. Et oras
 illic Phocæicas libro quarto Sil. Scipio Phocæicis sese referebat ab oris. Lucanus libro quinto ex ea Phocide
 quæ iuxta Bœotiam est, profectos esse, qui Massiliam condiderint, indicat, cū ait: Fama ueteres laudantur Athe-
 næ, Massiliæq; sue donatur libera Phocis. At Strabo quarto libro supra Iustini testimonium, ab Asiaticis condi-
 tam tradit, qui ab Ephesia Diana cursus initium auspiciati fuerint. Idem Strabo decimo quarto libro: Post Leu-
 cas, inquit, in sinu est Phocæa, de qua tunc diximus, cum mentionem de Massilia faceremus. Quin & Ammianus
 libro decimo quinto: A Phocide, inquit, Asiaticus populus, Harpali inclementiam uitans, Cyri regis præfecti, Ita-
 liam nauigio petit: cuius pars in Lucania Veliam, alia condidit in Vienncnsi Massiliam. quæ uerba ex libro deci-
 mo noctium Atticarum Gellij mutuatus est. Idem de Velia in Lucania alicubi Strabo commemorat. Agathius
 quoque Græcus & ipse scriptor in eandem alicubi sententiam retulit. Decipiuntur igitur nominum simbolo, ut
 mihi uidetur, qui Lucano fisci, Phocæisibus Europæ magis quàm Asiæ Phocæisibus Massiliæ originem adscribūt.
 De urbis huius ueteribus institutis multa libro secundo Valerius, & Rhodiginus Cælius cap. octauo libri anti-
 quarum lectionum nomi. Inclytam fuisse clarissimo gymnasio in Agricola uita Tacitus testatur, cum socerū scri-
 bit Agricola statim paruulum, sedem ac magistram studiorum Massiliam habuisse, locum græca comitate &
 prouinciali parsimonia mixtum, ac bene compositum. Læge Strabonem. **e** Fossa Mariana. Plinius Marij
 & opere & nomine insigne stagnum uocat. Strabo lacum Marij amœnum aspectu, & Ostreis refertissimum: in
 hunc ex Rhodano fossam ductam fuisse Plinius indicat. Ideo nauigabili cū amnis alueo effundi ait Mela: à Stras-
 bone quidem diuersus, qui monte intermedio lacum ab ostijs secerni ait. Illic cognomine oppidum esse Ptolemæ-
 us planè, & Pomponius hic suis uerbis ostendit: & stagnum Auaticorum, qui eo litore celebres fuere cognomi-
 nat. Constat autem Marium in Narbonensi cum alia egisse præclarum, tum Cimbros ad Sextias aquas, quas Se-
 xtius, ut fertur, ante se condiderat, magna profligauisse uictoria, unde & locis sua cognomina fuerunt. **f**

Lucanus.

A Phocæisibus
condita Massi-
lia.

Herculem. Multi Aegyptium intelligunt. At constat Argiuo pleraq; omnia uel ab alijs gesta tribui. Notandum
 & in Liguria locum fuisse, ut in Originibus M. Cato scribit, quo compluti à Ioue lapides iacuerunt, in auxiliū
 Herculis contra Ligures Etruscos Gigantes. De his Aeschylus locutus est, cū (ut Strabo indicat) Prometheum
 inducit, Herculi ea quæ sibi euentura essent, si ad Geryonem tendat, inter alia in hæc uerba canentem: Ad for-
 tem Ligurum & timoris inscium aduentabis exercitum, & paulo infra: Ibi ne lapidem quidē illum è terra ca-

Lapides com-
pluti.

Aeschylus.

ptandum habebis, cum totus mollis locus existat. Spectans uero te opis egentē Iupiter miserebitur, & nebulam intendens, & rotundarum imbrēm petrarum infundens solum inundabit, quarum ope congressus, facile Ligusticum uastabis exercitum. &c. Meminit eius loci ex fabula, quae Prometheos Hymenaeos inscribitur, in Astronomicis Hyginus. De Lapideo uero in Narbonensi hic Pomponius, & libro tertio Plinius. Quem Ioannes Annius eius factionis, quam praedicatorum cognominant, monachus non admodum iuste reprehendit, manifesto Pomponio quasi uero utriusque tales campi non fuerint. Porro hic contra Albionem & Bergionem dimicauit, illic contra Ligures Gigantes Lamones dictos. Postremo tanquam Melam non legerit, à nullo Historicorum Latinorum hos campos in Gallia statui, ausus est asse-

Plinius à calū-
nia defensus.

Albion.
Bergion.

rere falso. Albionem autem & Bergionem Gigantes fuisse Neptuni filios, ideo fictum, quod authore Diod. Hercules Barbaros motanos infestos transeuntibus, latrocinijsque assuetos, occisis eorum ducibus deleuit: è quorum numero illos fuisse cum terra, tū mari mortalibus infestos crediderim. Constat Gallos Herculem coluisse: quo uero habitu, Lucianus doctissime explicat in Dialogo, cui titulus est Hercules Gallicus, hunc legito. Lapidis adeo numerosa copia sparsos Aristoteles à terrae motibus è mari bullitibus in plana iactos autumauit, Possidonium ex congelatione coeni. Aristotelis ratio uero similior est. a

Rhodanus.

Rhodanus. De hoc anme perquam eleganter libro tertio Silius. Lucanus libro primo. Plinius à Rhoda in illo tractu Rhodiorum colonia, nomen impositum scribit. Apud Salassios in agro Sedunensi, ad eas Alpes quas hodie sancti Bernardi cognominant, caput tollit, ac primum uario decursu, nec unum in cardinem flexus, in occasum tandem conuertitur, & Lemannū fundit. Meminit ortus eius pluribus Marcellinus libro decimoquinto: Ararim recipit tardiolem, Zone uernaacula accolarum lingua dictum, mox inter praecipuos Isaram & Druentium è Panninis & Graijs iugis elapsos recipiens, tribus ostijs magno undarum impetu, in Gallicum egreditur sinum. Ambrosius libro Hexaemeron secundo, Rhodanus, inquit, rapido concitus cursu Tyrrheni aequoris freta scindit: in quo non mediocriter fertur nauigantium periculum, dum inter se maris fluctus & amnis fluentia decertant. Fontes sui à Rheni fontibus non adeo absunt, ab ortu Danubij ampliori. 100. milliū passuum interuallo. lege Caesarem. b Hac intrat. Meridiem uersus elabitur. c Stagna Volcarum. Meminit eorundem Plinius his uerbis: Oppida decetero rara praecipientibus stagnis, Agatha quondam Massiliensium, & regio Volcarum Teffosagum. Volcarum utique nomen trans Rhodanum in occasum, uel Ptolemæo teste, celeberrimum fuit, sicut citra Saliorum siue Salzum. Inter rara illa Lataram censet Melas, & minime reliquis celebre Ledum flumen. d Mesua. Is est quem mortem hodie Pullerium uocant, oppido uicino, eius nominis, quod Agatham dictum Plinio & Straboni, & hic Pomponio, coniecturis non uanis colligitur, uulgari lingua Mompulier uocatur, Ptolemæus Agathopolim dixit. Vide tabulam de Araurari omnes. e Obris. Plinio Obrin, Ptolemæo Orobius dicitur. Certe & Obris Plinio dictus uidetur: sed nomen corrupisse ut aliàs saepe, librariorum. Quanquam uideam nihil magis uariari quam locorum nomina: quae, si tantopere res omnes pessum abeūt, & omnia mutare tempus solet, quis & haec ipsa adeo mutari miretur? Etiā si nulla re magis id usu uenit, quam quod nobiliū scriptorū autoritatē agnoscētes, egre uel leuicula uitia puitijs recipimus: & condonare non raro quam emendare malumus: odiosissima librariorū infectia, hoc modo magno fastu sese uenditante. f Atax. Clarus fluius. Lucan. lib. 1. Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas. Plin. quoque è Pyrenæis oriri eū ait, Orobius tamē & Arauraris è Cemeni mote. g In-

Volca.

Mons Pessula-
nium.

Librariorum
infectia.

Atax.

gentis aluci.

gentis aluci. Quem crebris incrementis extendit, alioqui multo angustioribus undis delapsus: id quod propè omnia è montibus lapsa flumina solent. De Rubreso etiam Plinius. a Tenuis aditu. Per angustas fauces.

b Leucata. Nomine à candore dato, ut alibi sepe. c Salsusæ. Antoninus in itinerario, Salsulas, sed Salsulæ. alio in loco huius litoris nominare uidetur: quod minime mirum est, cum frequentes salinæ idem diuersis locis nomen dare potuerint. Et nostra lingua Hall commune his locis nomen existit, in quibus salis, aut metallici & fossi-

tij, aut factitij copia est, Græco ut-
cunque seruato nomine, nam & ipsis
ἄλας sal dicitur. d Vnde Graijs.
Strabo libro quarto, iuxta Ruscino-
nem, inquit, lacus est & ager, quem
alluit exiguis supra mare refertus sa-
linis, habet is effossiles pisces Cestri-
as: nã si quis duos aut tres fodiat pe-
des, & in limosam aquam fuscinã de-
miserit, piscem eximia magnitudinis
fixum penetrat, limo autem instar an-
guillarum alitur. Hactenus Strabo. Se-
neca libro tertio naturalium quæstio-
num ad Lucilium, Theophrastus, in-
quit, affirmat pisces quibusdam locis
erui: multa hoc in loco in mentem ue-
nere, quæ urbane in re incredibili fa-
bulam dicas, non cum retibus aliquè,
nec cum hamis, sed cū dolabro ire pi-
scatum. Quid autem? quare non pi-
sces in terram transeant, si nos maria
transimus? Quibus uerbis indicat nõ
adeo à uero alienum esse, in terra na-
sci pisces posse: quod Mela negat, du-
bitans, ueri ne ignorãtia, an quod de

Pisces terreni.

industria mentiendi libidine prouecti, id tradere posteris uoluerint. Theophrastus grauis author, in Paphlago-
nia effodi pisces gratissimos cibus, terrenis altos scrobibus tradidit. Plinius Secundus, magnus alioqui Græcæ
uauitatis irrisor, capite quinquagesimo septimo. 9. libri de terrenis piscibus scribens, uerosimilia esse innuit, quæ
tradidit Theophrastus. e Sardonum. Plinius: In ora, inquit, regio Sardonum, intusq; Consuaranorũ, flu-
mina Thelin & Obrin, oppidum Illiberis magnæ quondam urbis tenuis uestigium, Ruscino Latinorum. &c.
quem locum propè ad uerbum ex Pomponio transtulit. Verum Obrin meminisse maluit, quàm Thicis, quod in
Hispania statuit: nisi aliud est Thicis, quod Rhodam præterfluit, infra Mele redditum.

Theophrastus

Ruscioni ab amne uicino nomen est, cuius & Ptolemæus meminit. Il-
liberri, ut Hermolaus tradit, Eliberis, Ilbirris,

Eliberi & Illiberis, usu cõ

fisanco dicitur. f Veneris. Quam Pyrenæam Plinius cognominat.

Strabo locum ipsum Aphrodisium, Ptolemæus Veneris

templum: iuxta quod non admodum

ceteris memo

ratus locus Ceruaria

est.



Hispania à Pyrenæis ad fretum usq; Gaditanum ora in meridiem & nostrum mare cōuersa pro-
currit. Hanc, ut reliquas hæctenus, more suo Pomponius legit, ulteriora latera tertio libro red-
diturus. Nos in studiosorum gratiam, generatim hoc in loco, quæ ad eius terræ uberiores no-
titiæ facere uidentur, paucis præfabimur. Quicquid trans Pyrenæos montes in occasum ex-

panditur, uno id nomine Hispania di-
citur: terra uiris (nam Quintilianum,
Senecam, Martiale, Silium, Lucanum,
aliosq; innumeros genuit) equis, me-
tallis plumbi, ferri, æris, argenti, au-
ri, tum & minio, & marmore diues:
ut Plinius & Strabo uterq; tertio li-
bro, Iustinus libro ultimo, Diodorus
libro sexto. Et alicubi Martianus So-
linusq; tradunt. Ea in ulteriorem ali-
quando & citeriorem diuisa est. Vlte-
rior in Mauritaniam & Atlanticum
inclinans. Prouincias habet Bethicā
fertillissimam, à Bethi, quo irrigatur
anno dictam. Alteram Lusitaniā, à
Lusu Liberi patris sic uocatā, ut Pli-
trahit perpetua latera continuus, donec per omnem
prouinciam longo limite immissus, in ea litora quæ
occidēti sunt aduersa, perueniat. Ipsa Hispania nisi
qua Gallias tangit, pelago undiq; incincta est, ubi il-
lis adhæret, maxime angusta paulatim se in nostrū
mare & Oceanum extendit, magis magisq; latior
ad occidentem abit, ac fit ibi^f latissima. Viris, equis,
ferro, plumbo, ære, argento, auroq; tam abundans,
& adeo fertilis, ut sicubi ob^s penuriam aquarum ef-
fecta, & sui dissimilis est, linum tamen aut^h spartū
alat. Tribus autem est distincta nominibus, parsq;
eius Tarraconēsis, pars Bethica, pars Lusitania uo-

Hispaniæ sum-
maria descri-
ptio.

Pyrene.

Spartum.

Pyreneus.

Locus Plinij
Cecilij.

Maria Ca-
taneus.

Lusitania ferè ad Portugalliam attinet, supra quam Gallicia est & Guasconum sedes in septētrionem exposita,
Amnes Hispaniæ clarissimi sunt, Iberus, Bethis, Tagus, Anas & Durius. Vide tabulam Europæ secundam Ptol.
& adhibe quæ scribit capite primo tertij libri Plinius. Hispaniæ laudes Cælius conscripsit Rhodiginus lib. ant.
lecti. 10. cap. 22. Pyreneus. Qui Hispanias Galliasq; determinat promontorijs in duo diuersa maria proiectis,
Plini. Silius Italicus lib. 3. Pyrene celsa nimbo uerticis arce Diuisos Celtis alte prospectat Iberos, Atq; æter-
na tenet magnis diuortia terris. **b** Hinc. **A** Ceruaria loco. **c** Britannicum. Ptole. Cantabricum à
Cantabris. Vtrunque belle conuenit. **d** Minore eius parte. Quam Artabri, Astures Cantabri, & Vardus
li, nunc Vascones tenent: in id enim latus Pyrenæi iuga maxime inclinant: **e** Occidenti. Cardini occiduo:
nam ad cælū respexit Pomp. **f** Latissima. Inter Celticum promontorium, & extimum freti Gaditani li-
tus, ubi Iunonis est templum. **g** Penuriam aquarum. Qua plerisq; locis premitur. **h** Spartum. He-
bam sponte nascentem, & quæ feri nequeat, nam proprie iuncus est aridi soli. Crescit in Africa exiguum, & in-
utile, melius in agro citerioris Hispaniæ, montibus etiam sparto opertis. Plinius author capite secundo libri. 19.
cius usus in nauticis præcipuus est, rudentum inde sumpta materia. Strabo tertio libro eum agrum ideo Sparta
rium uocat, spatiosum admodum, & aquarum indigentem. Sed reuertamur ad Pyrenæum. Strabo, Pyrenes, in-
quit, latus in Hispaniam uergens, consitum est uarijs arboribus, materiæ multitudine, & quæ semper uirēs ger-
minat: alterum autem Galliam spectans, nudum omnino: nomen accepit à fulminum ictu. Silius à Pyrene Bebry-
cis filia dictum, fabulose tradit libro tertio. Diodorus libro sexto, ubi de Pyrene, Ferunt, inquit, præcis tempo-
ribus igne à pastoribus iniecto, montanas omnes regiones fuisse combustas, qua ex re montes aiunt cognomina-
tos Pyrenæos. Et quia hoc in loco Pyrenæi meminimus, Plinianus mihi locus incidit, in Panegyri ad Traianum
scripto, haud dubie corruptus: apud quē ubi de Germania fit mentio, Pyrenæus alpes imensiq; alij montes &c.
legitur pro eo quod est, Pœnina alpes, non Pyrenæus alpes. Nec deceptus est Secundus, quem utique multo ma-
xime hæc animo tenuisse credo, sed plerique omnes corrupti codices: id quod Ioannes Maria Catanæus inter-
pres suus belle, ut est doctissimus & plurimæ lectionis homo deprehendit, loco tamen non plane excusso, commi-

uens, immo indignans: nam quæ librariorum culpa erat, Plinio tribuit, erratum agnoscens. De Pœninis alpi-
hoc est Pœnino monte. M. Cato, & C. Sempronius meminerunt. Marcellinus, Alpes, inquit, Gratiæ, Pœninae uel,
habent & Auanticum desertam ciuitatem, sed non ignobilem quondam &c. Ptolemæus eas Pœnas uocat, nomi-
ne ad Ocrum usque, qui sub Rhetijs est, durante, ut supra docuimus. Pars harum in Heluetios nostros uersa Di-
ui Bernardi auspiciatum hodie cognomen habent. Nec temere ad Gratianum Ausonius, in superabilia Rhetia uo-

catur. Tarraconensis ^a altero capite Gallias, altero
Bethicam Lusitaniamq; cõttingens, mari latera ob-
iicit nostro, qua meridiem, qua septentrionem spe-
ctat Oceano. Illas fluuius Anas separat, & ideo Be-
thica maria utraque prospicit, ad occidentem Atlã-
ticum, ad meridiem nostrũ. Lusitania Oceano tan-
tummodo obiecta est, ^b sed latere ad septentriones,
frõte ad occasum. Urbium de mediterraneis in Tar-
raconensi clarissimæ fuerunt ^c Pallantia, & Numan-
tia, nũc est Cæsaraugusta. In Lusitania, ^d Emerita: in
Bethica, ^e Astigi, Ispalis, Corduba. At si litora ^f le-
gas, à Ceruaria proxima est rupes, quæ in ^g altum Py-
renæum extrudit. Dein Thicis flumen ad ^h Rhodã,
ⁱ Clodianum ad ^k Emporia. Tum mōs Iouis, cuius
partem occidẽti aduersam eminentia cautium, quæ
inter exigua spacia, ut gradus subinde confurgunt,
^l Scalas Hannibalis appellat. Inde ad Tarraconem
parua sunt oppida, ^m Blanda, Illuro, Betullo, Bar-
chino, Subur, Tholobi. Parua flumina, Betulo iuxta
Iouis montem, Rubricatum in Barchinonis litore
inter Subur, & Tholobin maius. ⁿ Tarraco urbs est
in his oris maritimarum opulentissima. Tulcis eam

tiberorum Numantini dicti: sed Numantia clade sua notior est, quàm ut memorari debeat. Lege lib. secundo Flo-
rum. De Cæsaraugusta ad Iberum sita, Ptol. Strabo Augustam Cæsaream nominat. ^d Emerita. Strabo
Augustam Emeritam ostendit. Est hæc urbs cocco celebris: est id rubeum gramen, cuius succo uelera tingun-
tur, Tyrio splendori neuiquam cedentia, ut Plin. scribit. 41. cap. noni libri. ^e Astigi. A quo Astigitanus
conuentus, Plinio, sicut Cordubensis, Ispalensis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Bethicam Plin.
ait cunctas prouinciarum diuiti cultu excellere, fertiliq; insuper, ac peculiari nitore. De Corduba Silius libro
tertio: Nec decus auriferæ cessauit Corduba terræ. Bethici, authore Strabone, studiosissimi & amantiissimi ue-
tustatis extitere. Extant qui maioribus non cedunt, & fuere haud multis retro annis doctissimi, è quorum nu-
mero Alphonsus Rex Astronomus clarissimus. ^f Legas. Stringas, maritimo trãsitu. ^g Altum. Ma-
re. ^h Rhodam. Strabo non Rhodam, sed Rhodopen uocat Emporiensium, quam Sambroca amnis præ-
terit: eam à Rhodijs conditam fuisse multi tradiderunt: eximium aliquando Ephesiæ Dianæ ueneratione.
ⁱ Clodianum. Flumen id est, Ptolemæo Clodianus dictus. Plinius Albam uocauit. ^k Emporia. Neu-
tro pluratiuo, dicimus Emporium quoque, & Emporiæ foeminino. Straboni, ab oppido Emporienses dicti.
^l Scalas Hannibalis. Sunt & turres eadem fortassis Hannibalis in eo litore dictæ, nocturnis aliquando faci-
bus insignes, Plinio: & alicubi Specule Hannibalis cognominatæ, terrenas turres iugis montium impositas, ut
35. libro scribit idem author. ^m Blanda. De his oppidis illo in litore Plin. Strabo, Ptol. passim. De Betu-
lone Ptolemæus. eius irrigatione ager Barchinonensis letissimus est. De Rubricato, à quo Rubricatæ oppido
nomen, idem author: quanquam ut uidetur alio situ. Plinius in hoc tractu & Subi fluum nominat, unde fortasse
Subur oppido nomen. ⁿ Tarraco. Clarissima, id quod cognomen potiori totius Hispaniæ parti datum

cat iuga, cum altitudine uisenda, tum
hyeme propè perpetua iculta: ea Al-
piũ à Gallijs Germanijsq; Italiã se-
cernentium immanitas est. ^a

Altero capite. Quo in Pyrenæũ desin-
nit, hinc in utrunque pelagus excurs-
rens. Vtere hoc loco pictura. ^b

Sed latere ad septentriones. Plinius.
capite. 21. quarti libri, Lusitaniam à
septentrione Durio amne finit, reli-
qua citeriori attribuens: in qua sentẽ-
tia & Ptolemæus est. At Strab. cum
Mela conuenit: nam huius regionis,
inquit, latus australe Tagus cingit,
ab occasu uero & septentrione Ocea-
nus. Idem tamen alibi, ubi de Bethi-
ca, suo tempore Durio terminari Lu-
sitaniã ait, hinc ad Arctos, quæ hodie
Gallecia dicitur, aliquando Lusita-
niã quoq; dictam. Attuli hæc mo-
nendi tantum gratia, ne cui diuersa
sententia errorem pariat, aut mole-
stiam. Nihil autem refert quo in loco
regionum sint termini, quorum per-
petua est incõstantia, dummodo de ter-
ris quæ sint aut ubi sint, constet.

Lusitania ter-
mini.

^c Pallantia. Vacceorũ, à qua Pal-
lantini, ut à Numantia aliquando Cel-

Coccum.

Alphonsus
astronomus.

Emporia.

Tarraco.

- Iberus.** indicat, Metropolis uero & ciuitatum mater. Silius libro tertio: Dat Tarraco pubē Vitifera; & Latio tantū cessura Lyeo. Tulcis, quia modicus est, minus existit celebris. ^a Iberus amnis nauigabili cōmercio diues, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica, nauū per. 260. pas. mil. capax, propter quē uniuersam Hi spaniā Græci appellauerunt Iberiā, Pli. sicut & Iberos Hispanos, & Iberi accolæ, quos una ciuitate cōtineri per rerū Hispanicarum ignorantia credidit in Historia Iudaica Iosephus. ^b Inde se in. Trans Iberi ostia, duo
- Sinus duo.** sinus sunt, mari non nihil se in litora
- Sucronensis.** insinuante: prior Sucronensis, sequēs
- Illicitanus.** Illicitanus dicitur: huic ab oppido, illi ab anne nomen datum: utruq; seiuu git promont. Ferraria. Nam totus flexus, qui est à Tarracone adusque Scōbrariam, sensim quidē pelago dat locū: at ubi maior maris est recessus, ibi excipiente impetum Ferraria pro mōtorio, in angustias utriq; sinus co artantur, in quorum margine cum amnes fluunt celebres, tū oppida iacēt non parua. Illicitani sinus Plin. memi nit, nec non Sucronis oppidi quondā
- Ferraria.** & fluij. ^c Ferrariam. Strab. 3. lib. inter Carthaginem & Sucronē locū esse Artemisium dictum scribit, qui Ephesiæ Dianæ sacellum habue rit, frequenti religione cultū, nauigā tibusq; lōgi quo prospectu expositū: cuius Cic. quoq; in ultima cōtra Ver rē actione meminit. Is ferrarias effos siones admodum feraces habet. Vnde mihi coniectura est, id esse promonto rium, quod Ferrariam nominarint, à re scilicet, accolæ. Nam promōtorium, quod terras magis in altum trahit, propē Carthaginem Plinius Saturnium uocat. ^d Sucronensis. De Sucrone, à quo sinui est nomen. Silius
- Setabis.** lib. 3. Sedentana cohors, quam Sucro rigentibus undis, Atq; altrix celsa mittebat Setabis arce, Setabis, & te las Arabum spreuisse superba, Et Pelusiaco filum componere lino & c. Inde Sudaria Setaba in Hēdecas. Catul lus dixit. Quod de urbe dictum, quanquam res indicat, fluiuium tamen esse Setabin Strab. Plin. Ptolemæus, & hic Pomp. testantur. ^e Duriam. Hermol. Turiam defendit apud Plin. cap. 3. libri tertij, ex Sallustio Phoca Grāmatico, ceteris. ^f Valentia. Tribus mil. pas. à mari remota, Plin. Meminit & Ptol. ^g Saguntum. A Zacynthijs condita, quam Hannibal contra P. R. scēdera cum diruisset, belli Punici secundi sus citauit incendium, Straboni. Eius urbis situm eleganter descripsit libro primo Silius. Meminit cladis libro pri mo tertie Decad. Liuius. ^h Alonem. Annem quem Alonam Ptolemæus nominat. De Lucentia Roma norum colonia eo ipso in loco Plin. Ptol. Lucētum supra Carthaginem o cca sum uersus statuit, indubie aliud ab illa oppidum. ⁱ Illicen. Plin. Illici, Ptolemæo lōgius à mari Illicis. ^k Hic iam. In promontorium, quod Scombrariam nominant: insula Scombria dicta à Scombrorum multitudine, è contrario sita. Plin. Saturniū appellat. Vide picturam. ^l Carthaginem. Aliquando à Scipione expugnata, Hannone non sine suoruna clade se dedente. Liuius lib. 6. tertie Decad. Ad Carthaginem nouam expugnandam totis uiribus, & bono ani mo transeamus. Fuit & alia Carthago, eodem in litore uetus cognominata. Cicero de Lege Agraria, Post autē agros, inquit, in Hispania apud Carthaginem nouam duorum Scipionum eximia uirtute possessos, tum ipsam ue tercem Carthaginem uendunt. Sita fuit haud procul Tarracone, & à Teucris condita: de qua Silius lib. 3. Dat
- Carthago.** Carthago uiros Teucro fundata uetusto. Meminit ueteris in Hispania Carthaginis Claud. Ptol. lib. 1. Silius quidem quod duarū erat, uni tribuit, idq; poëtice lege eū. ^m Hasdrubal. Is qui Barca Hānibalis genitori successit. Strab. ⁿ Virgi. Aliud ab Vrci, de quo Plin. ab illo sinui nomen, cuius idem. 1. cap. 3. lib. meminit. ^o Abdera. Nominantur eodem propē ordine Plinio cap. 1. 3. & lib. 2. Ptol. cuius tab. Europæ. 2. inspi cito: nec offendere, si nomina offendant, tantillo temporis decursu immutata: solet enim hoc in uocibus, ut alijs propē

propè omnibus, tempus. Ignobilia esse Pompo ait, cui utpote inibi nato fides danda, nam ut Plin. scribit lib. 6. Sui quisq; situs diligentissimus author est. a Pelagus. Herculeum. Silius lib. 1. Herculeo dirimente freto.

b Abyla & Calpe. Quorum unus in Europè, in Libyam procul aspicit alter. De his columnis lib. 1. multa diximus. c Concauus. Ideo Silius lib. 7. Ceu pater Oceanus cum seuior æthere Calpen & c. Lege Silium. Mela, toto Calpen excursu cauari, & primo quidem ambitu sinum mox interiori recessu specum facere

deide angustissimum^d pelagus, & proxima inter se Europæ atq; Africæ litora môtes efficiunt, ut initio diximus, colunæ Herculis^b Abyla & Calpe, uterq; quidem, sed Calpe magis & penè totus in mare prominens. Is mirum in modû^c concauus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium ferè latus aperit, atq; inde ingressus totus admodû peruius propè quâtû patet sinus, & specus^d ultra est. In^e eoq;^f Carteia (ut quidâ putant) aliquando Tartessos: & quâ transuecti ex Africa Phœnices habitant, atque unde nos sumus cingēte^g freto^h Mellaria, & Bello, & Besippo, usq; ad Iunonis promotoriû orâ freti occupat. Illud iâ in occidentè & Oceanû obliquo iugo excurrès, atque ei qd in Africa Ampelusiâ esse dixeramus aduersum, qua nostra maria sunt, finit Europen.

MEDITERRANEI MARIS INSVLAE.



Gades insula, quæ egressis fretum obuia est, admonet ante reliquas dicere, q̄ in Oceani litora terrarumq; circuitum, ut initio promissimus, oratio excedat. Pauca sunt in Mæotide (inde eni uidetur cōmodissimû incipere) neq; omnes tamē incolūtur, nā nec pabula quidē large ferunt. Hac re habitantibus^k caro

stilia uicus abluitur, qui hodie Mellariæ nomen habet, ubi accola mīram faciunt deficientis pabuli compensam, naues aluearibus onustas aduerso flumine protrahentes, ut meminit Plin. 12. cap. lib. 21. Cuius loci me monuit alioquando Cœlius Calcagninus Ferrariensis, uir medijs fidijs doctissimus, & ut Horatiano illo utar, ad unguem factus homo, quando inter nos de Mela nomine incidisset sermo: namq; sunt qui Mellam. ll. gemino scribant, à patria nomen deriuatum existimantes, de quibus quid sentiamus, alibi retulimus. i Besippo. Plin. Portus, inquit, Besippo, oppida Bello, Mellaria. At oppidū est Besippo Mela. De Iunonis promotorio ibidē Plin. ab eius templo nomē datū indicāte Ptol. Meminit templi lib. 3. Stra. Atq; hæc de meridiano Hispaniæ litore hæctenus.

MEDITERRANEI MARIS INSVLAE.



Post enumerata omnium litorum nostri maris insignia oppida, aliq; quorū celebris extat memoria, ad insularum nomē claturā, ut passim toto mediterraneo sita sunt, Pompo. conuertitur: ab ostijs Tanais orsus, & usq; ad Gades, quæ extra fretū sunt egressus, secūdū librū hoc labore finit. Noīa uero insularū cū pluriū, quorū idē uocabulū est, tū singularū sunt apud Melam plus minus. 140. nec erat in aīo oēs referre, sed potiores: nec sanè de his certa fides est, nisiq; natura incōstatiore, ex quo maris ipetus et mergere insulas, & reddere cœpit. k Caro magnorū. Cœli facit rigor, ut totus eius præ tractus minus sit fertilis. Celeberria in Mæotide è regiōe ostiorū Tanais est Alopecia Ptol. & Stra. lib. 11.

scribit. Iuxta hoc litus fons est Heraculis mirus, cuius Stra. & Pli. cap. 106. meminere. d Ultra. In penitiori recessu. e Eo. Sinu. f

Carteia. Plin. Carteia, inquit, à Grecis Tartessos appellata. Silius omnino aliā Tartesson à Carteia facit lib.

3. Argantoniacos armat Carteia nepotes, Rex proauis fuit humani doctissimus æui, Ter denos decies emensus belliger annos, Armat Tartessos stabulanti conscia Phœbo. Siliij interpretis eandem falsò esse putat. At Liui

is. 8. lib. 3. Decad. Dum hæc, inquit, ad Bethim fluiuium geruntur, Lelius interim freto in Oceanum euectus ad

Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, ubi primum è sinibus angustis panditur mare. Hæctenus Liuius. Eandem igitur cum Tar-

tesso fuisse credi par est. Nā & Stra. 3. lib. Nonnulli, inquit, Tartessum hu-

ius ætatis Carteiā appellāt. g Freto. Quod iuxta angustissimū est.

h Mellaria. Felix tato authore, nam Pomp. nemo Latinorum scriptorum, cū ordine locorū, quos red-

dit, tum eloquentia, stiliq; moderatio ne uicit. Potuit uero nomen oppido à mellis copia dari: nā & ad Padū Ho-

stilia uicus abluitur, qui hodie Mellariæ nomen habet, ubi accola mīram faciunt deficientis pabuli compensam, naues aluearibus onustas aduerso flumine protrahentes, ut meminit Plin. 12. cap. lib. 21. Cuius loci me monuit alioquando Cœlius Calcagninus Ferrariensis, uir medijs fidijs doctissimus, & ut Horatiano illo utar, ad unguem factus homo, quando inter nos de Mela nomine incidisset sermo: namq; sunt qui Mellam. ll. gemino scribant, à patria nomen deriuatum existimantes, de quibus quid sentiamus, alibi retulimus. i Besippo. Plin. Portus, inquit, Besippo, oppida Bello, Mellaria. At oppidū est Besippo Mela. De Iunonis promotorio ibidē Plin. ab eius templo nomē datū indicāte Ptol. Meminit templi lib. 3. Stra. Atq; hæc de meridiano Hispaniæ litore hæctenus.

Carteia.

Argantoniacos.

Mellaria.

Cœlius Calcagninus.

De insulis icerta fides est.

- Leuce.** a Leuce. Plinius cap. 13. lib. 4. Ante Borysthenē, inquit, Achillea est, eadem Leuce & Macaron appellata. Meminimus eius & secundo lib. b Aria. Calcitis dicta, quam nulla avis præteruolat, ut cap. 29. libri Aria. decimi Plinius scribit. Prius tamen nomen è Marte, cui sacra est, sortita. meminit cap. 12. lib. 6. Plinius, apud quē & Strabonem propè omnes illæ celebres insulæ sunt, de quibus refert Pomponius. Græcis ἄγροος ὄσιος, id est Peuce. Martis insula dicitur. c Peuce. A qua uni ex Danubij ostijs nomen datum, ut Plinius docet. Lucanus lib. 3. Et barbara Cone Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamq; profundo Multifidi Peucen unū caput abluit Istri. Cone & ipsa ibi insula est. d Thynnias. Sita è regione Calpæ, nobilis in Bithynia portus: meminit Ptolemæus. Barbari eam Bithyssam uocant. Plinio ante Apollonia dicta, mox Thynnias, ad differentiam eius quæ iuxta Istrum ad Salmydessum sita quoq; Apollonia dicta est. Plinius cap. 12. lib. 6. e Cyaneæ. Notissimæ. Plin. cap. 13. lib. 4. Eadē ab alijs Symplegades appellatæ, traditæq; fabulis inter se concurrissæ: quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur, paulumq; deflexa acie coeuentiū speciem præbebant. Ouidius lib. ult. Meta. Timuit concursibus Argo Vndarum sparsas Symplegades elisarum, Quæ nunc immotæ perstant, uentisq; resistunt. Eadem planetæ dictæ, id est errantes Plinio alibi. Vale. Flaccus lib. 4. Hic iter ad Ponti caput, errantesq; per altum Cyaneas, furor his medio concurrere Ponto: Nec diu illas uidere rates, sua cōminus actæ Saxa petunt, cautesq; suas cum uincula mundi ima labant, tremere ecce solum, tremere ipsa repente Tecta uides, illæ redcunt, illæ æquore certant. Proconesum marmor Solino, quod idem & Cyzicnum dicitur. Eadem Elaphonesos, à ceruis utroq; uocabulo deriuato: nam & πρῶξ Græcis, & ἔλαφος ceruus dicitur. Plin. certe multas alias eius maris numerat, lib. 5. cap. ultimo. f Tenedos. Iā ab Iliensi clade nota, & multis ante dicta nominibus, ut Plin. cap. 31. lib. 5. tradit. M. Cicero actione in Verrem. 3. à Tenne Deo, qui apud eos sanctissimus habebatur, dictam in insula urbem scribit. g Et quo dicentur ordine. Illa, inquit, Asiatico litori opposita, Lesbos, Chios, Samos, Cos, Rhodos. h μακάριος id est beatorū, à rerū copia, uel quod Macar & successores eas tenuerint: sanè & μακάριος beatus dicitur, & μακαρίτης ipsa beatitudo. Tauri autem promontorium iuxta Lyciam in Carpathium pelagus prospectat. i Lesbos. Clara cum soli fecunditate, tum ingenijs ad omnia olim idoneis: oppidis deniq; maximis & frequentissimis nouem, multis nominibus, uerum Macariæ potissimum appellatione nobile. Lege Plin. cap. 31. quinti libri. Amnes habuit. 50. montes quinque. Urbium clarissimæ Ereßsum, Pyrrha, & Mitylenæ illæ, cuius fuisse alumni Alceus & Sappho: nam ex Lesbo, uel Gellio teste Theophrastus fuit Aristotelis discipulus. k Ciraua. Dictionem corruptam Hermolaus existimat. Quid si apud Plinium corrupte semel Pyrrha legitur pro Ciraua? nam plurima ex Mela in sua Plinium transtulisse constat. Id si foret, exemptus esset scrupus ille, qui Hermolaum de repetito Pyrrha nomine torfit. Sed nihil statuo, absterrente me tanti hominis iudicio. l In Ionia. Id est ad Ioniam oram, ita enim hoc loco accipienda illa nomina sunt regionum continentis. m Chios. Inter Samum & Lesbon è regione Erythrarum sita, Plinio, Ptolemæo, ceteris. Cuius & Sami iuxta meminit Plin. 31. cap. quin-

magnorum piscium Sole siccata, & in puluerem usque contusa pro farre est. Pauca & in ponto. Leuce Borysthenis ostio obiecta, parua admodū, & quod ibi Achilles situs est, Achillea cognomine. Nō longe accolitur Aria, quæ Marti sacra, ut fabulis traditur, tulit aues cum summa clade aduenientiū pennas quasi tela iaculatas. Sex sunt inter Istri ostia, ex his Peuce notissima, & maxima. Thynnias Mariandynorum finibus proxima urbem habet: quā quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Bosphorum duæ paruæ, paruoq; distantes spatio, & aliquando creditæ dictæq; concurrere, & Cyaneæ uocantur, & Symplegades. In Propontide tantum Proconesos habitatur. Extra Hellepontum earum, quæ Asiaticis regionibus adiacēt, clarissimæ sunt, Tenedos Sigeis aduersa litoribus, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expositæ: quas quidam dici putauere μακάριος, siue quod fortunati admodum cœli soliq; sunt, siue quod eas suo suorumq; regno Macar occupaue rat. In Troade Lesbos, & in ea quinque olim oppida, Antissa, Pyrrha, Ereßos, Ciraua, Mitylene. In Ionia Chios, Samos. In Caria Cos. In Lycia

libri. A Chio alia est Cos, & alia Cea. Con Ptol. Coam nominat, alij quoq; Coon & Coum: à qua Cou Apel Cos. les cognominatus, & Hippocrates Cou, qui medicinam Clinicam reuocauit densissima nocte latetem, ut in. 29, scribit Plinius. Fuit in ea Aesculapij templum augustissimum: De Iunonis æde nemo ignorat, adeo clara, ut de eius insignibus librum scripserit Theodorus, authore Vitruuio lib. 7. Est inibi Pectunculus piscis insigniter sapidus, Varroni celebratus, ut Gellius testatur. Est & Bombix mirabili sectu operosa, unde & Bombicina uestes

Rhodos. In illis singulae sunt iisdem nominibus urbes. In Rhodo tres quondam erant, Lindos, Camiros, Ialysos. Quæ contra Tauri promontorium inportunæ nauigantibus obiacent, ^b Chelidoniæ nominantur. In sinu quem maximū Asia recipit, prope media ^c Cyprus, ad ortum occasumque se immittens, recto iugo inter Ciliciam Syriasq; porrigitur ingens, ut quæ aliquando nouem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimæ ^d Salamis & Paphos, & quo primum ^e ex mari Venerem

Coæ, Plinio libro undecimo, & libro quinto de natura animalium Aristoteli: qui eam Con appellat, uclut Plinius Coon, pari sensu. Quas uiros non puduit leuitate usurpare propter onera æstiuæ, intantum à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiã uestes, sicut in Romanum luxum idẽ author scribit. At Chius marmore uersicolori clara, quo cum muros Romæ pleriq; magno luxu extruerent, & ut magnificos multis ostenderent: multo magis (M. dixit Cicero) mirares esset, si Tyburtino lapide fecisset.

tis: eos suggillās quod animi quadam insolentia externa magis quàm sua mirarentur. Plinius capite sexto libri trigesimisepti. Et Chia est ficus sapore uini, Martiali cum alibi, tum in Xenij commendata. De Cea, siue quod idem est, Ceo quæ iuxta Eubœam est, Plinius capite duodecimo libri quarti. Ouidius libro septimo: Transit antiquæ Carthæa mœnia Cea. A qua Cea uestes: nam ex hac quoque profectam delectationi sceminis uestem, author est Varro, ut Plinius ait. Propertius: Et tenues Cea ueste mouere sinus. Quo in loco parum docte aliquos Coa pro Cea legere Hermolaus tradit. Ab hac Ceus Herastratus clarus medicus dictus. Fuit eadem & Simonidis & Bachylidæ clarissimorum Poëtarum alumna. Ciam Ptolemæus nominat, ut hodie quoq; uulgus nauticus. Hanc seruati discriminis diligentiam Hermolao Barbaro debemus. ^a Rhodos. Quam nullo non die Sol

aspicit, id quod & de Syracusis Cicero tradidit, actione in Caium Verrem septima. Eadem & Colofo maximo quondam clara: Gymnasium habuit Asiatica eloquentia, & Mathematicis studijs clarissimum. Ideo (ut Vitruuius libro septimo scribit) Aristippus philosophus Socraticus, cum naufragio eiectus in Rhodiensium litus, animaduertisset Geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: bene speremus, hominum enim uestigia uideo. Et reuera homines primum sunt, qui cum reliquis honestis disciplinis, tum maxime Mathematicis se tradunt. Rhodos hodie Christiana multis è Thurca partis uictorijs insignis est. Lege Plinium lib. 5. cap. 31. Strab. lib. 14. Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta florere cognomines, maleficum genus hominum & præstigijs infame. Historiã Ouidius indicat libro septimo Meta. Phœbeamq; Rhodon, & Ialysos Telchinas. ^b Chelidoniæ. Plinius cap. 31. lib. quinti, Dein, inquit, contra Tauri promontorium pestiferæ nauigantibus Chelidoniæ duæ sunt: quarum una Corydela, altera Menalipea dicitur, Stephano. Dionysius in Periegesi trium meminit. ^c Cyprus. Inter alia nomina Macaria dicta, nam mire fertilis est, in sinu maximo qui Ificus circa Ciliciam dicitur, ad ortum occasumq; Ciliciæ ac Syriæ obiecta est, nouem aliquando regnorum sedes, ut Plinius capite trigesimoprimo libri sexti scribit: Smaragdo, Crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante & alumine nobilis, quam aliquando adnexam continenti fuisse, idem author secundo libro scribit. lege Strabonem de hac & proxime nominatis libro undecimo. ^d Salamis. A qua Iouis quondam Salaminij cognomen, Teucro authore: qui, ut libro tertio scribit Tacitus, Telamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic Deo insigne & magnificum templum extruxit. ^e Ex mari Venerem. Hinc Paphia dicta claro tẽplo uetustissimoq; quod, ut libro tertio Tacitus testatur, Aerias statuit ille, cuius filius post Amathusie cognominata Veneri eadem in insula fanum erexit. Etiam si decimosextimo libro Veneriani regis, & quorundam sententia Cinare, ut conditorum meminit Maro Aeneidos. 1. Ipsa Paphum sublimis adit, sedesq; reuisit Letas suas, ubi templū illi, centumq; Sabæo Thure calent aræ. & c. Refert libro decimosextimo Tacitus, in Cypro Veneris aras sanguine offundi uetitum fuisse, nec nisi precibus, & igne puro altaria adoleri consueuisse, quæ ne ullis quidem imbribus etiam in aperto sita maduerint. Porro Cyprigeniam uocant, quod illic è mari egressam putant, natam ex spuma testiculorum Coelij, quos falce illi Deo Saturnus reseccuit: quæ tradunt fabule, ad Cypri fertilitatem, & foeminarum quondam in ea luxum respicientes. De Palepapho etiam Plinius, quæ indepta est

Cea.

Rhodos.

Aristippus.

Mathematicæ.

Ouidius.

Cyprus.

Salamis.

Nota.

Palepaphos.

nomen ab antiquitate ad alteram præsertim Paphum collata. Ita Lilius libro ab Vrbe condita offa uo. Palap-
lis, inquit, fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis. a Arados. Oppidum continentis, & insula ducentis
passibus à continente distans, Plin. qui capite. 31. lib. 5. Ante Ioppe, inquit, Paria, tota oppidum, in qua obiectam
beluæ Andromedam ferunt, & iam dicta Arados. Si Plinij uerba pensitas, alia erit hæc Arados ab illa Phœni-
cia, quam Aractum Ptolemæus nominat Antarado oppido aduersa, non Ioppe. b Subter aliena. Frequens
est, inquit: quia qua quis domo uelit,

Canopus.

habitare liceat. c Canopos.
Palemon ex Dionysio: Atque locum
uouit Spartano fama Canopo. De eo
libro ultimo Strabo. à Canobo dicta,
ideo b litera scriptum aliquando uo-
cabulum, teste libro primo Quintilia
no. Tacitus lib. 2. historiarum, Condi-
dere, inquit, id Spartani ob sepultum
illic rectorem nauis Canopum, qua tē
pestate Menelaus Græciam petens,
diuersum ad mare terrāq; Libyā de-
latus. Noti sunt Menelai post Helenā
raptam ad Syrium litus errores ex
Home. d Ostio. Canopico, de

Pharos.

quo alibi. e Pharos. Hæc Ale-
xandriæ ponte iuncta, colonia Cæsa-
ris Dictatoris, quondam dici nauiga-
tione distans ab Aegypto, nunc è tur-
ri nocturnis ignibus cursum nauium re-
gens, Plinio. Hircius ait turrim ma-
gna altitudine, & mirificis operibus
extructam, nomen ab insula cepisse.
à Canopico ostio in occasum. 150. sta-
dijs abest, ut Strabo docet. Homerus
Odyssæ libro. 4. (ut Carolus Areti-
nus transtulit) Insula est, inquit, in so-
nanti pelago contra Aegyptum, quā

Pharū appellat: abest à cōtinenti diei unius nauigatione. & c. Lucan. lib. 10. de Cæsare: Cepit Pharon, insula
quōdā in medio stetit illa mari sub tēpore uatis Protheos, at nūc est Pellæis p̄xima muris. f Mutatæ. Aut
insule, quæ terræ est ppior: aut reuera oræ, quā aggestā defluētis Nili cæno, iunctiorē habet insula. Nā Aegy-
ptus quōdā cōtractior tāta nō fuit ac hodie est, qd' ex Aristotele supra ubi de Delta facta est mentio, docuimus.

g Vada. Amotis scilicet pelagi. h Cuteletos. Ptol. in maiore Syrti tres insulas Missinū, Pontinā, &
Gcā locat. Quā ex his Cuteleton noiauerit Mela, dubiū est. Nominis huius unicus mihi Pomponius est author,
nā alibi nō legi. De Cercinna & Meninge, in qua Marius delituit, nemo ignorat. Ad Tarichias et Aegathes Lu-
ctat. Catulus Carthaginēsiū classē sup̄auit, primus q̄ inter Romanos rē triūpho dignā in mari gessit, p̄pterea
Thasos. priuatū in urbe honorē cōsecutus, cuius Val. Maximus meminit. i Thasos. Ab Helleponti faucibus Asia-
tica oræ, & meridianis litoribus adiacētes insulas enumerat Pōp. hæctenus. Rursus ab eiusdē Helleponti Eu-
ropeo latere orsus, omnes eas insulas, delectu habito enumerat, quæ nostris litoribus magis iminēt. Earū prima
est Thasos, uino suo, quod Thasiū dictū est, & nuc̄ optima, cuius M. Varro meminit celebris, Plin. cap. 7. libri
14. Sita è regione Abderæ. De Imbro & Samothrace portuosissima Plin. & Strab. k Scādille. Plin. iter
insulas iuxta Pagasēū sitas, Scadirā, nō Scandillē uocat: censendi ius esto, nā Scandilles aliās nō meminit. l

Lemnos.

Lemnos. Vulcano sacra in eā delapso, ad quā ab Atho proiecta umbra pertingit. Viros in Lemno à mulieri-

Lemniades.

bus cæsos, qd' eas ob factore hircinū à Venere immissum cōtēpsissent. Ouid. testis est: apud quē ad Iasonē sic Hy-
psiphile: Lemniadesq; uiros nimitū quoq; uincere norūt, Milite tam forti uita tuēda sūt. Stat. lib. 5. Aegeo pre-
mitur circumflua Nereo Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna Mulciber, ingentem telluri proximus
umbra Vestit Athos, nemorumq; obscurat imagine Pontum. Apud quem ab Adrasto interrogata Hypsiphile
omnia narrat,

egressam accolæ affirmant Palapaphos. Arados eti-
am in Phœnice est parua, & quātum patet, tota op-
pidum, frequens tamen, quia etiam b subter aliena
tecta sedem ponere licet. Parua & c Canopos Nili
d ostio, quod Canopicum uocant, obuia est. Mene-
lai gubernator Canobus ibi forte moriens nomen
insulæ, illa ostio dedit. e Pharos Alexandriae nūc pō-
te coniungitur, olim ut Homericō carmine proditū
est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta: & si ita
res fuit, uideri potest cōiectantibus in tantū f mutatae
causas Nilū præbuisse, dū limū subinde, & præcipue
cū exūdaret, litori annectēs, auget terras spatiumq;
augescētū in uicina g uada pmouet. In Africa cōtra
maiorē Syrtim b Cuteletos, cōtra minoris promon-
toria Meninx & Cercinna, cōtra Carthaginis sinum
Tarichia & Aegathes Romana clade memorabi-
les. Plures Europæ litoribus sunt appositæ. In Ae-
geo mari prope Thraciā i Thasos, Imbros, Samo-
thrace, k Scādille, Polyægos, Scyathos, Halonesos,
& quā aliquando, omnibus qui mares erant cæsis,
tantum foeminæ tenuisse dicūtur. Atho monti l Le-
mnos aduersa, Pagasæus sinus Scyathon prospicit.

omnia narrat, & pulchre explicat Placidus Grammaticus haudquaquam proletarius. Vide Ptolemaeum. a
 Cicyneton. Haud longe à Scyro, quae & ipsa ad eum sinum clarissima est Melæ. b Eubœa. Auulsa Bœo- Eubœa.
 tiæ intermedio Euripo adeo modico, ut ponte iungatur. Læge Plinium, qui hæc Pomponij uerba in sua transi-
 lit, capite. 12. 4. & lib. 10. Strabonem. Hodie nigri ponti insula, quam haud multis retro annis Turca cepit, ut
 alia propè omnia Græciæ. Situm insule & promontorij uide apud Ptolemaeum tab. Europæ. 10. Caphareum

4 Cicyneton amplectitur. Eubœa ad meridiem pro-
 motorium Gereston & Caphareum, ad septentrio-
 nem Cœneum extrudit, & nusquã lata: duum milli-
 um spatium habet, ubi arctissima est, cæterum lon-
 ga, totiç Bœotia appositã angusto freto distat à li-
 tore. Euripon uocat rapidum mare, & alterno cur-
 su septies die ac septies nocte fluctibus inuicem uer-
 sis: adeo immodice fluens, ut uetos etiam ac plenis
 uelis nauigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida,
 5 Hestiaa, Eretria, Pyrrha, Nefos, Oechalia: ueram
 opulentissimã Carystos & Chalcis. In Attide^d He-
 lene est nota stupro Helenæ, & 6 Salamis excidio
 classis Persicæ notior. Circa Peloponneson etiã nũc
 in Aegeo 7 Phitiusa, & 8 Aegina Aepidaurico litori

meridianum quidem est, sed in ortum
 tamen spectat. Gereston in occa-
 sum reclinat. Cœneum in Maliacũ si-
 num protenditur: à quo Cœneo Ioui
 cognomentum. Ouid. lib. Meta. 9. Vi-
 ctor ab Oechalia Cœneo sacra para-
 bat Vota Ioui. De Euripi inconstan- Euripus.
 tia natum adagium est, Euripus ho-
 mo, in eum qui Polij (ut aiunt) folio
 est persimilis. De hoc freto sic in Oe-
 tæo Hercule Seneca: Euripus undas
 uertit, instabiles uagas, Septemq; cur-
 sus flectit, & totidem refert, Dum las-
 sum Titã mergat Oceano iubar. Liui-
 us lib. 8. tertiæ Decad. Nõ septies, sed
 ut incidit passim ueti fluere & res
 fluere eum existimauit. Plin. 106. ca.
 septies eum, uerũ die & nocte muta-
 ri ait, præterea stare septima, octaua

9 nona luna: quod argumentum est euidens, non casu tantam undarum uariationem fieri, sed lunæ motu influ-
 xũ: cuius quanta sit in pelagus potentia, lib. 3. proxime referemus. Hic inter Eretriam & Oropum Bœotia
 angustissimus est, stadijs intermedijs. 60. ut lib. 8. Thucydides scribit. Libet hoc loco Ioannis Tortellij Gram-
 matici candidissimi, qui Euripum uidit, uerba adscribere. Cum, inquit, adolescens superiori anno è Constantino-
 poli à Iuliano Cæsario Cardinale S. Angeli ad Italiam reuocatus, cum imperatore Græcorum uenirem, rem
 hanc tanta admiratione cõspexi, quanta haud unquam aliud uiderim, aut uidere me posse existinem. Nec ratio-
 nem Liuij, quam lib. 8. de secundo bello Punico, uentis quibusdam adscripsit, ueram putarim: cum nulla flante
 aura id idem fieri cõspexerim. Hactenus ille. Laurentius Valla multæ lectionis homo, in eo Dialogo, quem de
 libero arbitrio contra Bœotij sententiam scripsit, Aristoteles, inquit, cum nõn posset Euripi naturam inuestiga-
 re, se in profundum illius præcipitans demersus est: prius id testatus eulogio Græco, quod Latine sic habet: Ari-
 stoteles nõ cepit Euripum, Euripus capiet Aristotelem. c Hestiaa. De hac & Carysto, Chalchide & Ere-
 tria meminit Homerus lib. Iliad. 2. in Catalogo. De reliquis Plin. qui tamen Oechaliam eandem facit cum Chal-

Ioannes Tor-
 tellius.

Valla.

cide illa, à qua ortæ in Campania sunt Cumæ. Strab. lib. 10. scribit, iuxta Carystum lapidem nasci, quem petiunt, Lapis Carysti-
 nent, & texunt, unde mantilia conficiantur egregie contexta: ea ubi sordescunt, in flammam proiecta non se-
 cus emundantur quàm si maculas elueris. Est & inibi Carystium marmor insigne. d Helene. In qua, ut
 Strab. scribit, primum cum Helena Menelaus concubuit, primumq; in eam post bellum Troianũ applicuit.

e Salamis. Quæ aliquando Atheniensibus sententia Lacedæmonum adiudicata est Homeri autoritate: cuius
 subditio carmine prolato, quo in unis castris aliquando Salaminios & Athenienses ad Troiam tetendisse fe-
 rebatur à Solone, Megareses Atticis haud ægre ceferunt, ut lib. 5. Quintilianus, & in uita Solonis Plutar-
 chus scripserunt. De Persarum ad Salaminem clade omnia nota sunt ex Plutarchi Themistocle, & lib. 2. Iusti-
 ni. f Phitiusa. Hoc nomine Chios aliquando celebris fuit. Sed hæc cuius meminit Pomponius, in Argoli-

Salamis.

Aegina.

ca est ora, Plinio. g Aegina. E regione Pyraei Atheniensium sita, & in agrum Megarensem inclinans,
 aliquando uocitata Oenopia. Strab. lib. 8. Hinc, inquit, Aeacus, cuiusq; posterij genus duxisse decantantur: hæc
 est quæ maris aliquando tenuit imperiũ, hæc est quæ contra Atheniensium populum nauali ad Salaminam præ-
 lio de principatu contendere non dubitauit. Sulpitius ad Ciceronem libro epistolarum quarto, Ex Asia rediens
 cum ab Aegina Megaram uersus nauigare, cœpi regiones circũcirca prospicere: post me erat Aegina, ante Me-
 gara, dextra Pyraeus, sinistra Corinthus &c. Quem locum unica Geographia nouit. Somniant autem nudæ li-
 teræ. At nolunt illi scire, imò nolunt audire, qui præter Grammatica in bonis literis progymnasmata nihil unquã

Sulpitius.

- Calauria** reliquarum artium attigerunt. Meminit nominis Aeginae Ouidius libro septimo Meta. *a* Calauria. Plinius libro quinto, Contra Troezenium, inquit, Calauria, de qua prouerbio datus locus, Pro Delo Calauria, in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem fecisse, & data Delo, Calauriam habitasse. Inde illud est Ouidij septimo Meta. Inde Calaurae Latoidos adstat in arua. Demosthenes orator, cum Antipatro Alexandri successori infensus esset, atque ob id in exilium trusus, ab Archia Antipatri satellite in Calauria deprehensus est: ibi sumpto calamo scripturum se ad Antipatrum simulauit, & in tempore quod sibi dabatur uenenum hausit, statimque cecidit moribundus: author in Demosthene Plutarch. At plerique omnes codices Plutarchi, & alii uiri minime indocti Calabriam Aegi referunt pro Calauria, falso.
- Cythera.** *b* Cythera. Quinque millium passuum à Malea distans, ancipiti illic ambitu nauium propter angustias. Plin. In ea oppidum cognomine Cyprio illi, à quo Cytheream Venere cognominatam Hesiod in Theo. tradit: quanquam & haec insula angustam eadem habuit. Ideo Seruius ab insula cognominatam tradit. Maro Aeneid. 1. At Cytherea nouas artes & c. *c* Theganusa. In hoc diuersus est Plin. quod in Laconico ponit: sed constat ex his quae retulimus supra, non Laconicum, sed Messenium Acrita terminari. *d* Prote. Haec contra Aetoliam in alto sita sunt, Plin. qui omnium meminit. 12. cap. quarti libri ferè à principio. Sed seorsum referenda tamen, quia clarae sunt. De Cephalenia & Nerito Silius libro. 15. Saxa Cephalenum & scopulosis Neriton aruis. Maro Aeneid. 3. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulychiūq; Sameq; & Neritos ardua saxa, Effugimus scopulos Ithacae Laertia regna. Aduertendum, Hyrien & Zacynthum eandem esse Plinio, utcumque Pomponius diiunxerit. Est & mons in Ithaca Neritos, auctore libro nono Odyssae Homero, de quo nos alibi docuimus. Dulychium Vlyssi paruit, à qua ipse Dulychius cognominatus, Ithacensis à patria. Horatius Epistolarum primo: Remigium uitiosum Ithacensis Vlyssi. *e* Echinades. Natae sunt, Acheloi impetu arena limoq; conuectis, sicut passim Aegypti Nili caeno, ut ante retulimus. Lege Plin. libro secundo, quibus locis maria cesserint. De Echinadibus pulchra lib. 2. Thucydides, ubi de Acheloo. Ouidius lib. Meta. octauo: inuolucro fabulae uerum oculuit: & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam haec terrae fluuiio aggestae fuerunt. *f* Strophades. Supra Zacynthum in meridiem sita. Plin. in Eurum, inquit, uentum Strophades duae, ab alijs Plotae dictae. Insignis haec est caenobio Diui Basilij, Christianorum. Virg. Aeneid. 3. Excipiunt Strophades, Graio stant nomine dictae Insulae Ionio in magno. Vbi Seruius à conuersione Harpyiarum ex Arcadia uolantium, nomen insulis datum scribit. Lege Seruium. *g* Leucadia. Est inibi peninsula cognominis, de qua supra diximus, ab hac nisi fallor, diuersa Ptol. Scopelos appellata: hanc enim inter insulas censet Mela, nisi quis ex Plinij uerbis quondam insulam eam, mox peninsulam factam eadem intelligere mauult. *h* Corcyra. Alcinoi & Phaeacum memoria tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima, Venetorum est hodie. *i* At interius. In medijs undis inter Graeciam & litus Asiaticum: prius enim continenti propiores enarrauit. *k* Melos. Cyclades & Sporades, ab oriente litoribus Icarijs Asiae, ab occidente Myrtois Atticae, à septentrione Aegeo mari, à meridie Cretico & Carpathio incluse, longitudine latitudineq; passuum. 200. millium, ut libro quarto scribit Plinius. Harum Cyclades, quia iunctiores circa Delon earum clarissimae sitae sunt, suum habent ordinem, & certiora nomina. Sporades passim aliae, aliaeq; Pomponio, Plinio, & Straboni censentur, incerta fide, quanquam plurimas esse constat: & quia sparsim iacent, Sporades dictae, quin Plin. temporibus apparuerunt primum omnium ex illis nonnullae. Cyclades dictae etiam Plinio, quod circa Delon in orbem sitae sunt: accedit & Stra. Ut mirari liceat, qua causa motus Seruius Cycladas scripserit dictas esse, non quod in circuitu sint, sed potius quod longo ordine eas circuire necesse sit, uel propter promontoria, uel quia naturale est, ut concitatiora sint maria uicinitate terrarum, quae anhelitum ex se emittunt. Aduertendum tamen morem esse ueteribus authoribus, ut quae sint Sporades, etiam Cycladas uocent, contraq; Hermolao teste. Meminit Plin. capite. 12. quarti. Strab. 10. lib. *l* Aegina. De Aegina ante dictum, sed alia ab hac Plin. Strab. inter Sporades praeterita, sicut & Cathon: nisi quis Cophon, quam in Laconico sinu esse Plinius ait, intelligere

uelit. Addo quod Olearon inter Cycladas idem author numerat, inter Sporadas Sicynum, quam Cycladibus Pomponius ascribit. **a** Ios. Homeri Vatis sepulchro clarissima, Plinio, & Straboni. **b** Thera. Ex qua profecti Therei Cyrenas in Africa condiderunt, ut ex Callimacho Strabo aserit. Ouidius libro septimo: Et Gyaros nitidaeq; ferax Peparethus oliuae. & Saty. 10. Iuuenal. Vt Gyari clausos scopulis paruaq; Seripho. De Hippuri Plinius. **c** Donyssa. Maro Aeneid. tertio: Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Donyssam, Olearon, niucamq; Paron, sparsasq; per aequor Cycladas &c. Tacitus libro quarto Donussam uocat, nota regula. Naxos Dionysia aliquando dicta, à uini copia, unde iugis Bacchatam Maro dixit. Cianon Plinius praeterijt: nisi, quod maxime suspicor, corruptae sint apud alterutrum uocule ali

quot, quas reponere nemo temere audeat. Chalcidem Plinius Chalciam uocat, Strab. Chalceam: Icariam uero Icaron, ut Cinariam quoque, non Pinariam, litera apud alterutrum uitata. Nam & pro Aegina puto rectius Aegyla legi, cuius Plin meminit: & Aegialam Stephanus nominat, sicut scribit Hermol. **d** Nisyros. Celsa, saxosa, & molendinarijs abundans lapidibus: in ea Neptuni aliquando templum, & subtus iacens Palibotes Gigas à Neptuno uictus, ut ueteres tradidere fabulae. Nam thermas habet abunde scaturientes, Strab. De reliquis etiam Plinius praeter Asinen, quam praeterijt. **e** Sicyrus. Hanc diximus à Plinio inter Sporadas censeari. Diodorus in fine lib. 6. scribit Cycladas cultoribus uacuas à Minoë Iouis & Europaë filio, multis ex Creta ductis colonis frequentiores reddidisse. Quod & Ouidius libro Meta. septimo ostendit, recensens quas ceperit.

f Cythnos: Meminit Plin. & Ouidius libro septimo Meta. Florentemq; Syron, Cythnon, planamq; Seriphon. **g** Siphnos. De Siphno Plinius, & Strabo. Seriphon notiozem fecerunt ranae cognomine Seriphiae, quae illic non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos, aut taciturnos. Illud in transitu adnotandum, non omnes insulas adeo his in locis fertilitate, amoenitateque praecelluisse, sed pleraeque asperas & infrequentes extitisse, nec nisi infamum, ac criminis forum relegationibus insigniores factas, quando illi indigni mortalium consuetudine iudicati, in has abdebantur. Hinc illud Iuuenal. Vt Gyari clausus scopulis paruaq; Seripho. & Saty. prima: Aude aliquid breuius Gyaris & carcere dignum. Scribit Tacitus, Vistilia Labeonis conjugem ob stupri licentiam, qua infamabatur, in insulam Seriphon abditam fuisse libro secundo. Sicut & Augustus Iuliam filiam propter impudicitiam Pandataria insula clausit: mox uenia impetrata, cum in eandem recidisset infamiam, Rhegynis, qui ad Siculum fretum accolum, custodiendam tradidit. In eandem insulam Agrippi nam suam libidinis nota proditam, Nero clausit, ut 14. lib. scribit Tacitus. Quod ideo refero, ut constet foeminarum quoque lasciuia sterilitum insularum fastidio emendatam. De uiris permulta exempla sunt. Idq; in primis, quod Ioannem Apostolum ceu fontem noxiarumq; Domitianus Imperator in Pathmum relegauit, ubi ut Dorotheus tradidit, Tyri episcopus, Euangelium suum demum scripsit. Illud Taciti ex libro eius tertio referamus, ubi de Syllano. Tum L. Pisonem sententiam rogat, ille multum de clementia Principis praefatus, aqua & igni, Syllano interdicens censuit, ipsuq; in insulam Gyarum relegandum. Idem author paulo infra, Addidit, inquit, Insulam Gyarum immitem, & sine cultu hominum esse: darent Iuniae familiae, & uiro quondam ordinis eiusdem, Cytheram potius concederet. Idem libro quarto de Cassio Seucero: Bonisq; exutus interdicto aqua & igni saxo Seriphio consenuit. Quin & otij, & ocultandae gratia libidinis insularum secessus ueteribus petiti, uelut Tiberio Capreae electa, è regione Surrhētini: cuius meminit Suetonius, & multa est apud Tacitum libro quarto eius mentio. **h** Rhene. Deserta olim, in quam defunctos suos Delij inferebant: cū in Delo, ut Thucydid. lib. 4. scribit, nec parere, nec sepelire fas esset, sicut nec canem alere, ex Hermolao. De Paro & marmore Paro omnia nota. **i** Scyros. Prima producta, unde Scyrij. Haec uicinam habet Syron, & Syrum, cui prima quoque ad differentiam producta est, ex Hermol. Sed corripuisse Ouidius uidetur lib. 7. Meta. Florentemq; Syron. Etiam si illic corrupte Tyron legitur, & Cypron pro Cythnon: sicut lib. 5. quoque corrupte: Inde caua circumdata nube Seriphon Deserit à dextra Cypro Gyaroq; relictis: nam Cythno Gyaroq; legendum est. **k** Tenos. Hydrusa dicta Aristoteli, ob aquarum in ea copiam, ut Plin. tradit. Ouidius ubi supra: At non Oliaros, Didymeq; & Tenos & Andros. **l** Myconos. Dicitur & Mycone. Ouid. Hinc humilem Myconem cretosaq; rura Cimoli. **m** Naxos. Vinearum fertilitate insignis: ab ea Naxij cum alijs, tum libro quinto Herod. memorati. De Delo maxima harum & celeberrima, notiora sunt omnia, quam ut referam, ex Plin. Strabo. lib. 10. Et. 3. Aeneid Virg. Seruiusq;. Cynthum habet montem ubi nati Phoebus Cynthius ob id

Donyssa.

Aegyla.

Nisyros.

Ranae Seriphiae.

Insignes uiri foeminaq; in insulas relegati.

Icannes in Pathmo exul.

Scyros.

Loci Ouidij.

cognominatus, & Diana Cynthia dicta, ut M. Cicero actione in Verrem tertia, Proditum est, inquit, memorie ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad paricendum uicinam temporibus exactis, con- fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianamque peperisse: qua ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur, tantaque eius autoritas religionis est, & semper fuit, ut ne Perse quidem cum bellum toti Græ- ciæ, Dijs hominibusque indixissent, & illo numero nauium classem ad Delon appulissent, quicquam conarentur, aut uiolare, aut attingere. Hæc ille.

a Andros. Eadem & Antran-
dros aliquando, Phrygij litoris oppi-
do cognominis, à qua Andrij. **b**
Creta. Creta. ἐκ τὸ πόντος cognominæ, à cen-
tum, quas sustinuit, urbibus. Virg. lib.
Aeneid. 3. Creta Iouis magni medio
iacet insula pōto, Mons Idæus ubi, &
gentis cunabula nostræ, Centū urbes
habitant magnas &c. Hodie Candia
ditionis Venetorum: de qua diligen-
tissime Strab. lib. 10. & 6. lib. Diod.
ut Plinium & reliquos sinam. Ruf. ex
Dionys. Nutrix hic Creta tonantis
Multa latus, glæbæque ferax, & opi-
ma uircutum. **c** Samoniū. Rho-
do aduersum, sicut contrario litore
Cyrenas uersus κρητὸν μέτωπον pro-
minet, ut Rufus ex Dionys. Hic procul ingens Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis. & alibi: ut ferus ora Est
aries, ulroque minax petit obuia fronte. In septentrionem inclinans promontorium Strab. lib. 10. Cimarum uo-
cat. Quod ad fabulosa attinet, refert Ouid. lib. 8. Meta. De Europa quidē Tauro aduecta lib. 1. in fine. De Dæ-
dalo libro de arte amandi secundo. Ariadne amores elegantissime reddidit in nuptijs Pelei, & Thetidis Catula-
lus. Minotauri. 6. Aeneid Maro meminit: ac propè tædet illa referre, quæ nusquam non leguntur. **d** Sta-
tione. In quam cum Europa rapta appulit. **e** Morte. Quod in Creta mortuus est, & inibi sepulchrū ha-
bet, clarum eius rei uestigium. Hic Saturni & Rheæ filius clam à matre sublatus, & in Creta Nymphis tradi-
tus est: ferunt apium melle pastum, quod hominem eum eloquentia præditum fuisse significat, unde Dei nomen
inter multa etiam impie facta cōsecutus est. Seruius fabulosa. 3. Aeneid retulit. M. Cicero libro de natura Deo-
rum, hunc Iouem tertium Saturni filium fuisse ait, cuius in insula sepulchrum ostendatur. Ennius in sacra histo-
ria, Iupiter, inquit, postquam terram quinque circuiuit, omnibusque amicis & cognatis suis imperium diuisit, re-
liquitque hominibus leges, mores, frumentaque parauit, multaque alia bona fecit, immortalis gloria memoriaque affe-
ctus, sempiterna monumenta suis reliquit: ætate presumata in Creta uitam cōmutauit, & ad Deos abiit: cumque
Curetes filij sui curauerunt decoraueruntque, & sepulchrum eius in Creta est oppido Gnosio: & dicitur Ves-
ta hanc urbem creauisse, in qua sepulchro eius est inscriptum antiquis literis græcis, ὁ θεὸς τῶν κρητῶν, hoc
est Iupiter Saturni. Scribit hæc Lactantius capite undecimo libri diuinarum institutionum primi. Longe am-
pliorecm Cretæ famam (ut mihi uidetur) Minos cōparauit, qui Rhadamantum uetustissimum eius terræ præsidē.
& legislatorem imitatus, religione, moribus, & reipublicæ administrandæ prudentia, suos illustres fecit, nul-
tiæ alioqui non minus quam doni clarus. Cuius meminit libro. 10. Strab. **f** Gnosios. Primaria Cretæ urbs,
& Minois aliquando regia: ab ea Gnosij, & Gnosium arcum, & Gnosia tela dicimus, quod in Creta sagittis uas-
luerunt: & in ea ingens uenandi studium fuerit, canum nobilitate illic eximia: unde & Ouidius libro. 3. Meta-
Gnosius Ithnobotas, Spartana gente Melampus. Nam Diana, quam Solino teste, Cretenses religiosissime ue-
nerati sunt, iuxta Dictynnā clarissimo tēplo culta est, cognomenque Dictynnæ ab ea sortita. A Cortyna quoque
Cortynia tela Silius dixit lib. 2. Celsis Cortynia muris Tela sonante fugat neruo &c. Item: Eois quamuis cer-
tet Cortyna sagittis. Et Cortyniam uestem pro uenatoria Claud. lib. de rap. 2. posuit, ubi de Diana: Crispatur
gemino uestis Cortynia cinctu. Ita à Phæsto Phestius. Quid. lib. 9. Proxima Gnosio iam quondam Phestia re-
gno Progenuit tellus. Ut à Cydone, Cydonius arcus. Idem lib. 2. Cydonio fundebat spicula cornu, sicut à Lycto
Lyctius. Ouidius lib. Meta. 7. Classis ab Oenopijs etiam nunc Lyctia muris Spectari poterat &c. De oppidis,
Dictynna excepta, Pli. De ipsa Dictynna Stra. uisito. Dictynnaeus ab ea mons dictus, Pli. **g** Idei montis.
Seruius in

Iupiter in Cre-
ta mortuus.

Minos.

Gnosios.

Cortyna.

Seruius in Dictæo nutritum scribit: est autem Dictæus à Dictæo promontorio nominatus: sunt qui à Nympha, uel Dictæus. linc. Virg. lib. Georg. 4. de Apibus: Curetum sonitus crepitantiq; æra secuta Dictæo cœli regem pauere sub Idæus. antro. Ad Idæum conuertamur. Strabo, Mons, inquit, Idæus Cretensium cunctorum celsissimus, quaque uersum circuitum habens stadiorum sexcentorum: præstantissimis ille sanè oppidis instar coronæ cingitur. &c. Ad huc Idæi quondam Dastryli cognominati, quibus Musicæ initium Solinus, ferri inuentionem, ut Plinius scribit, Hesiodus tribuit. Solinus adeo celsam esse

excellit. Iuxta est^a Asticla, Naumachos, zephyre, Crise, Gaudos, & quas Musagoras numero tres, uero tamē uocabulo appellant, atq; unde Carpathio mari cognomen est^b Carpathos. In Adria^c Abforos, Celaduse, Absyrtis, Issa, Trucones, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, Aestria, Asine: atque ut Alexandria, ita Brundisio adiacens Pharos. ^d Sicilia (ut ferūt) aliquādo cōtinens, & agro Brutio annexa, post freto maris Siculi abscissa est.

Pomponium, sed Astypaleam scripsisse: quæ insula & Plinio & Straboni est celebris. De Musagoras etiam Plinius. ^b Carpathos. Et Carpathium mare. Virg. Georg. 4. Est in Carpathio Neptuni gurgite Vates. Vbi Carpathos. Seruius in eandem sententiā. Protheus Carpathius. Ouid. 11. Metæ. Donec Carpathius medio de gurgite Vates.

^c Abforos. Meminerit eius Ptol. & Antoninus. Absyrtin pluratio Absyrtides Plinius uocat cap. ultimo

lib. 3. ab Absyrto fratre Medæ illic interfecto. Meminit lib. 7. Strabo. Idem author de Issa, & Pharo, & Celaduse. Trucones, aliquot Pliniani codices habent. Hermolaus ex Pomponio Ticanam manuunt, quāquam uocabulum non adeo protinus agnouerit, fallax enim est coniectura. Electridas Græci nominarunt, quod electrum, id est succinum, quod litore Germano & Sarmatico legitur, prouenire in illis putarunt, uanitatis Græcæ certissimo documento, ut scribit Plin. Cuius lib. 17. capite. 2. hæc uerba sunt. Phaëthontis fulmine isti forores fletu mutatas in arbores populos, lacrymis electrum omnibus annis findere iuxta Eridanum amnem, quem Padum uocamus, & Electrum appellatum, quoniam Sol uocitatus sit Helictor, plurimi Poëtæ dixerunt. Et infra paulo: Diligentiores eorum Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerūt, ad quas dilaberetur Padus, quæ appellatio ne nullas unquam ibi fuisse certum est, nec uero ulla ibi appositas esse in quas quicquam cursu Padi deuehi possit. Hæc Plinius: Sed fabulosa secutus pro argumento operis. Ouid. lib. Metæ. 2. Inde, inquit, sumunt lacrymæ, stillatq; Sole rigescunt De ramis Electra nouis. & decimo libro, Succinū intelligens, & ab arbore lapsas Heliadum lacrymas, dixit. Corcyra uero hæc nigra cognominata, alia ab illa est, cuius meminimus supra. Tragurij Strab. lib. 7. meminit. Diomedia notissima est Diomedis sepulchro, & aibus Diomedæis, de quibus Plin. capite 44. lib. 10. Mire quidem aut mentiendi libidine, aut locorum ingenio factum, ut Heroum tumulis raræ uolucres inuigilent: nam & de Memnonijs aibus in Phrygia est notum: & illas Achilleæ noxias supra indicauimus, & reddidit diligentissime Ammianus Marcellinus lib. 22. Hydria, Aestria, Asine, nō adeo sunt celebres. Quis enim unus omnes referat: cum. 60. insulas cōtra Liburnicum litus sitas Strabo scribat, & Plinius, Illyrici, inquit, ora mille amplius insulis frequētatur, natura uadosi maris, estuarijsq; tenui alueo intercursantibus. Omnibus hodie fræ, quotquot extant, dominantur Veneti terra mariq; insigniter ualidi. ^d Sicilia aliquando. Quod Ouidius lib. 15. confirmat. & Claudianus lib. de raptu primo, Trinacria quondam, inquit, Italiae pars una fuit. Et Plinius Sicilia quondam Brutio agro coherens mox interfuso mari auulsa est. Tantis est terræ motuum impetus: nam & Cyprum eo modo Syriæ auulsam, & Bœotia Eubœam creditum est, ut Plin. 90. cap. lib. 2. annotauit. Sunt uero qui Lesbum ab Ida abruptam fuisse crediderint: sicut à Misseno Prochyta & Pythiussa, ab Athensæ Capreas, ab Rhegyo Sicilia, & Ossam ab Olympo: ut lib. primo scribit Strab. His accedit quod in Hilarionis uita diuus Hieronymus scribit, post Iuliani Cæsaris mortem, cōcusis alicubi terræ motu litoribus maria terminos suos egressa: idq; in multis mediterranei pelagi locis euenisse. Sicania dicta est insula à Sicano rege: q, ut Solinus & Capella scribunt, cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruenit: dehinc Siculus Neptuni filius, à quo nomen commutatum: nam Trinacria dicta, quod tribus promontorijs triangula est. Ouid. Trinacria. lib. Fast. 4. Terra tribus scopulis uastum procurrat in æquor, Trinacris à positu nomen adepta loci, & Sil. lib. 7. Huc Actinæa cohors Triquetris quam miserat oris Rex Arethusa tuus. Elegantissima est huius insule descriptio

- ptio apud Claud. lib. de rap. Pro. primo, & lib. 13. Ouid. Mcminit Lucret. lib. primo. Sil. Italicus lib. 14. Inter hi-
 stóricos Diod. 6. lib. & 16. Polybius. lib. bel. puni. primo. Locorum uero Siciliae frequens est apud Ciceronem
 in Verrinis, Thucydidem lib. 6. mentio. Alias ex professo Dionysius. Strab. lib. 6. Plin. 3. lib. & multa ad eius
Fretum Siculū imitationē Iulius Solinus. Alios prætereo. *a* Id angustum. Mille enim & 500. passibus in latum patet,
 Plin. Nemo de freto illo diligentius Iustino retulit, Epitomatis lib. 4. *b* Anceps. Ideo Sil. lib. 2. refluxum
 dixit. Classibus et refluxo spectauimus
 æquore raptis, Contorta è fundo re-
 mouentem transtra Charybdim. Cur
 autē anceps, Aristoteles docet sectio-
 ne. 23. Problematum. *c* Scyllæ.
 De his monstris. 12. Odyssæ Home-
 rus, & lib. Aeneid. 3. Maro. Imbi fa-
 bulosa diligenter Seruius retulit.
d Charybdis mare. Vorticosum
 scilicet ob rupium præcipientes anfrã-
 ctus. *e* Noxium. Nam transi-
 tus periculosissimus est. *f* Tri-
 bus promontorijs. Ouid. lib. 15. Met.
 Intran, inquit, Sicaniam, tribus hæc
 excurrit in æquora linguis, E quibus
 umbriferos uersa est Pachynos ad au-
 stros, Mollibus expositum zephyris
 Lilybæo, ad arctos Aequoris exptes
 spectat Boreamq; Pelorus. Tria pro-
 montoria tribus propè uersibus ele-
 ganter complexus. Vide Martian. li-
 bro. 6. & hæc omnia picturæ adhibe.
- Pelorus.** quam reddidit tab. Europ. 7. Ptolemæi Nicolai monachus. *g* Pelorus. Idem promontorium & Peloris
 dicitur. Historiam deprompsit ex Sallustio: quem in hanc sententiam scripsisse etiam Seruius refert super. 3. Ae-
 neid. Virg. quanquam dicat se legisse, ante Hannibalis tempora Pelorum dictum. Polybius certe in primo belli
 Puni. non aliud loco nomen tribuit, nisi id de suis addidit interpres. Vale. lib. nono de temeritate ex Italia nauig-
 gasse eum scribit, Petilia relicta, dum tam paruo spatio Italiam Siciliamq; inter se diuisas non credidit, ueluti
 insidiosum cursus rectorem Pelorum interemit. Melæ sensus magis placet: timuit enim ne in Italiam appelleret,
 nescius intermedium esse fretum per quod Pelorus erat traiecturus. *h* Ora. Intermedia. Vide Ptol.
 Messanam. Clarissimam ex Punicis & Atticis bellis, ante Zancle uocata. à Taurominio Tauromeni Cice-
 roni. Dicuntur & alias Tauromenij, Taurominitani. Sil. lib. 14. Taurominitana cernunt à sede Charybdim. Lu-
 canus lib. 4. Taurominitanæ fugiens dammosa Charybdis. Et Tauromenienses uocati. Oppidum ipsum conditū
 est in colle, cui Tauri nomen erat, ab Andromachō Thimæi Historici patre, uiro opibus animoq; præstante: &
 Tauromenium dictum est, authore lib. 16. Diod. Eius loci meminit quoq; Baptista Egnatius Venetus sacerdos in
 eo libello, quem racemationū titulo dignatus est. *k* Catinam. Alia in Sicilia Catina, alia Catana: ab hac
Catana. Catanæ, & Catanenses, ab illa Catinenses. Hermolauus unam intelligit, quæ Græcis quidem frequētius Catana,
 Latinis ferè Catina dicatur. Catinæ simulacrum fuit Cereris, ut Cicero in actione contra Verrem. 7. scribit, quæ
 à uiro non modo tangi, sed nec aspici quidem fas fuit. à Megaride autem Megarenses etiam Ciceroni dicti.
Syracuse. Syracusæ. Cicero actione quarta cōtra Verrem, ubi de Marcello, Urbem, inquit, pulcherrimam Syracusæ:
 quæ cum manu munitissima esset, tum loci natura terra ac mari claudebatur. Item in sexta: Urbem Syracusæ ma-
 ximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamq; omnium sæpe audistis. &c. Quo in loco de hac urbe lecta di-
Lathomia. gnissima, sicut & apud Diod. lib. 16. ubi de rebus Dionis. Lathomiam habuit celebrem admodum, in usum car-
 ceris post uersam, opus ingens, magnificum, regum ac tyrannorum è saxo in mirandam altitudinē depressum,
 & multorum penitus excisum: nihil tam clausum ad exitus, nihil tam clausum undiq; nihil tam tutum ad custo-
 dias, nec fieri nec cogitari potest, ut Cicero scribit actione in Verrem septima. Ea gratia credo & Romano car-
 ceri datum nomē, quo T. Lilius libro primo tertiæ Decadis utitur. Nescio uero lapsus sit nec ne Nicolaus Perot-
 tus, qui alicubi Sinuesanis Campaniæ id tribuit in Lathomiæ mentione, quod Mar. Cicero Syracusanis Siciliæ.

Arethufam. Cicero ibidem, In hac, inquit, insula (Syracusanam intelligens) est fons aquæ dulcis, cui no- **Arethusa.**
Arethusa est, incredibili magnitudine plenissimus piscium: qui fluctu aquæ totus operiretur, nisi munitione
 ac mole lapidum à mari distictus esset. meminit Seneca meatus eius lib. nat. quæsti. 6. & nos supra, ubi de Alpheo,
 ex Marone docuimus. **b** **Acragas.** Quod Agrigentum nostri dixerunt, ut Plin. ait. Ab hac Agrigentini, **Acragas.**
 Agrigenfes, Acragantini dicuntur. Lucretius lib. . . quorum Acragantinus cum primis Empedocles est, insula quæ

a **Arethufam.** Fons est in quo uisuntur iacta in Al-
 pheum amnem, ut diximus, Peloponnesiaco litori
 infusum: unde ille creditur non se consociare pela-
 go, sed subter maria terrasque depressus huc agere
 alueum, atque hic se rursus extollere, Inter Pachynum
 & Lilybæum **b** **Acragas** est, Heraclea, & Thermæ.
 Inter Lilybæum & Pelorida **c** **Panormus**, & **d** **Hyme**
ra. Interius uero **e** **Leontini**, Centuripinum, Hybla,
 & aliaq; complures. **f** **Famam** habet ob Cereris tem-
 plum Enna præcipua. **h** **Montium Eryx** maxime me-
 moratur ob delubrum Veneris ab Aenea cõditum: &

Leontio oppido, cuius Ptolemæus meminit, sicut Centuripini à Centuripis, quorum frequentissima est apud Ci-
 ceronem in Verrenis mentio. Tradit Aristoteles de natura animalium tertio, tantam in agro Leontino pabuli uberi-
 tatem esse, ut non nisi sero diei oues ad pascua adigantur, quo minus capiant pabuli: Alioqui contingere sole-
 re, ut morbidæ fiant, renibus uidelicet pingui undiq; obductis. Sed Hybla melle quoque commendatissima, à qua
 Hyblæis illis apibus cognomentum est Sil. Tum quæ nectareis uocat ad certam Hymetton Audax Hybla fauis.

f **Aliæq; complures.** Nam urbes claras habuit. 6. ut lib. 6. scribit Martianus. Inq; his uarium Deorum
 cultum: nam Herculeum & Apollinem Agrigentini, Dianam Segestani coluere. Mercurij autem è Carthagine
 allati simulacrum Tyndarit ani. Quod C. Verres homo impurissimus in Prætura sua sustulit, Ciceroni. **g**

Famam habet. Cicero actione in Verrem. 6. Vetus est, inquit, opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum li- **Siciliae laus.**

teris atq; monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri ac Liberæ consecratam: hoc cum ceteræ gentes sic ar-
 bitrantur, tum ipsi Siculis tam persuasum est, ut agris eorum insitum atq; innatum esse uideatur. Nam & natas
 esse in his terris deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitratur: & raptam esse liberam, quam eandem
 Proserpinam uocant, ex Ennensium nemore, qui locus in media est insula situs, umbilicus Siciliæ nominatur. Ha-

stenus Cicero. Habuit igitur iuxta Ennam augustissimum templum Ceres, ab eo Enna dicta. Sil. lib. 1. Nec Ce- **Ennae Ceres.**

re Ennae, Phario nec uicta colono. Ennae Cereris simulacrum tale fuit, ut homines cum uiderent, aut ipsam
 uidere se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factum esse, sed cælo delapsum arbitrarentur: author
 in. 7. actione contra Verrem Cicero. Constat autem & Actnam oppidum in Sicilia esse, quæ Adranium quoq;

dicta fuerit: ea re factum, ut apud Claudianum lib. raptus primo, ubi hic uersus est: Aetnae Cereri proles opta-
 ta uirebat, Ianus Parrhasius doctissimus Grammaticus, dubitet Aetnae ne an Ennae scribendum sit: & Cicero
 nis codices ferè Aetnam pro Ennam habent. At uero, quoniam hic urbem præcipuam fuisse Pomponius indicat,
 & Cicero eum locum in Umbilico Siciliæ esse, fama celeberrimum, scribit, Ennam non Aetnam utrobiq; legen-

dum existimarim. Id quod Laurentius Abstemius non incelebris Grammaticus libro obscurorum locorum secu- **Laurētius Abs-**

dianus dicat: In medio scopulis se porrigit Aetna perustis. à Ptolemæi tamen sententia Plinius esse, & Strabo **stemius.**
 paulo attentius legentibus deprehenduntur. & libro. 14. Silius Ennae Cereris sanum famigeratissimum fuisse in-

dicat. Quamquam uideam apud Claudianum tam Aetnae legi posse quam Ennae, quod argumento raptus Pro-
 serpinæ non repugnet, hoc ne an illo modo legas. Sunt qui apud Valerium, Solinum, & Lactantium Ennam le-
 gendum contendant, non Aetnam: & Ennensem Cererem campumq; non Aetnensem: de quo tamen quo minus
 certe pronuncies, cum loci fecere finitimi, tum etiam quod affinia locorum nomina prono errore inuerti corrumpi-

piq; & in mutuum abire usum potuerunt. **h** **Montium Eryx.** Sic legendum, ut uocabulum, Montium, ad
 sequentia referatur, nec cohereat adiectiuo, præcipua, Sic ipse quoq; Hermolaus legit. Inquit enim Mela, mon- **Pōponij lectio**
 tium qui in Sicilia extant, duos eximie celebres esse, Erycem alterum propter Veneris ædem, quam sustinet, al-

terum emendata.

- terum Cycloporum fama & indigenis ignibus. Simili modo lib. 3. Montium, inquit, altissimi Taurus & Rhetico Item in eodem pari modo: Amnium in aliis gentes excurrentium Danubius & Rhodanus. Item alibi: Paludis Sicilia & Moesia maximae &c. De Eryce omnes norunt, à quo Erycina Venus dicta. Horat. Siue tu mauius Erycina ridens. a Aetna. Huius incendij causas Maro reddidit, & pleraque non indocte libro primo de raptu
- Lucretius.** Claudianus. Lucretius libro primo: Hic est uasta Charybdis, & hic Aetnae minantur Murrura, flammaram rursus se colligere iras, Faucibus eruptos iterum ut uis euomat ignes, Ad caelumque ferant flammae fulgura rursus. Lege lib. decimoquarto Silium, & tertio Aeneid. Maronē. Cuius locum Macrobius scribit libro quinto, toto sensu ex Pindaro depromptum.
- Enceladus.** Ferunt poetae Enceladum subtus premi, à Ioue reuinctū, propterea quod montis ignem eructat, & terramotibus uicina loca infestantur: nam si ad Phisica respiciat, non sunt aliud Gigantes, quam spiritus illi terra clausi: qui dum exitum non inueniunt, ui sibi uitam faciunt, montibus altissimis adeo per sepe concussis, ut aut rumpantur, aut ingentia frustra emittant contra Iouem, id est caelum uersus qui fulmine saeuus, & quo impetu iacere obuia solet. Hinc illa pugna Gigantum montes in Iouem mouentium uetusta, hoc est erudita fabula celebris, cuius supra quoque meminimus. b Hymera. Vitruuio lib. octauo Hymeras dicitur, Solino Hymereus: sed Silius quemadmodum & Pomponio Hymera, libro decimoquarto: Armare suos qua mergitur Hymera Ponto Acolio, nam diuiduas se scindit in oras, Nec minus occasus petit incita, quam petat ortus, Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis, Quo mons Sicania non surgit ditior umbra. Solinus, Hymereum caelestes mutant plagae: amarus denique est, dum in Aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem stetit. Miror in re tantilla, adeo uariare scriptores. Melia in meridiem fluere ait, & occasum, Silius in ortum occasumque, Solinus in meridiem & aquilonem. At recte colligentibus idem referent. c Aeae. Homerus libro Odyssae quinto, Ogygiam insulam Calypso tenuisse scribit, quam à se & Calypson dictam confirmat libro tertio Plinius. Altera, inquit, Calypsus, quam Ogygiam appellasse Homerus existimatur. Eandem igitur Aeaeam dictam esse, cum Melae, tum Propertij auctoritate uerisimile est. Hic libro tertio ad Posthumum sic ait: Et Thalamum Aeaeae stentis fugisse puellae, Totque hyemis noctes, totque natae tase dies. De Calypso omnino locutus, cum ante Circes mentionem fecisset. Quamquam haud nescio quid nungatur. Verum ab Aea Colchorum oppido circa Phasin sito, cuius libro primo Strabo meminit. Haec est Aeae, ad quam ab inferis regressus Ulysses appulit, a sequeunte cum cum uino, cumque pane Circe. De Gaulo, Melita, Galata, & Cosyra Plinius eodem in loco. à Melite hac canes nobiles aliquando Melitei dicti Straboni libro sexto, à quibus adagium natum, Meliteus catulus, de re homine uel ad solam uoluptatem comparata. At Meliteos Plinius ab ea Melite dictos autumat, quae inter Illyricum & Corcyram nigram in Adriatico sita est, capite ultimo libri tertij. Et ab Hermalao defenditur. Cicero actione in C. Verrem sexta, Melitenses uocat insulanos, & rosam Melitensem, actio. 7. Puluinus, inquit, erat Melitensi rosa factus. d Aeoli. Omnes ueteres Aeolias. 7. nominant, unicus Seruius. 1. Aeneid. nullo auctore. 9. auctore Hermol. Plin. Citra Siciliam, inquit, ex aduerso Metauri amnis. 22. ferme mil. pas. Ab Italia septem Aeoliae appellatae, eadem Liparcorum & Hephestiades à Graecis, à nostris Vulcaniae. Aeoliae, quae Acolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Haec Plin. Nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phoenicusa, Euonymos, Pli. Soli. Diony. & Strab. nisi quod hic Thermeisam nominat, Melia non Euonymon, sed Osteodē illis adnumerat, diuersam, si Diod. credimus insulam, iuxta tamē sitā etiā Pli. & Ptol. Ceterū Lipara dicta à Liparo rege, cui Aeolus successit. Hiera, quae Vulcano potissimum sacra est, ante Therasia dicta. Strongyle Aeoli domus olim, à rotunda figura, nam ἑσθηλοπ rotundū & turbinatū Graeci uocāt. Diony. Plotas cognominat, quod facile ad nauigetur, locus enim nauigabilis illis πλωτός dicitur. Didyme, quae geminae formā habet. Ericusa & Phoenicusa, quae Strab. Ericode Phoenicodēque dicuntur, ab Ericae palmāque fructetis, quibus abundat nomē habēt. Euonyma dicta, quod sinistra sit, quoniam ē Lipara in Sicilia nauigantibus sinistra maxime offertur, Graeci ἐυώνυμον sinistrū uocāt. ex Strab. e Pithecusa.

Que & Aenaria ab statione nauium Aeneae, & Homero Inarime dicta est: hodie Ischia ab oppido, cui coxendicis similitudo, ut Hermol. 11. Plin. cap. 2. docet. Graecis uero Pithecusa, à simiarū copia, quas Pithecos uocāt. Nota inde fabula, quam Ouid. tradit Meta. lib. 14. aut ut Plin. scribit à figulinis, nam πῖθος dolium Graecis dicitur. Lege cap. 6. lib. 1. Plin. ubi omnium quas hic Pomp. tradit, fit mentio. Sola Phytionia remotior in Sardinia. magis inclinat: & Capellae Phytioniae fossae dicitur, ex Plin. Cirbania aut illa est Hermol. iudicio, quae aliās Bar-

Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreae, Prochyta, Pontia, Pandataria, Phytionia, Palmaria Italico lateri citra Tyberina ostia obiacent. Ultra aliquot sunt paruae Dianium, Iginiū, Carbania, Virgo, Ilua, Capraria. Duae grandes fretorū diuisa Hetrusco, quarū Corfica litori propior inter latera tenuis & longa, praeterquam ubi Aleria & Marianae coloniae sunt, à barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, nisi quod in occidentem quam in orientem angustius spectat, par & quadrata undique, & nufquam non aliquanto spaciosior quam ubi latissima est Corfica. Caeterū fertilis & soli quam caeli melioris, atque ut foecunda, ita penè pestilens. In ea antiquissimi populorum sunt Ilienses: urbium antiquissimae Calaris & Sulchi. At in Gallia, quas referre conueniat, solae sunt Stoechades ab ora Ligurum ad Malsiliam usque dispersae. Baleares in Hispania contra Tarraconensia litora sitae, non longe inter se distant, & ex spacio suo cognominibus acceptis maiores minoresque perhibentur. Castella sunt

pona uocatur. De Ilua à Chalybis copia Plinio commendata. Maro quoque li. 10. Ast Ilua trecentos, Insula in exhaustis Chalybū generosa metallis. Porro alia est à Capreis Capraria: & sunt Capreae ocio & libidine principum aliquot insignes, à quibus Caprensis recessus ille, cuius in Tiberio meminit Suetonius. a Corfica. Corfica. Graecis Cynos dicta: notissima uino praestante, durante etiānum nomine, inter quam & magis meridiana Sardi. angustum mare interfuit. b Aleria. Aleriam enī L. Sylla, Marianas colonias C. Marius deduxit. Illi igitur Roma. reliqui Punica gens & Barbara. c Sardinia. Sallustius quoque in eandem sententiam, Sardinia, inquit, in Afro mari facie uestigij humani, in orientem quam in occidentem latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta, ut lib. 12. Sil. & Soli. scribunt. De ea Plin. 7. cap. 3. lib. eadem & Ichnusa & Sandaliois, à forma humani uestigij dicta. Claud. in bello Gyltonico: Humanae speciei plā-

Corfica.

Sardinia.

Erasmus Roterodamus.

Ilienses.

Solini incuria.

Calaris.

Stoechades.

Baleares.

Gymnesia.

te sinuosa figurat Insula, Sardiniam ueteres dixere coloni. Multa in ea insignia sunt, at nihil magis quam quae adagio locum praebuit, herba Sardo: cuius ex uaria opinione scriptorum ERASMVVS meminit Roterodamus, homo Germanus, graecarum & latinarum literarum peritia praestantissimus, cuius extat Paroemiarum opus suo conscriptū Marte, nam ante eum nemo Latinorum per omnem saeculorū memoriā idem est ausus: Graeci multa quidē elegantia, at ut intelligo, copia nequaquam pari, nec satis absoluta, quae hodie extant, reliquerunt. Sardiniam Ptol. multo longiorem facit, quam sit lata: nam Eoum litus. 138. mil. pas. longitudinis habet, maxima latitudine. 122. mil. pas. existente. Eadem propè & Pomp. est sententia: nam angustius spectare eam in ortum quam occasum ait, litoribus uidelicet medio contractis: in uniuersum autem ubique spaciosiorem esse, quam Corfica sit, etiam eo tractu quo latissima est. d Soli quam caeli. Habet enim in septentrionē uersos montes, quibus Boreae afflatus prohibetur: reliqua in ea turbulenta sunt & morbosa grauibus & uolentis austris, ut Pausanias retulit, & meminit Caelius Rhodigi. cap. 19. lib. 11. Alioquin constat in insulis adeo à continente remotis, & in meridiem expansis, aestiuo maxime tempore (nisi mansionis consuetudine caelum uincatur) salubrem habitationem esse non posse. e Ilienses. Sunt & Iolaenses ab Iolao Iphicli filio, sed uetustissimi Ilienses, Pausanias. Solini incuriam, Iolaum alicubi Iphicli, alio uero in loco Aristi filium fuisse asserentis, adnotauit Hermol.

f Calaris. A qua Calaritanī, ut à Sulchi Sulchitanī, Plin. De Calari, Claud. in bello Gyltonico: Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti, Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undas Obaia dimittit fracturum flamina collē g Stoechades. Tres, singulis nominibus Prote, Mele, & Hype dicuntur, Plin. cap. 5. 3. lib. hoc est prima, media & infima: id quod ob ordinē quo sitae sunt Stoechades dictas esse demonstrat, Malsiliensium litori uicinas Plinio. h Baleares. Baleares funda bellicosas, Graeci Gymnesias dixere, Plinio. Maioricam & Minoricam nominant, à dispari quantitate. Dictas esse constat à βάλλω, quod mitto siue sagitto significat. Gymnesiae uero dictae, quod incolae nudi aestatis tempore iactu fundarū sese exercent. Nam uitam ibi aliquādo

nec uestibus, nec calceis asuetam egerunt, ternis bifidis armati fundis. Vbi matres liberos arte iaculandi solent instituerent: neque enim fas est cuiquam maxilla panem terere, nisi prius ipsum lapidem fuerit indeptus iacentem super trabem in locum metæ. Ita quidem scripsit Lycophron, ut aliqui latinorum traduxerunt. Quem Florus ca. 8. lib. 3. imitatus, propè similia retulit. Silius lib. 5. Et torta Balearis seuus habena. meminit lib. 6. Diodorus. Scribit cap. 57. octavi libri Plinius, tantum apud Baleares aliquando cuniculorum prouentum fuisse, ut auxilium militare à diuo Augusto aliquando in eosdem petierint. a Iamno. De Iamnone & Magone, minoris insule, Polentia uero & palma maioris, cap. quinto tertij lib. in eandem sententiam Plinius protulit.

Ebusus. b Ebusos. Huius nominis penultima anceps est. Silius lib. tertio: Iacq; Ebusus Phoenissa mouet, mouet Artabrus arma. Rufus ex Dionysio: Ac dilecta uago pecori consurgit Ebusus.

c Ferrariam uocant. De illo & Sucronensi sinu retulimus in continentis descriptione. d De agrestibus. Hoc est agrestifera exuta cicurantur.

Colubraria. e Colubraria. cuius meminit Plini. capite quinto libri tertij, Ebusi, inquit, terra serpentes fugat, Colubrariae parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram infestis.

Gaulos. f Fugientibus. Consimilis naturæ Gaulos insula est Cercinna in Africam spectanti uicina, in qua serpens neque nascitur, nec uiuit inuecta: propterea iactus ex ea quocumque gentium puluis, arcect angues, Scorpiones superinictus illico perimit. Solinus author, ex capite septimo libri quinti Plinij. In fretto Gallico iuxta Britanniam insula est Attamis, quæ ipsa cum nullo angue (ut Solinus scribit) serpatur.

Nota. asportata inde terra quocumque gentium inuecta sit, angues necat. Nos huiusmodi rerum nimirum insignium facilius est admiratione capi teneriq; quam unde tales sint, causas reddere: nam & has prædiues admirabilium operum natura in multis humanam industriam latere uoluit, ne ingenij nostris peruia, si

non haberet amplius quod miraremur, uetustissime dignitatis splendorem amitteret. Ideo Pomponius, non puluerem ipsum, sed aliud multo

magis,

quod sensibus nostris minime obuium est.

serpentes fugere re-

cte autuma

uit.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI LIBRVS
SECVNDI DE ORBIS SITV, ET ADIB
CTORVM VADIANI COMMEN
TARIORVM FINIS.

IOACHIMI VADIANI HELVETII, IN
POMPONII MELAE LIBRVM
TERTIVM COMMEN
TARIA.

EXTIMA HISPANIAE LITORA.



DICTA est ora. Pomponius extima terrarum litora lustraturus, quoniam Oceano illa amplissimo coërcentur, prius de fluxu refluxuq; huius differit, mox ad litorum descriptionē, adq; insularum quæ in Oceano insignes sunt, nomenclaturā conuertitur. **b** Circuitus. Vnus, unoq; amplexu extantis terræ superficiem ambiens, contra Cicronis & Macrobij sententi-

Contra Cicero-
nē & Macro-
bium.

POMPONII MELAE DE SITV ORBIS
LIBER TERTIVS.

te Oceano circumcirca separari puta-
runt. **c** Infinitum pelagus. In-
modo ifinitus

EXTIMA HISPANIAE LITORA.



DICTA est ora nostri maris, dictæ in-
sulæ quas amplectitur: restat ille
b circuitus, quē (ut initio diximus)
cingit Oceanus ingens, & **c** infini-
tum pelagus, & magnis æstibus
d concitum (ita enim motus eius

appellant) modo inūdat campos, modo late nudat
ac refugit, nunc alios aliosq; inuicem, neq; alternis
accessibus, nunc in hos, nūc in illos impetu uersum.
Sed ubi in omnia litora, quamuis diuersa, terrarum
insularumq; ex medio pariter effusum est, rursus ab
illis colligitur in medium, & in semetipsum redit:
tanta ui semper immisum, ut **h** uasta etiam flumina
retroagat, & aut terrestria deprehēdat animalia, aut
marina destituat. **i** Neq; adhuc fatis cognitum est,

minarent Oceanū. Sed reuera nostra
litora Oceano limitem statuūt. Alio-
qui si suo potitus loco, terram occule-
ret, illam globi rotūditatem, quā ho-
die unā cum extantis terræ superfi-
cie, ut receptissima sententia est, effi-
cit, solus ipse absolueret, & infinitus
diceretur, quod in omni rotundo in-
certa est inuicij finisq; præscriptio.

Oceanus quo-
modo ifinitus

d Concitū. Nā & citus est, ideoq; Oceanus.

ὠκεανὸς Græcis à celeritate dictus,
ut refert Solinus, ab ὠκός quod uelo-

cem significat: Et simul impetuosus,
ac propterea Græcis Enosigeus, uel. Enosigeus.

n geminata Ennosigeus uocatus, qd
terram quatit, ἐνοός enim concus-
sio est, γῆ α̅ terra. Iuuenal. Saty. 10.

Ipsum compedibus qui iunxerat En-
nosigeum. nā ad alia quoq; maria ab-

Oceano tralatum nomen est. Quin & coniunx, id est uis illa Oceani perpetua Amphirrite dicta, quod litora lan-
cinet teratq; circumcirca. Ouid. Meta. primo: Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphirrite.

e Inuicem. Vario procurso nunc hos agros, nunc illos inundans: neq; id alternatim uenientibus undis, ut
aliās in omni litore insularum & continentis affolet, sed subito impetu: quo fit, ut terræ margo extimus in inces-
to sit. **f** Pariter. Vniformi accessu. **g** Colligitur. Statis horis reuocatur, scq; resorbet, in semetipsum,
hoc est in propriam sedem redeundo. **h** Vasta etiam flumina. Venit enim altissimis undis, nam octogenis
cubiis supra Britanniam intumescere æstus Pytheas Massiliensis prodidit, authore Plinio. Silius libro tertio de

Hannibale: Mira dehinc cernit surgentis mole profundi, Iniectum terris subitum mare, nullaq; circa Littora &
in fiso stagnantes æquore campos. Lege eundem. **i** Neq; adhuc. Multum enim diuq; inter rerum naturæ
studiosos agitata est, quæ causæ tantam undarum uim suscitent: & (ut Solinus ait) plura pro ingenijs differē-
tium, quàm pro ueritatis fide expressa. Pleriq; deprehendi posse causas negarunt. Et Lucanus poeta cū in alijs
artibus, tum Mathematicarum peritia rerum insignis, in illa questione animū despondit nimirum, cum de Gal-
lico locutus Oceano sic ait: Qua litus dubium, quod terra fretumq; Vendicat alternis uicibus cum funditur in-
gens Oceanus, uel cum refugis de fluctibus aufert, Ventus ab extremo pelagus sic axe uoluet, Destituatq; fe-
rens, an sydere mota secundo Thetys unda uage lunaribus æstuat horis, Flāniger an Titan, ut alentes hau-

i Neq; adhuc. Multum enim diuq; inter rerum naturæ
studiosos agitata est, quæ causæ tantam undarum uim suscitent: & (ut Solinus ait) plura pro ingenijs differē-
tium, quàm pro ueritatis fide expressa. Pleriq; deprehendi posse causas negarunt. Et Lucanus poeta cū in alijs
artibus, tum Mathematicarum peritia rerum insignis, in illa questione animū despondit nimirum, cum de Gal-
lico locutus Oceano sic ait: Qua litus dubium, quod terra fretumq; Vendicat alternis uicibus cum funditur in-
gens Oceanus, uel cum refugis de fluctibus aufert, Ventus ab extremo pelagus sic axe uoluet, Destituatq; fe-
rens, an sydere mota secundo Thetys unda uage lunaribus æstuat horis, Flāniger an Titan, ut alentes hau-

i Neq; adhuc. Multum enim diuq; inter rerum naturæ
studiosos agitata est, quæ causæ tantam undarum uim suscitent: & (ut Solinus ait) plura pro ingenijs differē-
tium, quàm pro ueritatis fide expressa. Pleriq; deprehendi posse causas negarunt. Et Lucanus poeta cū in alijs
artibus, tum Mathematicarum peritia rerum insignis, in illa questione animū despondit nimirum, cum de Gal-
lico locutus Oceano sic ait: Qua litus dubium, quod terra fretumq; Vendicat alternis uicibus cum funditur in-
gens Oceanus, uel cum refugis de fluctibus aufert, Ventus ab extremo pelagus sic axe uoluet, Destituatq; fe-
rens, an sydere mota secundo Thetys unda uage lunaribus æstuat horis, Flāniger an Titan, ut alentes hau-

i Neq; adhuc. Multum enim diuq; inter rerum naturæ
studiosos agitata est, quæ causæ tantam undarum uim suscitent: & (ut Solinus ait) plura pro ingenijs differē-
tium, quàm pro ueritatis fide expressa. Pleriq; deprehendi posse causas negarunt. Et Lucanus poeta cū in alijs
artibus, tum Mathematicarum peritia rerum insignis, in illa questione animū despondit nimirum, cum de Gal-
lico locutus Oceano sic ait: Qua litus dubium, quod terra fretumq; Vendicat alternis uicibus cum funditur in-
gens Oceanus, uel cum refugis de fluctibus aufert, Ventus ab extremo pelagus sic axe uoluet, Destituatq; fe-
rens, an sydere mota secundo Thetys unda uage lunaribus æstuat horis, Flāniger an Titan, ut alentes hau-

- riat undas, Eligat oceanum, fluctusq; ad sidera tollat. Quærite quos agit mundi labor: at mihi semper Tu quæcunq; moues tam crebros causa meatus, Vt superi uolucere, lates. &c. Est enim maris illa reciprocatio maxime mira, ut diuina cuiusdam non iniuria uideri possit. Cicero lib. 3. de natura Deorum, ubi naturæ potentiam constantiamq; extollit Cottam sic loquentem fecit: Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freti Siciliensi, quid Oceani feruore illis in locis, Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda? Quid æstus maritimi, uel Hispanienses, uel Britannici, eorumq; certis temporibus uel accessus uel recessus sine Deo fieri non possunt? Hactenus ille. cuius uerba indicant fuisse, qui rem tam mirā sine numine quodam præsentis fieri non posse existimauerint. Neq; sanè illi inepte.
- Natura quid?** Illa enim ingens naturæ per partes potestas, è uero illo & uno Deo, ad cuius nutus excubat orbis, ceu riuus solent ex fonte manat: ut natura non aliud esse uideatur, quàm diuina quædam uis, mundi membris à se creatis indita. Vnde illa rerum concretio ac dissipatio Anaxagoræ in naturæ uocabulo intellecta prouenit. Ex ipso enim & per ipsum omnia sunt, atq; (ut Maro ex Academia cecinit) Totamq; infusa per artus Mens agit molè, & magno se corpore miscet. Addit Augustinus cap. 12. lib. de ciui. quartii: Deum esse sinum quendam in seipso continet omnia: non tamen ita suæ creaturæ insitum, ut animal ex Deo & creatura quisquam compositum existimet: quod illorum opinionem rejicit, qui animal esse mundum dixerunt.
- Anhelitus mundi.** a Anhelitū ne. Varias causas ueterum in Philosophorum placitis Plutarchus explicat. Porro si anhelitus uocabulo, uaporum resolutione, quæ influxu & radijs luminarium fit, intelligemus, non adeo alieno à re proposita usi sunt sermone, qui anhelitu mare intumescere dixerunt: Id quod Albertus cap. secundo tract. secundi eius libri, quem de elementorū proprietatibus scripsit, propè demonstrat. Sin autem aut animalem spirationem, aut anhelitum utcunq; mundo congruum, tanquam è pulmone quodam ingenti proficiscentem, id facere opinati sunt, multum illi à uero abfuerunt, & errori causam præbuerunt, qui mundum animantem esse putarunt: cum Aristoteles nec animantem esse, nec usquequaq; sensibilem, nec rationis compotem, nec intellectus asseruerit, ut in placitis philosophorum Plutarchus scribit. Sunt quidem spiracula passim uentorum, anhelitum simulantia, uerum talium qui citra animale motum eueniant, non raro certis causis mortifera hominum: quorum in capite de spiraculis meminit lib. 2. Plinius, etiam si omnia quæ uiderim exemplaria de Piæculis non spiraculis titulo præserunt, falso. b Reberat. Re sorbeat, retrahat, refluentem oceano. c Vnum animal. Quod putarunt hi, quibus orbes sua sponte moueri uisum est, quando illi intelligentijs mouentur, sed eo modo ut animal non efficiant cum orbibus quos mouent. Ouidius quoq; animal sit tellus nec ne, dubitauit libro Meta. ult. Nam siue est animal tellus & uiuit, habetq; spiramenta. &c. ut Peripatetici confirmant. Solinus, Physiici, inquit, autumant animal esse mundum, eumq; ex uarijs elementorum corporibus conglobatum, moueri spiritu, regi mente: quæ utraq; diffusa per membra, omnia æternæ molis uigorem exerceant. Sicut ergo in corporibus commercia sunt spiritalia, ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus uel reducti modo inflent maria, modo reuocent. Hactenus Sol. d Depressi specus. In quos ingenti se mole uibrans aquarum moles mergatur, & rursum meatuum repagulis pulsa exundet: quod à spiritibus sub aqua existentibus fieri Apollonius Tianeus existimauit, ut libro quinto scribit Philostratus. At ne illa quidem ratio uero est similis: nam aliud esse necessum est, quod totum adeo Oceanum trahit, quanquam partim nunc uento, nunc uaporum spirituumq; eruptionibus, atq; alijs huiusmodi fortuitis causis moueri ipsum contingit. Macrobius. lib. in somnium Scipi. 2. illum maris motum ex eo esse putauit, quod sinus Oceani orientales & occidentales, mutuo concursu sese feriant, impetuq; immaniore misceantur: ex quarum collisione nascitur, inquit, famosa illa Oceani accessio, pariter & recessio. At quis dubitet non ita esse, ut ille scripsit? e An Luna. Lunam per angulos motam, occulta quadam natura mare agitare trahereq; ceu magnetem ferrum allicit, maximi authores confirmant: Ptole. 2. quadripartiti. 12. cap. Plinius quoq; 99. capite secundi libri. Silius. 3. libro: Cymothoes ea regna uagæ, pelagiq; labores Luna mouet, Luna immisissis per cæula bigis Fertq; refertq; fretum, sequiturq; reciproca Tethys. Omnium uero doctissime, ut solet, Albertus Magnus in eo libro quem de elementorum proprietatibus scripsit, totam huius motus rationem ex Aristotelis ferè sententia explicat. Et eo iunior in libro de occultis naturæ operibus diuus Thomas. E recentioribus Thimon. 2. Picus. Meteo. quæst. 2. Picus Mirandula. 17. capite lib. contra Astrologos tertij, nutat quidem, uerum demum is esse mihi uidetur, qui quod à Luna illi maris motus sint, libenter & facile ipse credat: modo Astrologorum curiositas nullam nouam

Nullam nouam in Luna potestatem comminiscatur, præter motum & lucem, quare mare commouetur, cum pro-
ditæ omnes in accessibus maris recessibusq; diuersitates, uel à motus diuersitate scandentis syderis, uel declinan-
tis, uel à lucis damnis uel incrementis euidentissime causam habere possint. At Picum urget, & tanquam tergi-
uerfetur, incusat Augustinus Nyphus Succianus, Astrologus ætate nostra minime indoctus, qui & ipse haud qua-
quam indigna lectu super enunciatum. 25. libri, de nostrarum calamitatum causis tertij adnotauit. Nemo tamen
omnium Alberto fidelius diligentiusq;. Scribit & Georgius Collimitius Mathematicus clarissimus, ad magnifi-
cum Gabrielem Vogtum, magnanimi Cesaris Maximiliani à consilijs & secretis, uirum solertissimū, qui nuper
in Britannici Oceani litore, cum illam immanium fluctuum statam uicissitudinem conspicatus esset, causarum cu-
pidus, Collimitium meum precatus est, uti quicquam uel sui gratia, super re tam mira, quod solidum excussumq;
iudicaret, in lucem adat. Equidem cum Collimitio aliquando de fluxu refluxuq; Oceani commētus, cum multa il-
le, ut a solet, docte simul & dulciter in medium attulisset, haud difficile deprehendi posse aiebat, Accessus maris
recessusq; haud parum augeri, rursusq; minui ex incremento & decremento luminis Lunæ. Ideo uere Cesar
Commentario belli Gallici. 4. Eadem, inquit, nocte accidit ut esset Luna plena, qui dies matutinos æstus maxi-
mos in Oceano efficere solet. Nec minus uere quam eleganter Gellius. 14. libro Oceanum quasi Lunæ comitem,
cum ea simul & senescere & adulescere solere ait. Præterea libro de Diuinat. 2. Cicero freta agitata fluxu, &
marinos æstus Lunæ motu gubernari à ueteribus traditum docet. Illud planè constare aiebat, omni die mensis
uariari secundum Lunæ transitum per angulos. Sunt autem anguli, orientis, meridici, occasus, & mediæ noctis.
Ægre igitur ratio incrementi & decrementi, accessuum recessuum uel deprehendatur, nisi motu Lunæ & pro-
prio, & illo quem raptu primi mobilis habet, cognito, præterea & latitudine & uiribus, tum & positura Lunæ
ad stellas erraticas & fixas, potestate quoq; eius per signa deprehensa: illa enim omnia mirifice, cum tempus,
tum modum & quantitatem fluxus refluxusq; uariant. Nam nulli accessus maris recessibus quantum ad duratio-
nem attinet temporis, pares sunt: nisi quum in signis æquinoctij Luna existit, aut magis in ipsis æquinoctij pun-
ctis sine omni latitudine. Id monstrari minime est difficile, ex inæquali signorum ascensione. Vnde fit, ut nulli cir-
culi paralleli, per quos Luna in alijs alijsq; signorum, à tropicis æque distantium gradibus circumuoluitur, pa-
ris sint infra supraq; Horizontem spacij. Estq; consequens, ut ea signa brumalia tenente duratio primi accessus
recessusq; multo maior sit his motibus, quos ab angulo occidentis sub terra in ortum usq; suscitatur: & contrario
quidem modo, cum in australibus signis circumuoluitur. Inmo contingit duplici spacio durationis alteros accessus
recessusq; ab alteris uinci, cum in tropicis sita Luna rapitur. Rursus accessus recessusq; in uno eodemq; tra-
ctu quopiam, per quaslibet horas & horarum partes mutantur. Alberti etiā testimonio: Quod ex proprio Lu-
næ motu prouenit, quo à Sole modo recedit, modo accedit: ut si gratia exempli, hodie Soli iuncta, cum eo die su-
pra Horizontem exuperet, cras iusto tempore post Solis ortū oriens tardiores faciet ex illo angulo accessum;
quàm priori die fecerit, propter celeritatem qua proprio motu ab occidente in orientem pergit. Nihil igitur mi-
rum, si incertos Oceani æstus quidam ueterum dixerunt, Velut. 23. libro Tacitus, causa tantæ uariationis uulgo
non animaduersa. Addo quod maritimis regionibus quadrante secundum longitudinem distantibus, contingit
eodem tempore ut his accessum, ita illis recessum Oceani fieri. Regionibus uero per diametrum seiunctis, acces-
sus quidem & recessus simul fiunt, sed illa diuersitate, quâ illis secundus accessus fit, cum hi primū habent. Hanc
ueritatem obsecro nemo damnet, aut rejiciat, ni prius an ita fieri possit cognoscat. Nihil omnium est maiori di-
gnum odio, quàm dammare temere quod nondum intelligas. Scio quàm ægre uideant, quàm ægre admittant hoc
traditionum genus, à uulgari captu remotius, qui, ut Ciceronis uerbis utar, hunc eruditum puluerem nunquam
attigerunt. Ratio in promptu est eius quod asseruimus: nam idem est horizon cōtrapositorum per diametrum:
cum igitur nobis Luna oritur, illis occidit, & oriens primum nobis accessum facit, secundum autem accessum il-
lis ad eundem horizontem occidens: nec repugnat eundem angulum diuersis & orientalem & occidentalem
esse. Per instrumenta uero & supputationes Astronomicas haud difficile est pro quolibet climate uerum tem-
pus initij atq; durationis cuiuslibet accessus uel recessus inuestigare, quod & Albertus confirmat. Quod uero
ad Lunæ posituram attinet, certum est eam in idoneo aspectu cum Venere aut stella fixa nature Veneris, tum
& in humida mansionem accessus augere. Contra uero in idoneo aspectu Martis aut stelle fixæ nature eiusdem,
uel si mansionem siccam transierit, eosdem minuire. Et latitudo quidem septentrionalis auget in litoribus septen-
trioni expositis accessus: in his autem quæ meridianis climatibus subsunt, minuit. Simile fit, cum Luna per signū
quodpiam discurret, in quo maiores sibi uires proualescunt. Quod si plena fuerit in principio Cancris & Veneri
cōiuncta, habueritq; latitudinē septentrionalē maximā, maximos recessus abcessusq; fieri indubiū est, eoq; po-
tissimum tractu, qui parallelo subditur, cui maxima declinatio ab æquinoctiali. 28. graduum & dimidij existit.
Hac de causa diuus Ambrosius libro Hexæmeron quarto, Amposus, inquit (Græci τῆν ἄμπεσον huiusmodi

Augustinus
Nyphus.
Georgius Col-
limitius.

Nota.

Accessus recessusq; distanti-
bus simul fieri
possunt.

Luna quando
accessus uariet

ingurgitationem uocant) quae in Oceano esse perhibetur, cum reliquis diebus ordinem suum seruare dicatur. Lunari exortu euidēs mutationis suae fertur indicium dare, ut mare ipsum occidentale, in quo spectatur Ampsis, solito amplius accedat, & recedat, & maiori aestu fertur tanquam Lunae quibusdam aspirationibus seorsum trahatur, & iterum iisdem impulsu, & retractum in mensuram propriam refundatur. Quibus profecto uerbis fatetur

- Nota.** Lunae uirtute Oceanum agitari. Quin & illud à uero non abhorret, esse litora Oceani aestibus obuia, quibus diebus aliquot Luna nec oritur, nec occidit, sed planè aut supra horizontem manet aut infra, magno argumento. Lunam non lumine tantum, sed & motu per angulos, quibus maxima uis inest, agitare Oceanum solere. Haec singula in suum distributa ordine, ni fallor, dicato opere dabit propediem in lucem Collinius. Recte uere Plinius omnes istos aestus in Oceano maiora integere spatia ait, quam in reliquo mari: siue quia totum in uniuersitate animosius est quam in parte: siue quia magnitudo aperta, sideris uim late grassantis efficacius sentit, eandem angustis arcentibus, quae de causa nec lacus, nec amnes similiter mouetur. Ideo Cornelius Tacitus in Agricolae socer uita, Naturam, inquit, Oceani atque aestus, neque querere huius operis est, & multi retulere: unum addidero, nunquam latius dominari mare (Britannicum intelligens) multum fluminum huc & illuc ferre, nec litore tenuis accrescere ac resorberi, sed influere penitus, atque ambire etiam, iugis atque montibus inferi, uelut in suo
- Tacitus.** &c. Hoc est quod Mela asserit, tanta uis semper immissum, ut etiam uasta flumina retroagat Oceanus. De impetu nemo dubitet, mergit enim abluta; spatiosos agros. Et hodie ad maritimum oppidum Batauorum, quod lingua sua Dortrichum nominant, turres cernuntur testes mersi oppidi, quae tecto & pinnaculis tenuis eminet, caetera in profunda demersa. Praesentissimo in toto eo tractu periculo si quando pertinacius aggeres, quos accola gens contra fluctuum excursus praestruit, mare perfrigerit: quicquid enim iuxta misere pereuntibus quaecumque, immitti illo Neptuni numine in praedam undae uendicant. De aestibus alijs extra rationem Pli. 100. capite secundi. Reliqua quae fluxum aliunde aut iuuant, aut impediunt doctissime, & planè suo more exposuit Magnus ille Albertus, homo Germanus quidem (hoc enim nomine delicatum literatorum uulgus à multis annis barbariem comprehendit, & ignorantiam) uerum mea sententia in rerum naturae captu latinorum omnium, qui Aristotelem sunt interpretati, quos quidem legerim, citra controuersiam doctissimus, uereque admirabilis, non solum propter eximiam eruditionem, uerum etiam, quod iniquissimis temporibus editus, uincere ingenio infelix seculum potuit.
- Contra eos qui Physicis disputationibus paucum tribuunt.** Quem coniectorem insignem, & opinionum architectum sunt qui appellent, magni uidelicet illi, non illarum tantum artium quas profitentur, sed aliarum etiam quas ignorant, Aristarchi, qui plus quam Academicè nostrae de rebus uniuersis ratiocinationem non esse aliud autumant, quam opinionum errorumque scenam quandam: ut quicquid de his quae à uulgari mortalium captu paulo altius amouisse natura uidetur, affirmes πρὶ τῶ ὄντος Zethus Pacuianus. Quisquam affirmare, uelut in prouerbio est, uidearis. Ut multo omnium sapientissime pro horum sententia fecerit, qui more Zethi Pacuiani, cuius in Oratore M. Cicero meminit, Philosophiae bellum indixerit: ac ne Ennianum quidem Neoptolemum facile admisserit, qui quanquam nimium fastidiuit, mediocre tamen philosophandi studium non reiecit. Quandoquidem illis in Platonis sedem specu illo, quem libro de R. P. 7. extruxit, & ueterum philosophorum placita aestimantes rerum tantum umbras, non etiam res ipsas intuenur. Praeterea tamquam Pyrrhonis profecti schola ueritatem opinionum tenebris inuolutam, ita tractamus, ut ne rebus quidem ipsis suam, quae certa firmaque sit, naturam esse, nedum ut scire eam aliquis possit, admittamus, uanisimo studiorum labore, & deploranda posteris diligentia. A quorum ego sententia dissentiens, pro tot receptissimorum authorum dignitate, tot illustrium doctrinarum ueteri origine longo usu & sollicita traditione, ut nolim credere, ita non possim si uelim, tot praecleara ingenia suis artibus tam iugi studio, tanta cura, sollicitudine, & diligentia addicta, non aliqua solidae intelligentiae accessione proficere potuisse: ut si in immenso doctrinarum usu, & multiuaria illa ueritatis perquisitione pauca quaedam ab errore, & ab opinionum inconstantia ita uindicata sunt, ut de ipsa nobis ueritate polliceri possimus, susque deque ferendum existimem, si in difficilibus labi, in incertis errare, inque obscuris hallucinari eos contingat, qui nunquam id non agunt, ut à turpi ignorantia natum ad disciplinas capeffendas humanum genus eximant. Satius enim esse mihi uidetur, ita sentire, quam permittere ut omnis ille ueterum in peruestiganda natura labor, cum uniuersa recentiorum industria, cassus atque irritus iacere, sine fruge, sine comodo uideri debeat. Quis enim adeo stupidus existeret, ut persuadere sibi uellet, summum illum ingeniosi operis artificem, hanc imposturam nobis magna fraude facere potuisse, ut hominem aederet, solum omnium animantium sciendi desiderio, & notitiae cupiditate praeditum: & ueritatem interim ita rebus eximeret, atque ita contemplanti uim negaret animis, ut eius praetextu nugas umbrasque suggerere libuerit, tamquam ad huc ludum uidelicet genitis nobis, et eerte indignis hoc modo, qui in illustri quodam loco dignitatis siti, totum animantium genus rationis usu uincere crederemur? Porro uelint nolint illi, qui in rerum naturae professores uelut umbras uolitare existimant, permittent tamen doctrinas esse ex ipso, ut sic dicam, gremio naturae natas: quae ueritatem non rationibus solum confirmatam, sed &

evidenti demonstratione stabilitam sui studiosis offerant: de quarum numero illa praecipue sunt, quas ueteres Graeci μαθηματικά dixere, nostri hodie quadruij nomine ambiunt: hoc est Arithmetica, Musica, Geometria, Gnomonicam & Sciopicam Catoptricamq; secum trahens: & illa demum caeli indagatrix Astronomia, quae perpetuis uereq; dignis fide principijs ita nituntur, ita aliud ex alio deriuant, ut illis dediti non temere unquam haesitent, nec difficile harum adminiculo freti potiore naturae partem capiant, à qua arceri interim necesse est qui illas ignorant. Quod si, ut ad Albertum reuertamur, in ea sententia es, ut in naturae quercendis opibus, tanquam in incerto aliquo thesauro, despondendum animum existimes, nec nisi opinionibus inuolui omnia putes: non Heracle Albertum magis, quam aut Pythagoram, aut Aristotelem, aut quenquam ueterum, qui in hoc sudarint stadio, culpandum esse duxeris. Sin autem sciri pleraq; permittis, & operae precium esse isthaec peruestigantibus fateri potes, etiam si difficilem uides ad retinendam ueritatem uiam: id tamen Alberto tribuendum fateberis, quod nulli fortassis suorum temporum alij. Quandoquidem de caelestibus acutissime, de elementis, & iugali horum natura diligentissime, de reliqua natura non usquequaq; incepte disseruit, intersertis passim ab ipsa experientia ductis argumentis, & aliorum adductis sententijs, nec quorumlibet, sed receptorum magis: hisq; diligentissime excussis non fastu, aut odiosa contentione, non aculeata detractioe, postremo haud quaquam uana persuasione suam in medium sententiã affert. Idq; (ut paucis quod sentio dicam) suis temporibus in rudi adhuc, & orba literarum Germania praestitit, quod nec è Graecia illa doctrinarum parente, nec sanè Italia eloquentiae magistra illis annis sperare quisquam facile potuisset. Taceo quod Peripateticorum placitis addictus, ita ubiq; suorum est memor, ut in discipulo praecipuos agnoscere liceat: sed ante alios Aristotelem, apud quem ueterum aliquot interpretum, nescio incuria ne an ignorantia, pluribus in locis non minus perplexo, quam obscure translatum, parergis illis suis in loco additis, quas digressiones uocat, prope omnia ita edisserit, interpretatur, explicat, ut è fontibus hauisset, ipsumq; Graece philosophantem Aristotelem consuluisse credas. Quod si in illa cum temporum difficultate, tum maxime bonorum codicum egestate lapsus est, pauloq; aberrauit à uia, obsecro homini ne tribues, an temporibus? aut magis recepta tunc, ac prope inauguratae infantiae? Multum refert, inquit C. Plinius, in quae tempora, cuiusq; uirtus incidat. Nec dubitandum mihi uidetur, quin qui res tantas Graecis Latinisq; authoribus difficillimas didicit, idq; in nescia doctrinarum Germania, eum ipsum Graecae Latinaeq; facundia, modo discendi fuisse occasio, sufficere animo potuisse, credamus. Ut parum aequos esse illos dicere ausim, qui amore eloquentiae persuasi, inediae aetatis scriptores aliquot nimirum insigni doctrina praeditos, propterea negligendos esse putant, quod ieiune, quod barbare, quod cōcise praeclearis de rebus disseruerint. Sapienter enim apud Gellium Taurus in eos exclamat, qui non ornandae uitae, sed comendae gratia orationis, nec ut modestiores, sed ut lepidiorez fiant, Platonem legunt: rem in tanto doctore magis quam orationem spectandam esse admonens. Cuius exemplo in illos quoq; exclamare liberet, qui suorum temporum felicitate exultantes, quanta necessitate secula non ita pridem exacta laborarint, nolunt intelligere, ad id unice parati, ut alienae culpae uitia citius sugillant quam deplorent, rebus eximijs uerborum ornatum non adhibitum querentes. Cum M. tamcn Cicero libro de finibus primo, in Philosopho se si afferat eloquentiam, non aspernari: si non habeat, non admodum flagitare dicat: atq; hoc dixit in aureo illo doctrinarum & eloquentiae seculo, quando nemo Romae non Latine, nemo non Graece calleret, essetq; translaticium elegantiae studium. Profecto fastidire in Philosopho subtilissime disputante nimis inconcinnam elocutionem, quam tamen nulli suae culpae, sed temporum tantum necessitati imputare possis, non tam delicati, ut ille ait, stomachi, quam insolentis est. Cur his nō potius molesti esse pergimus, qui studijs mansuetioribus à proximis annis feliciter, uel apud Germanos efflorescentibus, glande barbarie discendi malunt, quam aut arridere felicius promouentibus, aut uanissime obstinaciam ridiculam insolentiam fateri, sine sine iactitantes frontem uidelicet perisse de rebus, & in reuocatis eloquentiae studijs, in ueterum premerdis uestigijs, in linguarum noscendarum labore, non suis tantum studijs, quorum iactura leuissima foret, sed Christianae etiam ecclesiae periculū imminere. Hoc ipsum est, quod Hieronymus altero super Iob prologo docet, tantam esse uetustatis consuetudinem, ut confessa etiam plerisq; uitia placeant: uelut hodie quoq; reperiuntur, qui non alios magis scripturae sacrae interpretes Theologorum nomine dignantur, quam qui proximis aliquot seculis floruerunt, siue, ut rectius dicam, uixerunt. Quibus multiuaria quidem doctrina praeditis, miror ita uideri potuisse, ut contra ueterum Theologorum consuetudinem, ecclesiae Dei templum Aristotelicarum traditionum tibi vicinibus fulciendum existimauerint, lapsurum credo nisi hac à parte subsidium inuicisset. Proinde dignum sit admiratione, adeo prudens consilium non Ambrosium, non Cyprianum, non Gregorium (ut Latinos tantū, paucosq; nomina) non ipsum philosophandi audissimum Augustinum, non Haereticorum ex professo hostem Hieronymum ea aetate inire potuisse, quae omnia contumacibus sectarum assertionibus perstrepebant, longe lateque à seuis hostibus ecclesiae concordiae ciuitas obfidebatur: triumphante tamen, & miris modis uindicata.

Multa scientiae ueritatis conscie.

Alberti laus.

Taurus Philosophus.

M. Cicero.

Contra literarum olores.

Hieronymus.

Qui ueteres Theologos nō legunt.

sefe Orthodoxa & Evangelica ueritate: suis enim nō externis praesidijs fidei municipia defendebantur: nec alienis, aut exoticis, sed proprijs auspicijs merebat diuinae sapientiae ueritas. Hodie autem quantum syllogismorum propugnaculis Christiana pictas tuta fuerit, quantum illis contentionum praesidijs limites eius promoti sint, sectarum authoribus ē media Europa uidelicet pulsus, illi uellem exponerent, qui nihil Euangelice uerum autumant, nisi quod syllogismus pepererit: ut interim taceam quid fidentiae passim, quid audaciae ex recentissima illa de rebus sacris disserendi consuetudine, enatum esse uideatur. Equidem sic existimo, nisi sacrarum literarum, & solidae Theologiae uere Camillus quidam, ERASMVVS ille Roterodamus, uir disertus, doctus, & elegans, summeq; de R. P. Christiana meritis, etati nostrae obtigisset, de ueteri illa sacram scripturam interpretandi usu, ne specimen quidem aliquod cernere posteritatem potuisset: nisi quantum secundae gloriae Iacobus Stapulensis, magno & ipse ingenio, & singulari eruditione Theologus, intermissi moris reliquias expolire demum à rubigine, & suis, hoc est ueterum authorum amantibus donare potuisset. Porro quod sunt quidam, qui Cleantes & Chryssippos uocent aliquos, sortitū & Gripporum authores, nemini mirum uideri debet, Aristotele semel tanta fide in religionis nostrae contubernium ascito. Cui Platonem longe praetulit Augustinus: nominatim autem cōtemnit, cōtra Pelagianos agens Hic dignus Theologorum contubernio. Aristoteles inrononymus: non ea quidem opior gratia quod tanti uiri auctoritatem spernendam duxerit: quis enim hoc in principio Philosopho, quem immensa subtilitatis uirum Plinius nominat, cōmitteret: sed hac magis de causa, quod indignissimum iudicauit qui Euangelio patrocinaretur, aut scripturae locis in questionem uocandis ullo modo adesset. Equidem magnis laudibus dignum esse Albertum dico cum multis de causis, tum illa cum primis, quod & sobrie Philosophica tractauit, & magistrum in Philosophia suū ita securus est, ut à sacris prophana, ab Euangelio nō Euangelica, & in uniuersum diuina ab humanis admirabili quadā iudicij dexteritate discreuerit. Etia si scia unū & alterū codicē huiusmodi cōmentationū scholasticarū circūferri, qui certe Alberti nomen nulla bona fide praeserunt, argumentis alicubi non paucis adnotandis, quae Alberti non esse testentur. Quos si quis cōtentiosus magister Alberti esse cōuincat, cōstet tamē inter omnes sui tēporis ordinis uel Theologos id eū modestissime egisse, qd alij ad inuidiā usq; ita egerūt, ut ex ueteribus, nouis subinde natis renatisq; nullus etiā nū traditionū huiusmodi finis sperari queat: Idq; qd mireris, in cōperta alioqui, & simplici ratione pposita, nec amplius nisi se de & operibus iuuanda ueritate. Sed praestiterit fortasse nimis digressis ad rē institutā reuerti, maxime qd uideamus haec omnia in qua tanquā per imprudētiā Alberti nomine incidimus, de eo esse genere, quae seorsum rectius, uberiorq; tractari queant. a Ad ortus certe. Certe, inquit Pōp. & adhibenda auctori tā idoneo fides est, in eo praesertim loco nato, qui maximis aestibus urgetur: fluxuū enim Hispaniēsū praecipue meminere in locis supra citatis, Cicero, Silius, & Philostratus. b Huc egressos. Huc inquit, hoc est in proximum extra Herculis angustias Hispaniae litus. c Dextra. In septētrionē uergētia. d Acquor Atlaticū. Ptol. cōtra Hispaniā occiduū uocat. Atlanticū ab Atlante Mauritaniae monte dictū: de quo, Deo auspice, in huius libri fine disseremus. e Abducitur. Sinus admittit non magnos. Adhibe hoc in loco picturā. f Anan, Turduli. Bethycae terminū. g Turduli & Bastuli. In Bethyca praecipui, ut & Bethyca Turdetania dicta sit Strab. Bastuli. Plin. 1. cap. li. 1. Ab Ana, inquit, Atlatico Oceano obuersa (Hispania) Bastulorū Turdulorūq; est. Strab. 1. lib. Turdetanos cū Ptolemæo quoq; noiat: sicut & Bastitanos gentē suo tēpore mixtā, tū & sapientia & literarū studijs praestantē. h Gaditanū. A Gadibus in eū ipsum sinū uergente insula, quae à Bethica angusto spacio, & ueluti cōtinente abscinditur, ut infra Pōponius ait. Oleastrū uero ab arbore, quae alit, dictū, notū est: omnis enim ea ora oliuetis diues est. Indicat & Sil. lib. 1. Palladia Bethys umbratus cornua ramo. Et lib. 1. Hispaniā intelligens: Nullaq; Palladia sese magis arbore tollit. De Eburā, ad quā Luciferi tēplū fuit, & nota illa sunt maris aestuaria, Strab. Hermolaus Corā legit, nō Eburā, ut inde Corēse litus Plinio dictū sit potius quam Curēse, ut passim habēt exemplaria, Eborā enim alibi est, lib. 1. Strab. Astae meminit etiā Ptol. i Monumentū. Quo conditus

Quo conditus iacet. De Geryone alibi referimus. *a* Bæthis. A quo Bæthicolæ Silio lib. i. Bæthicolasq; uiros spacijs agitabat iniquis. Oritur hic in Tegenfi saltu, modicus primo, sed multorum fluminum capax: circa ostia crescente oceano maxime oppletur, stagnatq; uersus fontes, ex quibus oritur, spiritu quodam ipsum à mari repellente, ut lib. 5. Philostratus tradit. Illud adnotandum, Bæthico uelleri tantam gloriam apud ueteres fuisse, ut quidam ad generosam pecudem procreandam admissarios arietes indidem petitos talentari precio emerint, inquit Strabo. *b* Quantusq;.

Geryonis scopulo magis quàm in insulæ impositum. Bæthis ex Tarraconensi regione demissus, per hanc ferè mediâ diu, sicut nascitur, uno amne decurrit: post ubi nò longe à mari grandem lacum facit, quasi ex uno fonte geminus exoritur, *b* quantusq; simplici alueo uenerat, tantus singulis effluit. Tum sinus alter usq; ad finè puincia inflectitur, eumq; parua oppida Olitingi, *c* Onoba cõtinent. At *d* Lusitania trans Anã, qua mare Atlanticû spectat, primû ingenti impetu *e* in altû abit, deinde resistit, ac se magis etiam quàm Bæthica *f* abducit: qua pminet bis in semet recepto mari, in *g* tria promõtoria dispergitur. Anã proximû, quia lata sede pcurrrens paulatim se ac sua latera fastigiat, *h* Cuneus ager dicitur: sequens *i* Sacrû uocant, Magnum quod ulterius est. In Cuneo sunt

Quàm magis ampliusq;.

Onoba. Hermolaus tanquam dubius *Onoba.*

apud Plinium, Onobam, prope Iunonis promontoriû Melæ nominari scribit: eandem & Ossonobam in Pomponianis castigationibus appellari posse indicat. Ipse cum Ptolemæo Onobã legere mallem, neque una quidem in Bæthica Onoba est, eidẽ auctori.

d Lusitania. Hodie ut diximus lib.

2. Portugallie pars, à qua Lusitani.

Sil. libro tertio: Lusitanumq; remotis

Extractum luseris. *e* In altû.

Vide Ptolemæum. *f* Abducit.

Litoribus scilicet in ortum uersus cõ

tractis, Bæthica lógius se in occasum

pendente. *g* Tria promontoria.

Inter quæ duo sinus admittuntur,

bis igitur ait in semet recipere mare

Lusitaniam. *h* Cuneus ager. Strabo lib. 3. Continuum huic (Iunonis promontorio) agrum Cuneum Latini uocant, σφινός, id est cuneum uolentes significare: Græcis σφιν cuneus quo ligna finduntur, dicitur. Caput hodie sancti Vincentij nominant. Id ipsum Ptolemæus sacrum esse credidit, ut facile in locis non adeo distantibus error committitur. Aelianus quoq; idem esse putauit Cuneum & Sacrum, ut Hermolaus adnotauit. At Plinium nemo iuuerit, qui magno errore, quemcumq; tandem auctorem est secutus, Vlyssiponensi promontorio oram Hispaniæ occiduam finiri, & septentrionalis lateris flexum incipi existimauit, cap. 21. libri quarti. & uideri poterat Celticû intelligere, quod Nerium Straboni dicitur, nisi Vlyssiponense, aut Magnû cognominasset, quod in ora occidua prope medio, in Atlanticum prospicit. Quin & Solinus, ut Capellam præterea, quem multis annis post Plinium uixisse suspicor, nec Pomponio, nec Strabone motus, cum Plinio errare maluit, quàm ueri ampliori factò scrutinio, rationem habere: nimirum perperam, quando animi mihi nec ingenui, nec acuti esse iudicij uidentur, ita quamlibet celebrem scriptorem sequi, ut singula eius uerba singula esse oracula putes. Nò enim tam auctores in disputando, quàm rationem indicia spectare debemus. Quin obest plerumq; his qui discere uolunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur: desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum quod ab eo quem probant, iudicatum uident, uelut scribit libro de natura Deorum primo Marcus Cicero. Eam ob re ne Plinius quidem (quod Plinianorum pace dictum sit) culpa caret, quod plerisq; locis euidenter falsis in sua trã sumptis limam paulo acriorem non adhibuerit, nec excusserit pleraq; dubium an non satis à se intellecta, an nimium: utruq; enim obest quo minus aliquãdo fidelis sit auctorum traditio. Persæpe enim quæ difficillima sunt, facilia illi iudicant, si norint optime. Cum delectu uero imitari, & discrimine habito in tua quicquam transferre, id demum doctrine magnæ, probiq; iudicij argumentum est. Porro offendicula prægrandia etiam, quæ morari apud Plinium attentum lectorem possunt, indicanda magis quàm opprobrianda esse non eruditi solum, sed etiam humani existimant: testante certe, siue, ut uerius dicam, ex postulante immense subtilitatis opere illo naturalis historiæ, nullum aut mendum, aut erratum in Plinio subsultare posse, quod cû doctrine & etati, tum uero maximæ diligentie sue, qua adeo posteris profuit, condonari non debeat. *i* Sacrum. Quod Barbariû, nisi fallor, Ptol. uocat. Magnû aut, qd ipse Lunæ montis pmonatoriû dixit. De oppidis in Cuneo sitis cû primis Ptolemæus, cæterû ad Sacrû Artobrigã uicinã Salaciæ ponit, Lacobrigã aut trãs Vlyssiponẽ in sinu altero locat. Notandû uero Brigã uetusta Hispanorû lingua oppidû dictum, ut à Thracibus Bria, & à Germanis Burgum, *Briga.* ex Stephano. Plinius ipsam etiam Vlyssiponem, quàm hodie Lisbonam uocant, Salatiam cognominatam tradit.

Cuneus ager.

Locus Plinij.

Contra Solinû.

Principum Portugalliae hodie regia est. Tradidit uetustas ab Vlyse conditam esse. Strabo Vlyseam appellat. Equi ex Fauonio. scribit. Ad Vlyssiponem ex uento Fauonio equos concipi ueteres crediderunt. Et Plinius (quod miror) constat, inquit, in Lusitania circa Vlyssiponem & Tagum amnem equas Fauonio flati obuertas, animalem concipere spiritum, idque partum fieri & gigni perniciosissimum, sed triennium uitae non excedere. In quam sententiam libro. 2. rei rust. Varro. Et lib. 7. Columella, Praeterea, Varronem imitatus lib. Georg. 3. Maro. Et Silius testatur libro 3. At Iustin. ultimo lib. recte, me iudice, fabulosa esse, quae de his feruntur existimauit. a Tagi ostium. Auriferis arenis celebratur, Plin. Silius lib. 1. Hic certant Pactole tibi Duriusque Tagusque. Aurum est rametis praestant in Germania amnes multi, sed praecipue Rhenus & Danubius, in Italia Padus magna fama, in Thracia Hebrus, Pactolus in Asia, & in India Ganges. Constat autem nullum absolutius aurum esse, ut cursu ipso tritum & perpolitum. Plin. b Quae recessit. Decliu scilicet in ortum litore: nam si ad Cuneum respicis, tota reliqua in Arcton porrecta ora, sensim Oceano cedit, inque ortum Solis contrahitur. Flexum autem eum intelligit, qui inter Magnum & Celticum promontorium interest: ad quem noscendum pietura utere. c In mediu latius. Nam utriusque lateribus promontoria expanduntur. In mediam ergo oram septentrionalis lateris Monda effluit, Durius autem circa radicem, hoc est eo in loco, ubi egredi ab equo litore in altum promontorii basis incipit. De uetibus illis Turdulibus Plin. quoque. 21. cap. lib. 4. De Monda inter ceteros Ptol. Durius maximus inter Hispaniae amnes Numatiam praeterlapsus, ante, quam ad ora Oceani pertingit, Lusitanos ad Gallecis, Turdulos, quorum hic Mela meminit, ad Braccaris seiungit. d Frons. Flexus eius, cuius meminit, initium. A Durio autem primum plana fronte, mox nonnihil flexam, inde bis recurua ad Celticum procurrit. e Celtici. A Celtico. Illud uero est Celticum, quod caelum, terras ac maria determinat: hinc enim omnia occidua dicuntur, illinc septentrionalia. Hodie finem terrae uulgo peregrinum cognominat. f Ad flexum. Illum modicum, quem post rectam frontem recipit. g Gronij. Graecorum soboles. Meminit Groniorum & Plin. & lib. 1. Silius, quanquam exemplaria Siliiana Grauios habent, non Gronios. h Auo. Quem Auum Ptol. uocat. De Celando alij non adeo meminere, & suspitio est corruptam esse lectionem, Auo Celadus, pro eo quod est Auo Celerinorum. Sunt autem Celerini supra Braccaras & Gronios, in citeriori Hispania Plini. quorum agrum is amnis abluit, ut indicat Ptolemeus. De Nebi & Minio praeter Ptol. alij quoque meminerunt. A minij abundantia in illis terris Minio datum nomen, ut libro ultimo Iustinus scribit. Limiam Strabo & Silius Lethen uocant: Mela quoque obliuionis cognomine dici testis est. Silius libro primo, Quisque super Grauios lucentes uoluit harenas Infernae populis referens obliuio Lethes. i Lambriacam. Nec Plinius nec Strabo nominat. Scribit hic tamen in hoc litore insignes urbes ab Artabris pariter habitari. k Iernam & Viam. Strabo his locis Iernam nominat montem, qui alias Artabra dicitur: a quo redditum amnem Iernam uocari potuisse uero admodum simile est. De uia ipse quoque Ptolemeus coipso in loco, & Strabo libro tertio, Alia, inquit, plura flumina ulterius sunt praedictis aequali distantia contigua, eorum tamen nomina non reddit plerumque exemplaria sic habent, Iernam & illam partem quae prominet & c. ut supra dictos fluuios flexum ipsum recipere intelligamus: Iernam autem montem, & reliqua quae in Celticum prominent, Praesamaricos tenere. Nihil statuo, censendi ius alijs esto. De Celticis Praesamaricis cognomine Plin. ceteri. Non praeterierim, Strabonem scribere ad Tago adusque Celticum tractum maritimum cum proximis finibus triginta quondam celebribus gentibus habitatum, tanta terrae fertilitas est. l Tamaris. Ptol. Tamara. De Arotebrarum

Equi ex Fauonio.

Tagus.

Celticum promontorium.

Celerini.

Ierna.

Via.

portu Strab. De Sarte nusquam aliàs legi, quod e quidem meminere. Plin. certe Ptolemausq; Sextianas aras in eo loco statuere uidentur, quo Mela Augusti turrim. Plin. uerba hæc sunt: Celtici cognomine Neris, superq; Tamarci, quorum in peninsula tres aræ Sextianæ Augusto dicatæ, cum illic turrim Augusti titulo memorabilem, alibi autem cum Pomp. Sextianas aras statuere debuerint. Confer quos cito scriptores, & ita esse deprehendes. Nerios, Nerias cognominat Plinius. a Artabri. In utraq; oram expansi. Meminit horum Silius libro. 3.

& Sars flumina non longe orta decurrunt: Tamaris secundum Arotebrarum portum, Sars iuxta turrem Augusti titulo memorabilem. Cætera super Tamarici Neriiq; incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem uersa litora pertinent, deinde ad septentriones toto latere terra conuertitur à Celtico promontorio ad Scythicum usque. Hinc perpetua eius ora, nisi ubi modici recessus ac parua promontoria sunt, ad Cantabros penè recta est. In ea primum ^a Artabri sunt, & ^b Ianasum ^c Celticæ gentis, deinde ^d Astures: in Artabris ^e sinus ore angusto admixtum mare, non angusto ambitu excipiens Adrobicum urbē, & quatuor amnium ostia incingit. Duo etiam inter accolentes ignobilia sunt, per alia duo ^f Mearus exit, & Narius ad Libuncam. In Asturum litore Næga est oppidū, & tres aræ, quas ^g Sestianas uocant, in peninsula sedent, & sunt Augusti noie sacra, illustrantq; terras ante ignobiles.

mouet Artabrus arma. Starbo multa libro tertio. Id notandum duxi, non æqua fertilitatis gloria omnia Hispaniæ litora habitari: quæ enim in Aragon uergunt, duri cæli, & montibus pluribus aspera, ne pabuli quidem copiam habent: oppidis alioqui munitissimis celebra, & gente omnium eius terre bellicosissima. Notissimi sunt Artabri, Astures, Cantabri, Varduli, ex Augusti oli uictorijs: unde factū, ut principi illi in ea ora monumenta passim partæ gloriæ extructa fuerit. Mela oram totam septentrionis inter Celticum & Scythicum, quod Thabin infra nominat, statuit: quod antiquis quidem tabulis, & ueterum experientia conuenit: nam hodie late ultra Thabin repertæ terræ Scythicæ oram in septentriones uersam longior rem effecerūt, de quibus suo loco.

Hispania non ubiq; fertilis.

b Ianasum. Ptol. Flauium Brigantum inter Artabrorum oppida, numerat, quod hodie Compostellam

uocari quidam existimant. Dubium an idem Ianasum: sed aliud extarim, pro oppidorum in hoc litore passim auctoribus descripta multitudine. c Celticæ gentis. Quæ plurima in Hispaniam aliquando uenit, & iuxta Iberum sedes occupans Celtiberorum peperit nomen. Silius libro tertio: Venere & Celtæ sociati nomen Iberis. Præter hos & Græcam gentem in Hispaniam uenisse Iberos, Persas, Phœnicas, & Pœnos tradit ex Varrone Plinius. d Astures. Memoratisissimi, apud quos tolutarij quondam equi, quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurū explicatu glomerati, ut Plin. libro octauo scribit Martial. Hic breuis ad numerū rapidos qui colligit unguis, uenit ab auriferis gentibus astur equus. Meminit Asturum multis lib. 3. Silius. Eorum tractus Asturiæ nomen habet. e Sinus ore angusto. Eius Sinus nusquam meminit Ptol. nec de Adrobico quidem, qd meminere legi. At Mela magna fides, qui & Hispanus fuit, & in his quæ non uidit, nobilissimos indubie secutus auctores. Nec uero est, ut quod non legerimus hactenus, id statim nusquam inueniri, tibi persuas-

Eq tolutarij. Astures.

Candide dictū.

deas, studiose lector: minimum est quod uidimus: quoq; magis fidem probes nostram, non pudet ingenue fateri non legisse nos, quod tu obiter fortasse & citra laborem inuenias. f Mearus. De Mearo amne & Libunca Ptol. Verum Nario illam, non Mearo uicinam facit, ut legendum hoc loco uideatur: per alia duo Mearus exit & Narius ad Libuncam. Quatuor enim ostiorum meminit: quorum duo ignobilia sunt etiam accolis, reliqua duo, quod Narium edant & Mearum, magis celebra. Ad hanc lectionem accedunt, licet nō integris uerbis, pleraq; quæ uiderim exemplaria. Si quis Hermolaum sequi malit, susq; deq; tulerit. De Næga ex Ptol. & Plin. est notum. g Sestianas. Meminere, ut dixi, Plin. & Ptol. Cur uero Sextianæ siue Sestianæ dictæ, alij

Sestianæ aræ.

referant, mihi diuinare non licet. Certum est, Augusti eas nomine quando Astures Cantabrosq; deuicit, has quondam terras illustrasse, ante ignobiles: sero enim deuicta hæc Hispaniæ pars est, sicut & Galli septentrionis tardius sub iugum olim P. R. uenire, gentibus uidelicet illic multo ad arma cōmodius natis. Liuius lib. 127. scribit Augusto in Narbonēsi ad confluentē maris & Rhodani arā dicatā fuisse, C. Iulio, Verecondari Dubio Heduo sacerdote sacro. Hoc refero, ut illud eo similis uero fiat. In Hispania uero non aræ tantū Augusto positæ, sed templa etiam extructa, inter quæ celeberrimum Tarraconense fuit, Adriani Imperatoris sumptibus aliquando

instauratum, uelut in huius uita tradit Spartianus. *a* Saliā. A quo Saleni accolæ dicti, quos Scelinos Ptolemæum nominasse existimat Hermolaus. *b* Angustantibus. Bene ait, nam occidua ora Hispaniæ etiā à Cuneo decursum ordiendo, duplo est amplior eo Isthmo, qui circa Pyrenæos inter mediterraneum & Oceanū interest. *c* Cantabri. Bellicosissimi, & egre uel ab Augusto uicti. Ideo & Horat. 2. Carm. Cātabrū indoctum iuga ferre nostra ait. Sil. lib. 3. Cantaber ante omnes hyemiq̄, æstusq̄, famisq̄; Inuictus, palmāq̄; ex omni ferre labore. Itē lib. 5. Tum quo non alius ueniētē in prælia dextrā Ocyor attulerit, conductaq̄; bella probarit Cantaber, & galeæ contempto tegamine Vasco &c. Nā hodie quoq̄; Vascones durāt, ad arma & prædā agendam nati. *d* Cōcipi nequeant. Quod argumentū est, longe à Roma na lingua alieno eos tum sermōe usos fuisse. *e* Saurium. Quē, ut magna nominum uariatio est, alterutrū puto horum, quos post Nariū Ptol. statuit, Naulubionē alterū, alterum Nelū uocans, siue Neruiam. Autrigonum præter Ptol. meminit Plin. 3. ca. li. 3. Origeuorum, qui Origeni Ptol. dicuntur. 20. lib. 4. De Nefaa amne Ptol. qui Deuam Diuam nominauit. *f* Tobolicum. Ad differentiā Tritij, quod alibi situm Metallum cognominatur, etiam Ptol. uocabulum (duplex) à marginis glossmate quopiam in ipsum Melæ contextum, incertia libroriorū insertū crediderim: quā sepissime euenire solet, ut in Flori 4. Epitomatis lib. cap. ultimo, ubi de Pollione fit mētio, hæc tria uerba inserta sunt, nil prorsus ad sensum facientia (Hic secundus orator) quæ ab auditore aliquo in marginē excepta sunt, cum alijs fortasse pluribus. Pariter & hoc loco fieri potuit, ut cum Tritij Tobolici facta esset mentio, lestor aliquis duplex illic Tritium esse haud sanè male adnotauerit. De Iturissa & Eafone oppidis, præ ceteris libro secundo Ptolemæus. Magradam uero puto eo in loco fluium, cui postea aliud datum sit nomen. Nam iuxta Iturissam & Eafonem Menlascum amnem Ptolemæus nominat uocabulo, ut mihi uidetur, magis distorto, barbaroque: quem si ad situm loci respicis, cum ipsum esse quem reddidit Pomponius, fortasse non dubitaueris.

Duplex Tritium.

Flori locus.

At ab eo flumie, quod Saliā uocāt, incipiūt oræ patulim recedere, & latæ adhuc Hispaniæ magis magisq̄ spacia cōtrahere: usq̄; adeo semet & terras angustantibus, ut earū spaciū inter duo maria dimidio minus sit, qua Galliā tangunt, quàm ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractū Cantabri & Varduli tenent. Cantabrorū aliquot populi amnesq̄ sunt, sed quorū nomina nostro ore cōcipi nequeant: per eosdē & Salenos, Sauriū: per Autrigones & Origeuiones quosdam Nefua descendit: Deua Tritium Tobolicum attingit, deinde Iturissam & Eafonem Magrada. Varduli una gens, hinc ad Pyrenæi iugū promontorium pertinens claudit Hispanias.

EXTIMA GALLIARVM ORA.



Equitur Galliæ & latus alterū, cuius ora primo nihil progressa in altū, mox tantundē penē in pelagus excedēs, quantum retro Hispania abscleserat, Cātabricis fit aduersa terris, & grādī circuitu inflexa ad occidentem litus aduertit. Tūc ad septentriones cōuersa iterū longo rectoq̄; tractu ad ripas Rheni amnis expāditur. Terra est frumenti præcipue, & pabuli ferax.

EXTIMA GALLIARVM ORA.



LATVS ALTERVM. Quod sub plaustra uergit, Ammiano. Id extenditur à Pyrenæis ad Rhenū usque. *b* Tantundem. Imò si Ptol. credis, latius abit, nam Osismiorū litus & Gabeū promontorium, ad quod flexus ille terminatur, ad usq̄; 51. gradū declinationis procurrit Celticum autem promontorium intra 47. gradum sistit. Porro Hispania in meridiem flexa, minus alicubi ab æquinoctiali declinat, quàm ipsa quæ late tamen in meridiem procurrit, Italia. Aut reuera tanto oræ tractu egredi rursus Galliam Pomp. uoluit, quanto propē ipsa Hispania à Celtico ad Pyrenæum usq̄; retrocesserat: quod & ipsum uerū est. *i* Aduersa. Cōtraposita, Aquitanico ingenti Oceano intermedio. *k* Ferax. Extat oratio M. Agrippæ ad Iudæos, apud Iosephum libro de bello Iudaico. 2. in qua situs Galliarum & felicitatis multa mentio est, & eximia quædam cōmendatio: nisi suspicari licet, illum ad Iudæis paccis

Inde is pacem, obsequiumq; persuadere nititur, pleraque oratorie amplificauisse. Quanquam quid amplius in Gallia laudibus possit aliquis, quam rerū capiat fides? a Immanibus. Aut magnis, ut Virg. posuitq; immania templa. aut certe seuis, ob Druidarum homines immolantium religionē. b Frigoris impatiens. Quē admodum uinet a, quæ crebriora magisq; seracia in Narbonensi sunt. Et Belgicæ magna pars æquo cum Germania tractu in Arctos expansa, durioris est cœli, ac propterea frugum complurium inops, nec infesta serpentibus, quæ genuini consciæ frigoris uict

& amœna lucis^d immanibus, quicquid ex satis^b frigoris impatiens est ager, nec ubiq; alit, & noxiogenerare animalium minime frequens. Gentes^c superbæ, ^dsuperstitiosæ, aliquando etiã^c imanes, adeo ut hominem optimã & gratissimã diis^f uictimã crederēt, manent uestigia feritatis iam abolitæ: atq; ut ab ultimis cædibus tēperant, ita nihilominus, ubi^g deuotitas altaribus admouere, ^hdelibant: habent tamē & facundiã suã, magistrosq; sapientiæ Druidas. Hi terræ mundiq; magnitudinem & formam, motus cœli ac syderum, & ⁱquid dii uelint scire profitentur: docent multa nobilissimos gentis clam & diu uicenis annis in specu, aut in abditis saltibus. Vnum ex iis, quæ præcipiunt, in uulgus effluit, uidelicet ut forent

la superbia Germanorū legati insignes apparuerunt, quando Claudij principatu, ut Suet. in eius uita scribit, cū simplicitate, tum fiducia, relicto populari postliminio, in orchestra sedere sunt ausi, uirtutē & cōditionem suam nihilo deteriozem Parthis & Armenis prædicantes: quod pereleganter de iisdem adnotauit lib. 13. Corn. Tacitus. Quanquam Ammian. 15. lib. Cellisioris, inquit, staturæ, & candidi penē Galli sunt: omnes rutuli, luminumq; toruitate terribiles, auidi iurgiorum, & sublatius insolescentes. Lege in Celtico Appianū, & lib. 6. Diodorum.

d Superstitiosæ. Quantum mores mutantur: hodie Christiani peculiariter dicuntur, horumq; reges Christianissimi sibi supra omnes titulum uendicant. e Immanes. M. Cic. in oratione de prouincijs consularibus, Alpibus, inquit, Italiam munierat ante natura non sine aliquo numine diuino. Nam si ille aditus Gallorum immanitati & multitudini patuisset, nunquam hæc urbs summo imperio domicilium, ac sedem præbisset. Quo in loco immanitatem Gallis approbat. Sed adnotandum Romanos authores nullis gentibus, in historia immanitatis uitium crebrius obijcere solere, quam his quarum uirtute sunt periclitati. Scythæ igitur & Parthi, Galli quoque & Germani, qui Gallorum quandoque nomine censentur, in Romanæ historiæ monumentis immanitatis accusantur, quemadmodum perfidiæ Pœni. Pomponius crudellem sacrificandi ritum taxat, nec aliud intēdit.

f Victimam. Plinius primo capite libri trigesimi. 657. demum anno urbis Gn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Cos. senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur, palamq; in id tempus siluit sacri proægiosi celebratio. Gallias utique possedit, & quidem ad nostram memoriam: nanque Tyberij Cesaris principatus sustulit Druidas eorum, & hoc genus Vatum Medicorumq; Suetonius in Claud. non à Tyberio, sed Claudio dirã hanc immanitatem penitus sublatam scribit: nec sub Tyberio, sed sub Augusto ciuibus interdictum, ne hominem immolarent. Lucanus Hesus & Theutatem eorum uocat numina libro primo: Et quibus immitis placatur sanguine diro Theutates, horrensq; feris altaribus Hesus. Horum Lactantius meminit capite. 21. primi Diuinarū institutionum. Theutatis nomine Mercurium etiam Cicero intelligit. & Liuius sexto libro tertie Decad. scribit, in Hispania prope Carthaginem nouam, montem esse, qui Mercurius Theutates aliquando dictus sit. Contra immolandi hominis immanitatem sic libro quarto Silius: Quæ porro hæc pietas, delubra aspergere tabo? Heu primæ scelerū causæ, mortalibus ægris Naturam nescire deum, iusta ite precati Thure pio, cædumq; feros auer tite ritus. Mite & cognatum est homini deus: hæc tænus oro, Sit satis ante aras casos uidisse iuuenços. De Gallorum uetustis moribus non indigna scitu Cœlii libri decimi capite uigesimo primo conscripsit. Lege de Druidis Ammianum. 13. libro, & 6. commentario Casarem, capite ultimo. 16. libri Plinium. Nomen à robore datum, quæ Græcis Δεός dicitur, cuius uiscū mira superstitione illi coluere. Sunt qui Driudas, nō Druidas uocēt. g Deuotas. Victimās. h Delibant. Morsu scilicet, quæ abolitæ feritatis est indicium. i Quid dii uelint.

no Solc, austroq; quàm Borea magis durant. Scribit in eandem propē sententiam lib. 4. Strab. c Superbæ. Nescio an etiamnum illud in Gallijs uitium duret, quod ad Heluctios attinet, aliosq; eius regni plurimos, animosos magis quàm superbos dixerim, uelut Ouid. Pyrrhum Achillicidē aiosum imaginē patris uocauit. Quam confidentis animi propē perpetua comes. superbia est. Ceterum nō ea, quæ omnia infra se esse putat, sed quæ urgenti non facile cedit, & suæ conditionis dignitatem, uel uitæ periculo tueri audeat. Ideoq; recte superbum dixeris, nō qui suis fauet, sed qui sibi placet, & alios contemnit. Il

Nota.

Germanorum fiducia.

Ne homo immolaretur, læta lex.

Hesus.

Theutates.

Silius.

Druidas.

- Lucanus libro primo: Solis nosse Deos & cæli numina uobis, Aut Solis nescire datur, nemora alta remotis Inco-
litis lucis. &c. Ea re factum est, ut & futura prædicere fuerint ausi: nam mortuo Vitellio cum conflagrasset ca-
pitulum, rerum humanarum possessionem transalpinis gentibus portendi, magno legionum metu cæbebant, ut lî
bro. 20. scribit Tacitus. *a* Ad bella meliores. Certa enim futura uita spes effecit, ut fragilis uita commo-
da minoris facerent. Magno quidem munere priuatur, cui uita lux illa surripitur. At quia uicturum mæ, alibi ce-
tius meliusq; certum est, nō adeo gra-
uate defultoriam hanc, ut sic dicam,
uita rationem, quam alioqui fragilē
esse uideo, eripi mihi patior. Quod
ad religionem nostram attinet, bonis
tantum hæc sententia suffragatur. Na-
li enim uita defuncti, alibi uiuere be-
ne nequeūt: quippe qui uitiorū assue-
tudine etiā uiuētes mori incæperint.
- Spes futura uita.*
Gravis Democriti sententia. Dixit enim Democritus, quod uiuere
imprudenter, intemperanter, impie,
non tam sit male uiuere, quam diu mo-
ri. Prò quàm Christiane & uere?
b Apta. Idonea, commoda. Ut si ra-
tionem negotiorum uiuus nō fecisset,
facturū esse cum apud inferos illi cre-
derent: simili modo & æris alieni diluendi illic locum esse putarunt. Itaq; creditor non dubitauit, mortuo sibi in-
mortuum exigendi crediti ius integrum fore. *c* Comata. Plinius quoq; lib. 4. Gallia, inquit, omnis Coma-
ta uno nomine appellata in tria populorum genera diuiditur, annibus maxime distincta, à Scalde ad Sequaniam
Belgica, ab eo ad Garumniam Celtica, eademq; Lugdunensis, inde ad Pyrenæi montis excursus Aquitania Are-
morica ante dicta. Videtur ergo Comata nomen reliquæ Gallia, prouincia seclusa, conuenire, id quod antea do-
cebamus. Ptolemæus eam totam Celtogalliam uocat, ut uno nomine Græci Gallos omnes Celtas dixere: & in
Celtico Appia. Senones, qui urbem incenderunt, Celtas uocauit. Verum ad Ligerim Aquitaniam Ptolemæus fæ-
nit, ut Belgicam ad Scaldin Plinius, diuersitate, nil prorsus offendere. Ammianus Marcellinus. 15. lib. Melæ ac-
cedit. *d* Ausci. Plinius. 4. lib. populos Aquitania supra. 44. enumerat: potissimos uero Aquitanos, à quib-
us ei parti datum nomen. Est & Auscia ab Auscis inibi dicta, Aquitanicæ pars, & eorum clarissimum Elusa-
Guienne. berris aliquando Elusaticū, tota Aquitania hodie à Gallis Guienne uocatur: in qua & Burdegala Ausonio Poë-
Ausonius. ta alumno ciuitas nobilis: & Aruerni populi, apud quos Apollinaris Sidonius natus est. Horum monimentis præ-
Sidonius. clara Gallia loca famam habent: nam Mosellam ille uersu tersissimo, hic Martiū Narbonem Phaleco haudqua-
quam ineleganti descripsit. *e* Hedui. A Sequanis non longe distantes. Horum Augustudunum Ptolemæo
Lutetia Parisi- memoratum, & Marcellino lib. 15. quod Autum uernacula lingua Galli uocant. Celeberrima est hodie Parisio-
orum. rum Lutetia, præter cætera Gymnasio maxime insignis, è quo uiri prodicere tum religione, tum multifaria do-
ctrina insignes: & merito quidem Ioannem Gersonem nominauerim, in quo perditæ per ea tempora eloquentiæ,
reliquæ quædã eluxere minime temendæ. Alioqui profuisset tantam artium alumnæ urbem, caruisse quibus-
dam, qui barbariem tanquam postliminio reuerfam asserere tutariq; conati sunt: quam tamen secunda rursus
literarum, & merito aurea uocanda secula, ut exoticam Scythiisq; dignam exploserunt, quando Gallis suis lucē
attulit ueræ eloquentiæ, & exquisitæ humanitatis Gulielmus Budæus Parisiensis, uir supra communem uel lite-
ratissimorum hodie captum eruditus, & ut ipsa indicant doctrinæ suæ monimenta, integer uita, scelerisq; pu-
rus, amansq; æqui & honesti: quæ dum doctrinæ accedunt paulo ampliori, magno in loco statuenda mihi uiden-
tur. Hunc si ex suis pleriq; fuerint imitati, non est dubium habituram Galliam, olim barbaram dictam, uiros qui
uel cōptissimæ Italiae nulla in parte florentiū studiō dignitate sint cessuri. Quod ipsum & de ERASMO
Erasmus. Germano dixerim: sed de hoc uiro alibi. *f* Treueri. Vetusti sanè, nomenq; rectincens, nec pristinae ceden-
Treueri. tes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum causarum P. Romani curia, Treuironum cognominata, cuius
in Floriano meminit Vopiscus. Refert Ammianus, horum omnium caput ueteres Belgas fortissimos dictos fuisse,
ea propter quod ab humaniori cultu longe discreti, nec aduentitijs efformati delitijs, diu cum transrhenanis
certauere Germanis. Aquitani enim, ad quorum litora ut proxima placidãq; merces aduentitiæ conuehantur,
moribus ad molliciem elapsis, facile in ditionem uenere Romanam. Id obiter notãdum, Belgicam Rheno uicinã

Ptolemæo in Germaniâs diuidi, inferiorem, & quæ ab Obrica fluuio, quem Mosellam hodie nominant, initiû habet, superiorem. Marcellinus lib. 15. superiorem primam Germaniam uocat Moguntiacos, & Vagiones, & Nemetes, & Argentoracos ambientem, quorum hodie nota sunt nomina: alteram secundam Germaniam, quæ ab occidentali exordiens cardine Agrippina, & Tungris amplis & copiosis ciuitatibus muniatur. Mox primam Belgicam iuxta Treuiros & Mediomatricos: Secundam autem qua Ambiani sunt, & Cathelani, & Rheni,

Germania inferior & superior.

Duplex Belgica.

Heduis Augustudunum, in Aufcis Elufaberris. Garumna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi cum hyberno imbri, aut solutis niuibus intumuit, diu uadofus & uix nauigabilis fertur: at ubi obuius^b oceani exæstuâtis accessibus ad auctus est, iisdemq; retro remeâtibus suas illiusq; aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit, ad postremum magni freti similis, nec maiora tantum nauigia tolerat, uerum etiam more pelagi sæuientis exurgens iactat nauigâtes, atrociter utique^c si aliò uentus, aliò unda præcipitat. In eo est insula Antros nomine, quam pendere & attolli aquis incrementibus ideo incolæ existimant, quia cum uideatur editior, aquis obiacet, ubi se fluctus impleuit, illam operit, nec ut prius tatum ambit: & quod ea quibus ante ripæ collesq; ne cernerentur obstitant, tunc uelut^d ex loco superiore perspicua sunt. A Garumnæ exitu latus illud incipit terræ procurrētis in pelagus, & ora Cantabricis aduersa litoribus, aliis aliisque populis media eius habitantibus, ab Santonibus ad Osismios usque deflexa: ab illis enim iterum ad septentriones frons litorum respicit, pertinentque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu quem Gesoriacum uocant, quicquam habent notius. Rhe-nus ab Alpibus decidens, propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium: mox diu solidus, & certo alueo lapsus, haud procul à mari huc & illuc dispergitur: sed ad sinistrum amnis etiã tum & donec effluat Rhenus ad dexteram primo angustus, & sui similis, post ripis longe a late recedentibus iam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos impleuit,

qui tractus, ut est coniectura, hodie in superiorem & inferiorem Burgundiam absimitur. Supra uero hos omnes Heluetijs adnexos, Sequanos, Bistios, et Rauracos clarissimis oppidiis celebres, idem author statuit, qui hodie quoq; bona foederatorum Heluetiorum pars sunt.

Garumna.

Nemo de eo Mela diligentius, meminit aliâs multi. Ausonius in Mosella amnium horum, qui terminos trium faciunt Galliarum, hæc duobus uersiculis pereleganter meminit: Non tibi se Liger anteferet, non Sequana princeps, Matrona nõ Gallis Belgisq; inter sita fines. Idem de Garumna: Aequoreæ te commendabo Garumnæ.

Aequoreæ uero dixit, qd æstu Occani, cuius Mela meminit, pariter stagnet.

Occani æstus.

b Occani exæstuâtis. Sidonius in Panegyri ad Socerum: Quæ pulsus ab æstu Oceanus refluxum spargit per culta Garumnæ, in flumen corrente mari, transcendit amarus Blada fluenta latex, fluuijque impacta per alucum Salsa peregrinum sibi uendicat unda profundum. Idem in Burgij, quæ Pontij fuit, descriptione: At cum summotus lunariibus incrementis Ipse Garumna suos in dorsa recolligit æstus, Præcipiti fluctus raptu redit, atq; uidetur in fontem iam non refluxus, sed defluus ire. Süt & alij iuxta pleriq; amnes, quorum Ausonius in Mosella partim, Sidonius partim, cû alibi meminit, tû in Panegyri ad Maiorianum sic: Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Sequana, Ledus, Clitis, Claris, Atax, Vacalis, Ligerimq; bipenni Excisum per frustra. &c. De Matrona multa Ammianus.

c Si aliò uentus. Tunc enim è contrario agitato magno impetu undæ insolefcunt. Nec mirum si sit insula, quæ restagnantibus undis operiatur, quod de Antro hic Pomponius refert. d Ex loco superiore. Cum super cam nauibus uecti in plana despicunt, aliâs non nisi latera & ripam cernentes. De Santonibus et Osismijs Ptolemæus, Strabo, ceteri. Caesar lib. 2. belli Gallici, eo in litore Venetos, Vnellos, Osismios, Curiosolitos, Sefuiuos, Aulericos, Rhedonesq; censet, Oceanum attingentes. Sunt & Morini inibi notissimi. Gesoriacum cum hodie esse existimat Hermolaus, qui Clusias uocetur, siue, ut uulgus Belgicû nominat, Callys. Ptolemæus certe Gesoriacum à Brugis magno interuallo separat. e Rhenus. Omnium Germaniæ amniû Rhenus

- celeberrimus, ab iisdem propè alpibus decidit: è quarum iugis non adeo magnis interuallis, in meridiem fluens Abduca, Athesis in ortum, in occasum Rhodanus, ipse uero maximus Rhenus in septentrionem elabuntur: hic quidem à primo fonte modicus uagusq; est, mox riuus utrinq; uentibus auctior ualido fluxu confederatos Rhetos & Heluetios determinat. A Borea in uallem sui nominis elapsus, oras abluit bellicosarum gentium: nec infœcundos præterit, optimi uini cliuos. Ab austro montium prærupta, quæ Solem brumalem, aut orientem, aut alto situm haud facile admittant, late prospectans. Lacum Acronium gemino alueo ingreditur: quorum alterum uetusti Rheni cognomine uocant accolæ, palustri effigie adeo tardum, ut quam in partem eat, uix obserues: Alterum Rheni nomine, plenus ripis, tanta ui undas emittentem, ut candidus amnis fluxus, suum inter cœruleas lacus undas iter in multam à litore distantiam retineat. De Acronio & Veneto in ea epistola, quam ad Agricola nostrum aliquando scribebamus, satis dictum: Solinus Brigantium, Ammianus Brigantiæ lacum, à Bregantia uetustissimo oppidulo nominauit. Id adhuc haud longe à Rheni ostijs meridiem uersus pristina lacus litora tenet. Libet uero Marcellini uerba adscribere, quæ quantum è corruptissimis exemplaribus colligere potui, sic habent: Inter montium celsorum anfractus impulsu immensi Rhenus decurrens extenditur, qui penes Alepontos in deciduas cataractas inclinatione perniti ut Nilus funditur, torrens ab ortu protinus primigenio, copijs aquarum proprijs irruit cursu simplici: iamq; adiutus niuibus liquatis ac solutis alta diuortia riparum abradens, lacum inuadit rotundū & uastum, quem Brigantium accolæ Rhetius appellat, quadringenta & sexaginta stadia longum, pariq; penè spacio late diffusum: horror squalentium sylvarum inaccessum efficit, nisi qua uera in Alemania uirtus, & sobria uita composuit locum, barbaris & natura locorum, & cœli inclementia refragante. Hanc ergo paludem spumosis sternendo uerticibus amnis irrumpens, & undarum quietem permeans, mediam uelut finali intersecat libramento, & tanquã elementū perpetua discordia separatum, nec aucto, nec imminuto agmine, quod intulit, uocabulo & uiribus absoluitur integris: nec cõtagia deinde ulla perpetiens, Occani gurgitibus intimatur: quodq; est impendio mirū, nec stagnū aquarū rapido transcursu mouetur, nec limosa sub colluue tardatur properans flumen, & confusum misceri nõ potest corpus: quod nisi ita agi ipse doceret aspectus, nulla uidebatur posse discerni. Hactenus Ammianus. Cuius temporibus lacū eū nõ adeo oppidis fuisse celebrè existimo atq; hodie est. Sed in hoc decipiur, etiã si ipse uiderit, quod propè tã latū esse ait, quàm est lōgus. Cõstat enim. 12. millia passuū, ubi latissimus est, nõ excedere, cū longitudinē habeat passuū nõ minus. 24. milliū. Lōge aut falsissimū est, aquæ eū esse limosæ, cuius colluue Rheni undæ uidelicet nec tardentur, nec inquinentur. Quæquã hodie sunt qui amnis undas reliquis impermixtas mediū Acroniū trajicere è uulgi sententia sibi persuaserūt: quod nõ esse ipse obseruauit, etiã si ab ostijs paulo ampliori impetu, quod grãdia ubiq; flumina solent, sese immergit. Quod ad orã attinet, oĩa hodie uinetis pomarijsq; cultissima sunt, paucis in locis planicies litorum mollior, scirpo & arūidine sterilis est. Oppida Brigantiū uetustissimū cū amne & arce comitū de Monte forti, de oppido sic uuala phridus mediæ ætatis auctor nõ ignobilis, Locus, inquit, est antiquæ structuræ, seruans inter ruinas uestigia, ubi terra pinguis, & fructuarijs prouentibus apta, montes per gyrum excelsi: eremus uasta & imminens, oppido planicies copiosa. Et infra paulo, Nomen, inquit, eius Brigantiū. Lindauū in insula sitū, opportunissimo portu, & claris ædificijs nobile. Hydropurgū pagus infra est, nomē dedit eius loci alumnus Rudolphus noster Agricola. Mox oppida, quæ latine non facile protuleris, Longonargum cum amne, Buchorna, Merburga, quæ Antistitis est Constantiensis. Is erat dum hæc scribebam, Hugo de Landēberg uetustissimæ ex Heluetijs prosapia Præsul. Mox Vberlingum. Altero uero in litore citra Rhenum omnium clarissima opibus, dignitate, & magnitudine Constantia: supraq; eam in ora propè media Arbona cum arce, antiquissima illa & diui Galli morte nobilitata, Non longe uero supra Rheni ostia in eius ripa situm oppidulum Rhinegum, Comitum quondam eius nominis, nunc à multis annis, Heluetiorum. Prætereo pagos plurimos, aliãq; scitu memoratūq; digna, quæ referre alius operæ fuerit. Ab Arbonæ litore occasum uersus passibus plus minus octo millibus, intra montana non admodum syluestria, nec infœcunda, oppidum extat imperiale ad sanctum Gallum, cū Cœnobio sectæ diui Benedicti, hęc æri doctrina quoniam & eximia sanctimonia celebre: hodie opulentum, & studijs ad opes conuersis magno potentatu uisendum. Cui Gallus quidam è Scotia profectus, originem præbuit, uir tam uitæ sanctimonia, quàm rerum omnium contemptu, & spontaneæ paupertatis uoto clarus: qui annis retro ferè nongentis à Rhetorū oppidulo peruetusto Brigantio digressus, cum in montana abiisset, eremi quærendæ gratia, in loco deserto antea ferisq;, & sylvarum asperitate horribili, tenuibus iactis fundamentis (tam exilia magnarum rerum exordia esse solent) urbi cum primis celebri nescius ac nolens auspiciatissimū initium præbuit. Hæc dulcis patria nostra est, hæc familiæ Vadianorum non uno seculo beneuola & munifica nutrix est. Debeo igitur tantæ altrici, cum publico gentis nomine, tum obligatione priuati debiti. Cui enim non ingrato nec ignobili patriæ facies iocunda non sit: cui non dulce natale solum: è maxime gratia quod genuit, quod educauit. Ac ne quis amore me magis quàm studio

quàm studio ueritatis motum, ut plura de ea referam existimet, ab omnibus prorsus hoc in loco præconijs absti-
nendum censui. Alio in opere conati sumus, & porro ubi poterimus, conabimur, ne quis erga patriam ingratos
nos fuisse aliqua in parte obijcere queat. Quod si loci commoditatem ob montes, ob flumina, ob æris gratissimã
salubritatem, & cœli affluxum minime noxium, si ciuium religionem, prudentiam, æquitatem, humanitatem, bel-
li pacisq; administrationem, non satis pro rei dignitate retulero, si studia probatissima, & sumigerata per Euro-
pam mercimonia, non sacro pro dignitate consecutus, ueniam mihi posteri dabunt, quod primus illa fuerim ausus:
quandoquidem in magnis, ut Propertius ait, & uoluisse sat est. Et pleriq; qui post me alij erunt in annis, nostrã
audacia ducti fortasse meliora proferent. Quorum è numero futurum speramus, Melchior Vadianum fratrem
nostrum ea etiamnum iuuenem indole præditum, ut polliceri mihi ausim, modo bonus Genius uitæ dux fuerit, cõ-
saturum eum post nos quicquid disparibus studijs occupatæ uires nostræ in absolutum ediderint. **IV X T A** pã
triam intra Rhenum & Rhodanum Heluetij sunt, quibus & ipsis paginæ nostræ debetur locus. Liberi illi hodie,
& suis iusti legibus, armis uiam faciunt, ubi aut religioni, quam peculiariter obseruant, aut æquitati suus nõ da-
tur locus. Bellicosissimi uero, & quod in armorum studio raro alioqui cernitur, mire humani & mansueti: pedi-
tatu adeo ualidi, ut herbam uel uictores præbent. Nulla his mora, quin uel paratissimo ad uictoriam hosti, pu-
gnæ faciant copiam. Ex equo certatur quoties ea defenduntur, quæ publicis consilijs decreta sunt. Nihil autem
refert, pauper an diues, plebeius an imaginibus clarus quis sit, iuxta uitæ mortisq; periculum omnibus est, ne
queri quis possit eandẽ aleã fortibus uiris, pari sorte nõ ludi. Utinã autẽ secura doli fiducia cautiùs quãdoq; de
se periculũ faceret. Nimius nõnunquã (pace meorũ Heluetiorũ dixerim) nimius est impetus: nec est satis ualere
uiribus, nisi ipsis magna indutria utaris. Haud frustra Palladẽ, galea, egide, & hasta armatã ueluti, hoc est do-
ctissimi Poëtæ finxerunt: cũ sit cõpertũ in bello plurimũ quidẽ loci uiribus esse corporis. Ceterũ multo præstan-
tiores esse in quosuis usus, si eadẽ rationis frenis obtæperent. Id quod in Heluetiorũ castris alioqui peculiariter, et
nullo nesciente solet retineri. Verũ semel iterumq; peccasse quid obsit? Errare turpe uidetur, esto: at certe nulla
solida sine errore uirtus. Tũc enim cautiùs sapimus, quũ uirtutis amorẽ nobis cõmissi errores peperere. Nec est
in toto inquirendæ prudentiæ genere maior uirtutis fomes, quã quũ sæpe errãdo, sæpe periclitãdo, sine magno
incõmodo nostro tandẽ quid pro salute agendũ sit cernimus. Quorsum hæc? quũ Heluetiorũ ex officio memini,
pugna mihi incidit ea, quæ anno ab hinc tertio prope Mediolanũ multorũ sanguine incruduit. Quãdo in euide-
ntissimũ admirandæ fortitudinis præstãdũ de se iudiciũ, Helueticus exercitus nihil cõstanti pãditionis rumore ter-
ritus, sine equitatu, nec totus, nec ordine, sine ducibus, sine dic, imminente iã uespere, subito tumultu, Gallorũ insti-
gnũ, immo Germanorũ, Hispanorũ, Vasconũ, Venetorũ, nullis nõ uigilijs, nullis nõ tormentis, nullis nõ fossis mu-
nitas copias, uinis in castris, tãta alacritate adoriri est ausus, ut singulari uel ipsi hosti spectaculo fuerit, pepere-
ritq; ea res ingetẽ terrorẽ. Quo in loco, quod in feruida pugna pars Helueticus exercitus profligata est, eruperunt
uelut ex equo Troiano uiri non indocti, qui tanquã ad Triarios res Heluetica iam inclinasset, Gallorũ potētis-
simo regi Francisco, nescio an numerũ captandorũ magis, an studij ueritatis gratia, congratulari nõ planẽ mo-
destis numeris, utcumq; uoluerunt. Nimirum quod inauditum esset cessisse Helueticum: aut quod hæc res, quæ nul-
li olim imperio, nulli regno non contigit, quod Helueticis contigisset, digna memoratu uisa est. Nec enim facile dis-
xerim quantam inuidiam eius gentis felicitas passim nutriat. Sed non licet, inquis, gratulari? licet utiq; . Et ma-
gnum est candidi amoris testimonium, letari ex pectore, quoties his quos amas, bene successerit. Verũ cõtemne-
re fastu quodam, & maledictis lacessere, quid aliud est, quã publicis perturbationibus fidelia fundamenta iace-
re? Nemo Helueticus Ludouico amplissimo Gallorum regi est congratulatus, quando ad Idus Maias Anni. 1509.
inter Cassanum, Triuium, & Rioltam siccam oppida, Venetum exercitum fudit, fugauitq; decem amplius milli-
bus desideratis, ut tertio lib. an. lect. scribit Cœlius: idq; Helueticus roboris cum primis opera. Absit autem ut
quispiã nostrũ non agnoscat, cõmunẽ hanc esse regnorũ & imperiorũ sortem, ut uincere & uinci, prout iusserit
quãdoq; fortuna, translaticiuũ sit. Cedimus enim (ut Persij uerbis utar) inq; uicẽ præbemus crura sagittis. Audio
uero & alios esse, q nescio quã Iliada edituri sunt, pro gloria illi agent etiã sua, si uerit atẽ historiæ ducem cõsti-
tuent: su autẽ aut amori tribuent quicquã, aut odio indulgebũt, audient male: nã nisi me fallit animus, multi erũt
inter Helueticos Scæuolæ, qui olim in publicæ huius inuidiæ flammis seueri stili manũ iniicient. Adco enim durũ
nobis cœlũ nõ est, ut persuadere sibi quis debeat, Latias Musas amœnos Alpũ recessus nõ aliquãdo petituras.
Quod ad pugna attinet, scio quã fortiter Gallus, quã cõstãter Germanus cõgressus sit. Vespere quidẽ utrũq;
uicerat Helueticus, nisi pugnae nox obsuisset. Manc sequẽtis diei cũ diu præliũ ancipiti alea cõmitteretur, Gallus
uictoriã retinuit: magna ibi seueritate decertatũ est, & multæ utrinq; generosæ efflatæ anĩe, multũq; ab utraq;
cruoris parte datũ, atq; utinã alterutri alio quopiã periculo aut uincere, aut uinci datũ fuisset: casus enim fortitũ
uictorũ quicũq; illi sint, me uiseret. Helueticus quidem præter uires in lacertis positas nihil habuit reliqui, quo in

Melchior Va-
dianus.
Heluetij.

Pugna Helue-
tiorum cũ Gal-
lis.

Venetus exer-
citus profliga-
tus.

hostem impetū facere potuisset. Id enim à patribus maioribusq; suis habet, cum gentilibus, ut magis uirtute contenti dant, quam aut dolo, aut insidijs nitantur. Nulla erant tormenta, & si quæ fuissent, nullus erat usus, puluerē corruperant fossæ aquis plene, toties superandæ. At Gallus equitatu & tormentis tota nocte in Heluetium adparatis, non alio uicit magis: pauci enim ex nostris pugna comminus facta cæsi sunt, incautos tormenta rapuere, quæ fugiturus miles, dum nullo ordine in latera hinc & inde dispalescit, urgentem in equitem incidit, ubi coit rursus, rursus conferta diripiunt tormenta:

eaq; immani necessitate factum est, ut ^a Fleuo dicitur, eiusdemq; nominis insulam amplexus fit iterum arctior, iterumq; fluuius emittitur.

Franciscus Gallorum rex.

Oppida Heluetiorū potiora.

Henricus Glareanus. Heluetiorum laus.

Batauorum insula.

Erasmus Roterodamus.

Rheni ostia.

Quo primum tempore, quod in hominum memoria sit, Heluetica acies inclinari uisa est. Neutiquam autem illa refero eo animo, ut aut nostratum probandam temeritatem, aut hostium uersutiam incusandam putem, tanquam belli iure illa aut amissa, aut parua uictoria non fuerit. Dolus enim an uirtus (ut Virg. ait) quis in hoste requirat? Sed multo magis, ut rebus actis sua fides constet. Porro bene habent res nostræ: hosti pulso uictor insigne præbet compertæ uirtutis testimonium. Scimus Franciscum potētissimum Galliarum regem, post uictoriam illam suam pari clade cruciatam, euestigio legatos misisse pacis gratia cum Heluetijs inuendæ: quam ægre impetratam, septies centenis millibus scutorum sole insignium persolutis stabiliiuit. Ea nostratum clades est uidelicet, quando uictis Heluetijs id obtigit, quod paucissimi uictores consequi solent. Sed nimium digredior, reuertamur ad instituta. Oppida Heluetiorum fœderatorum potissima sunt Tigurum, cum situ, tum potentia insignis, Berna, Lucerna, B A S I L E A, Friburgum, quod Auantici nomine uocari multorū hæcenus sententia creditum est: cæterum uernacula uox liberam ciuitatem significat. Soloturris uetus, Schafhusia, & trans Rhenum dum hæc scribebam, perpetuo fœdere sociata Rotuuiia. In montanis altioribus pagi quidem sunt, sed qui uetustam illam, & imperiorum altricem parsimoniam, atq; uirtutem adhuc retineant. Extat de his non inelegans Catalogus ab Henrico scriptus Glareano, & nuper Osualdi Myconij Lucernatis commentariolis haud quaquam indoctis illustratus. Illud non præterierim, Heluetios Romanis iam olim fœderatos fuisse, ea tantum cōditione adiecta, ne in ciues reciperentur, ne quis hodiernum libertatis studium aut nouum esse his gentibus, aut prorsus tale quid permitti eis non debeat, oclamet. Meminit eius fœderis in Oratione pro Cornelio Balbo M. Cicero. Illud fortasse miretur quisquam, nullam hodie ciuitatem esse suis uiuentem institutis & legibus, in orbe Christiano, ad quam crebriores maximorum principum legationes usantur: neque hodie gentem esse ullam, quæ grauioribus stipendijs foueatur, maiori Principum cura ambiatur, pluribus fœderum conditionibus inuictetur, parte quidem ut profint, parte ne noceant: adeo magnis regibus non pollicitationibus tantum, sed Græca etiam, quod dici solet, fide in eos munificis. Proinde uidemus esse, qui alienæ felicitati inuidentes, nos desinant rusticos Heluetijs mores, uictum aridum, horridam atq; incultam uitam obijcere: non admodum memores his uirtutibus, quas uitiorū opinione suggillare pergunt imperia creuisse, uictoria partas esse, leges sanctas, & uitos mores summa seueritate retentos fuisse, ambitione & auaritia, atrocibus ciuitatū pestibus, neglectis. Vere enim non minus quam eleganter M. Cicero in disertâ illa Oratione, quam pro Roscio habuit, uitam rusticam, quam per contumeliam Erucius agricolam uocabat, parsimonie, diligentie, iustitiæq; magistratam esse dixit. Hanc tantum abest, ut in nostris uitio dandam existimē, ut uehementer etiam optem ne nos recētibus uicta moribus illa deserat, & luxui omnia hodie tentanti, simulq; auaritiæ uarijs scelerum notis aspersæ, facile locum cedat, ueterum nimirum cum constantiam, tum innocentiam unice seruatura. ^a Fleuo dicitur. Plin. 15. cap. lib. 4. alterum ostiorum Rhene Fleuum, alterum Helinum appellatum scribit. Per Fleuum ad septentrionem in lacus effunditur, à latere occiduo in Mosam corriuat, ea parte Vualis dictus, lib. 4. belli Gallici Cæsari, medio inter hæc ore modicum nominis sui custodiens alueum. Cornelius Tacitus lib. 3. Fleuum castellum esse ait prope Rhene in Oceanum exitum, in quod Olemius insensos fuga Phrysijs præuertit, à quo aut sumptum nomen, quod alueo daretur, aut certe mox ab aluo natum, retentum est. Maro Aeneid. 8. bicornem Rhenum à claris ostijs duobus dixit: uno Romanum olim imperium terminante, altero effluente per Barbaros, ut inibi Seruius ait. Insula nobilissima Batauorum insula est, Germanie attributa Plinio, & Cæsari, etiam si Tacitus lib. 20. exiguam Galliarum portionem uocat. Est hæc uetustissima rei militaris fama insignis, tum clara hodie, ut ego iudico. ERASMO Roterodamo alumno, multifariam erudito homine, tum & græcarum & latinarum literarum peritissimo: in quo natura satis indicauit Germanorum ingenijs nihil deesse, modo studium ac diligentia non desit, quo minus Græce Latineq; ita proficiant, ut certare cum linguarum indigenis uel de palma queant. Quod ad Rhenum attinet, inquit Cæsar, multis eum capitibus in Oceanum elabi. Cæterum de duobus ostijs receptior sententia est. Claud. in Alarici uictoria: Te Cimbrica Tethys, Diuisum bifido consumit Rhene meatus. Tacitus

Auguste historie lib. 2. Rhenus, inquit, uno alueo cōtinuus haud modicas insulas circumueniens apud principium agri Bataui, uelut in duos amnes diuiditur: seruatq; nomen & uolentiam cursus, qua Germaniam prauehitur, donec Oceano misceatur, ad Gallicam ripam latior, & placidior affluens: uerso cognomento Vahalem accola dicunt: mox id quoq; uocabulum mutat Mosa flumine, eiusq; immenso ore in Oceanum effunditur. haec uis Tacitus. Caesar igitur Vualin uocat, Tacitus Vahalin, eundem alueum: tantillum librariorum credo oscitantia, in uno tantum nomine literarum uariatis apicibus.

GERMANIA.



ermania hinc ripis eius usq; ad Alpes, à meridie ipsis Alpibus, ab oriente^b Sarmaticarum confinio gentium: qua septentrionē spectat, oceanico litore obducta est. Qui habitant, imanes sunt animis, atque corporibus, & ad insitam feritatem uaste utraq;

mensus est, ut ipse Pli. indicat, qui tamē Rhetos, Vindelicos, Noricosq; non omnino sciungit. Stra. 7. li. id tradit, quod Pomponius. Quod si proprios limites obseruare libet, intra Rhenum Danubiumq; Germania est: si gentium migrationem, & linguae commercium attendimus, rectius Alpibus à meridie, nec omnino ab occasu Rheno terminabitur. Sunt qui magnam uocant eam, qua intra Rhenum, Danubium, & Isulam est: reliquā trans Rhenum Galliae contiguam, ut diximus, in inferiorem diuidunt, & superiorem, huic totum tractum adnumerantes, qui intra Alpes & Danubium usque ad Pannonas protenditur. Tacitus, Germania, inquit, à Gallijs Rhetijsq; & Pannonijs Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu & montibus separatur. Diuus Ambrosius. 2. Hexameron scribit Rhenum memorandum Romani imperij aduersum feras gentes murum suis Imperiū translatum. se. Ut haud obscure quāta rerum omnium uicissitudo sit, uel ex hoc ipso intelligere queas, quod pleno hodie matetatis nomine in feras illas uidelicet gētes translato, principium imperij cernere est, ubi uel Ambrosij etate ditionis Aquilarum finis erat. b Sarmaticarum. Quas & Scythicas dictas constat, ipsamq; Sarmatiā Scythiam, ideo Plin. 15. cap. octauo, Germaniam conterminam Scythiae fecit. Idem quarto libro, Scytharum nomen usquequaque in Sarmatas, & Germanos transiisse author est: cui sententiae multis Strabo locis suffragatur.

c Immanes. Insignium uirium, animoq; ad arma cruoremq; prompto: tales Romani immanes frequenter dixerunt: utpote in quibus corporis robur quidem fuerit, uerum animus rudis, & ad arma magis, quam artes promptus. Nam à uirtute & humanitate alienos eos fuisse Tacitus negat, etiam si syluestri habitu, & uiuendi acerba quadam parsimonia, naturae modestiam satiarunt. Nam ut Caesar tradit, à principio quarti commentarij, cū à reliquo luxu, tum uino maxime abstinerunt, nec ad se importari siucrunt, quod ea re ad laborem ferendum mollescere homines atque effoeminari arbitrabatur. Addit Tacitus, auri eos & argenti maximarū pestium fuisse spretores, tardamq; Venerem admisisse: nec alia in re magis quam pecuaria suas statuisse opes. Idem indignas putat, minimeque aliarum gentium aduenis, & hospitibus mixtos, nec earundem connubijs infectos, propriam, & synceram, & tantum sui similem gentem extitisse. Id euenisse puto, partim modestia gentis, quae nulla externa miraretur: partim fortitudine, qua appetentes se facile retulerunt. Ideoque & linguam, qua hodie utuntur, uetustissima illi non omnino ab similem esse crediderim: nam nec ductis colonijs, nec hybernis latinarū legionum sparsim habitis, nec planē Romana ditione alios mores, alia uerba propagante, utitari potuit: id quod Gallijs Hispanijsq; accidit. Nunquam enim tota ab aliqua externa gente uicta est. A Romanis quidem, in quos hostilem haec gessit animum, ut Strabo scribit, crudeliter petita, & non semel inuasa est. Quodq; mireris, Mauris, Osdroenis, & Parthis sagittarijs contra eos eductis, quod in Maximinis Capitolinus indicat. Ceterum magna semper audaciae poena, & potissime Augusti temporibus trium legionum clade, ut tradit Suetonius. Carbonem Cassium, Scaurum, Aurelium, Seruiliū Cepionem, Manlium, magnos imperatores interim caesos, interim fugatos, mitto. Id addiderim, Romanos post sexcentimum & 40. condita urbis annum Germanorum arma in Cimbris primum omnium cognouisse: à quo tempore ad Traiani Imperatoris alterum consulatum anni 200. & 10. computantur, ut Tacitus asserit, quibus annis Germania non uicta, sed petita est. Medio uero tam longi cui spacio, inquit Cornelius multa inuicem damna. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae, Galliae uel, ne Parthi quidem sepius admonere, quippe regio Arsacis acrior est Germanorū libertas. Haec Tacitus. Hodie moribus mutatis molliores facti sunt, & externum deuictarum gentium luxum paulatim, ut fit, admiserūt. Nec id quidē

GERMANIA.



ermania. Albertus Magnus à meridie Danubio Germaniam suam terminari scribit, in ea ferè sententia Ptol. fuit: Agrippa à Danubio

Imperiū translatum.

Sarmatia Scythia dicta

Caesar.

Tacitus.

Germani indigenae.

Germania quādo Romanis cognita.

Alpes Germanis Alpes ipsa, quibus sepius nostros contra extraria molliciei illecebras natura uidebatur: quamuis altis iugis
nis contra ex- impedire potuere, nisi forte prius in Gallias Romani mores, mox trans Rhenum in Germaniam grassati sunt.
ternam molliti- Mirum uero non amissam pristinam fortitudinem, quam etiamnum constantissime retinent, nusquam enim non
em opposita. est bellicosa gens. Et e Silesia (ut hodie nominatur) Boemia, Norico, Saxonia, Dacia, Noruegia, Baio-

ria, Vindelico, Heluetico, Rheticoque tractu: e Sueuia, Pomerania, Vuestphalia, Alsatia, tum et toto illo Occa-
 ni litore, quod intra Rhenum et Istulam est, uiri agunt, quos omnibus collatos gentibus, non ueteri tantum
 militia fama, sed propria uirtute, et recenti fortitudine prestare et uincere uideas: ut non frustra in Germa-
 niam, uelut Asylum quoddam delegisse sibi Imperium Romanum, inque ea sedem posuisse uideri cuiquam debeat.

Germania grae- Id uero laudandum, quod graecas latinasque literas eximie colere coepit, magistra Italia, e cuius scholis doctrinarum
cas et latinas allatus est splendor. Secundum eos autem quos ante retuli, nominare libet Ioannem Capnionem, Bilibaldum Pir-
literas colit. khaymerum, prestantes utraque lingua uiros. Addo e multis B E A T V M Rhenanum, Huldrichum Zinglium,
 Philippum Melachtona, Ioannem Alexandrum Brassicanum, Iacobum Ceperum, Henricum Glareanum, Nicolaum Gerbellum,
 Casparem Vrsinum Silesium nobile poetam, cuius illud extat ad me aliquando scriptum in germanicas literas Eulogium.

Itala Cecropia cum Pallade Pallas, obibant

Passim Theutonici culta Lycca soli.

Altera uix magno in Latio, uix altera docta

Se tantum Cecropis sensit in orbe coli,

Atque nouem Phoebo uiderunt auspice musas,

Gorgonei sacras pandere fontis aquas,

Et iuuenes duplici texentes carmina lingua,

Attica Romano iungere mella fauo.

Admirata prior Graeca, inquit, Athena, uolauit

Huc etiam alato Calliopea gradu?

Vnde nouum hoc studium? bello gens dedita Martis

Temperat Aonijs classica seua modis?

Ausonis haec contra, post debellata Quirini

Moenia, Sueuorum Vandalicaque manu,

Paulatim ingenij cepit Germania cultum,

Atque tuo atque meo claruit eloquio.

Et merito, Imperium qui transtulit, illicet artes

Transferat ingenuas eloquijque decus.

Sic ego Romulidas inter, dum regna manerent,

Inter Cecropidas maxima tu fueras,

Hanc sibi regna modo usurpant uictricia laudem,

Quae claudunt dominis Rhenus et Hister aquis.

Germani unde Vnde autem Germani dicti sint, non conuenit inter plerosque. Sunt qui a uernaculo ductum uocabulum putent,
dicti. quod Gar man illi totum uirum nominant, atque hinc dictos ab insigni fortitudine sibi persuadet. Cui opinioni ut
 non refragor, ita non accedo: quanquam in uocabulo Alemannus non dubitem, quin e Barbaro Germanoque in la-

Strabo. tinam linguam illud abierit: unde Lemannum lacum uocare uoluit Albertus, quem supra Acronium Pomp. no-
 minat, iuxta enim habitauerunt Alemanni toto in litore, quod ex Alberto et Ammiani. 15. lib. plane constat. Stra-
 bo. 7. lib. uerisimilius, Trans Rhenum, inquit, in ortum uergentia Germani colunt, nationem Gallicam paulisper
 imitantes, et feritatis abundantia, et proceritate corporum, et colore flauo et c. Ideo Romani hoc illis no-

Tacitus. men iure indidisse mihi uidentur: perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui uoluerint: legitimum namque fratres
 romano sermone germani intelliguntur. Tacitus non a Gallorum consonis moribus, sed ab eiusdem gentis natione,
 quae Gallis pulsus Rhenum traiecit, nomen ortu scribit. Eius uerba sunt haec. Ceterum Germania uocabulum re-
 cens et nuper additum, quoniam qui primum Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani
 uocati sunt: ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, ut omnes primum a uictore ob metum, mox a se
 ipsis inuento nomine Germani uocarentur. Haec Cornel. At si romana dictio est, et adeo sero cogniti cis Ger-
 mani sunt. Neesse est aut uernaculum latino consonum nomen habuisse, quodcumque illud fuerit, ut hodie se maxi-
 me Bruder uocant, quod Germani uocabulo respondet: aut certe Germanos dictos, siue quod et ipsum tritum
 est Lantzman, quo moti Romani Germanos dixerint: aut ante aliud habuisse nomen, quale fuerit, querendum
 relinquatur: nisi quis Rhenos ab amne, ut sepe fit, dictos uelit: quod certe et Stephanus indicat. Minime uero
 pro iudicio

meo iudicio male de his sentiendum est, qui quacunq; diligentia populorum nostratum locorumq; uocabula, etymo reddito à ueteri & inuiolato uernaculæ linguae usu deriuant: cum idem in Libycis, Scythicis, Mædis, Asyrijs, & id genus alijs gentium uetustis nominibus, Græci Latiniq; fecerint: uelut in Astusape Nili, & Astabora Plin. in Arimaphis, Exampæo, Mende, & id genus non paucis alijs Herod. Constat enim omnium gentium propria quædam esse, quæ indigena sint, uelut apud nos Alemānus, Germanus, Longobardus, Hærcynia solum, Marcomannus: quæ quanquam fortuita persepe & imposita sine causa rebus uidentur, plerunq; tamen suæ secum originis uestigia trahunt, & unde enata sint indicant. Extat autem hodieq; Alemānorum agri nomen uetus, supra Brigantiū & lacū Acronium, Algōyu uernaculæ linguae pro eo quod integrus antea, das Almangōyu dicebatur, hoc est Alemannorū ager, siue conuallis, cōposito nomine, teste etiam Vladislao. Proinde Almangauij rectius diceretur, quos hodie Algauios uocamus. Porrò illis in locis, & utroq; Acronij litore Alemānos coluisse, Ammianus Marcellinus idoneus in primis author indicat, & testatur in uita Proculi Vopiscus. Germanorū eodē nomenclatura complexus. Quanquam in Marij uita Spartianus tanquam seiunctos referens, Denique, inquit, ut omnis Alemannia, omnisq; Germania cum cæteris, quæ adiacent gentibus &c. Item in uita Probi Flauius Vopiscus, Testes, inquit, Franci in uis strati paludibus, testes Germani & Alemanni longe à Rheni summoti litoribus &c. Præterea in Caracalla Spartianus, Cum Germanici, inquit, & Parthici, & Arabici, & Alemannici nomen ascriberet (nam Alemannorum gentem deuicerat) &c. Vualafidus certe mediæ ætatis non temnendus author, in uita Diui Galli, Rhetis proximos, & supra Acronium Rhenumq; tum & in occasum ad Tigurinum lacum & Limagum habitantes, ubi hodie longe lateq; Heluetij habent, Alemannorum nomine censet. Iam à promissis barbibus Longobardos dictos Paulus historicus scribit. Marcomānos autem sunt qui à Marca dictos existiment, quo nomine equum Celtæ uocarunt, & hodie uetus horum sedes, Mercklandt dicatur. Ego à limite, qui Germanis mark dicitur, sic uocatos credere mallet, amne eorum magno & piscosissimo nomē adhuc retinente: & iuxta late patentes cāpi, croco, uino, frumēto, & frugibus mirifice fertiles, cui Danubiū ē regione uianæ Noricæ, siue Ostriæ, Markfelt cognominati ab amne, siue limite Pannonico Noricoq; in quos extremi Germanorū inclinarent. Porrò fatentur illi Germanice se, die Mærker, siue antiquius die Markmenner cognominatos. Nec aliorum id relatione trado, sed obseruauit ipse, ut alia multa non indiligenter, cum anno superiore ē Sarmatia Viennam illac pergerē, Olomunzj clarissima horum ciuitate toto triduo eius rei gratia apud Marcum meum Rustinimicum insignem in literis hominem, moratus. Habuerunt olim Principes suos Marchiones dictos indigenas, mox Ostrijs ducibus paruerunt, hodie ditionis Pannonicæ & regni Boiemici pars, uiris doctrina, & humanitate præstantibus, præterea & oppidis & arcibus munitissimis clari. Cæterum quoniam de limite incidit mentio, quo uero similior sententia nostra fiat, adnotandum duxi Romanos in Pannonico, Norico, Rheticoque, ut alibi frequenter, limites imperij statuiffe olim, cum legionum excubijs aduersum liberæ gentes, & iugi neccias, quarum milites postea Limitanei & Stationarij dicti sunt, sicut & duces limitanei uocati, quod limitibus tuendis præessent: à quibus Marchionibus nostris & Margrafijs, ita uocamus, sua nomina unā cum nobilitatis fama obtigisse, ut mihi persuadam, coniectura minime leuis efficit. Lampridius in Alexandro Seuero, Sola, inquit, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus, & militibus donauit: ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos attinerent, dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Addidit sanè his & animalia & seruos, ut possent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, uel per senectutē possidentium desererentur rura uicina Barbariæ, quod turpissimum ille dicebat &c. Quem locum si diligens lector paulo attentius obseruarit, intelliget sanè illiusmodi Limitum custodibus occasionem perpetuæ iuxta Barbaros mæstionis datam fuisse: quippe qui proprijs bonis hæredi prouidere amplissime potuerint: & turpe fuerit, q̄ semel hostis rura occupassent, ea demū deserere. Præterea in Aureliano Vopiscus, ubi de Valeriano Augusto mentio est, ita limitaneorū ducum meminit: Assidentibus etiā Anulio Saturnino Scythici limitis duce, Murëtio ad Aegyptū destinato, Iulio Triphone Orientalis limitis duce, & Meceo Brūdufino præfecto annonæ orientis, & Vlpio Crinito duce Illyriciani limitis, & Thracij, & Fulvio Boio duce Rhetici limitis &c. Rursus de limite transrhenano idē in Taciti uita: nam limitem transrhenanū Germani rupisse dicuntur, occupasse urbes ualidas, nobiles, diuites, & potentes &c. Itē Rufus consularis in epitome ad Valentianū, Machoniani, inquit, & Scadi de locis ualentiæ, quæ sunt inter Danubiū & Drauum, pulsati sunt, & limes inter Romanos & Barbaros ab Augusto per Vindelicū, per Noricū, Pannoniam, & Mæsiam est cōstitutus &c. His ego locis moueor, ut credā, aut certe suspicor Marchionum siue, ut germanice dicimus, Margrafiarum originem in illos limitū duces referendā esse, quæ admodū & ducū: indubiū autē est Margrafijs à marca, hoc est limitibus dictos, quorū Grafijs, id est præfecti præsidēsue fuerint, ueteri officiorū cōsuetudine hodie penitus abolita: duratibus tantū nomē uestigijs, sicut & in Marcomānis, & Ostrijs Margrafijs, qui tamē rebus feliciter auctis,

Alemanni.

Longobardi.
Marcomanni.

Marcus Rustinimicus.

Limites.
Limitanei.
Stationarij.

Austriæ Margrafijs.

- cum Alaudarum legionis insignibus præcellerent, imaginibus mutatis in ducū nomenclaturā abiecerunt: mentem autem retinent Badenses & Brandenburgenses Marchiones. Porro limitē restituere dicebantur, qui longius grassatum hostem repressissent, finibus prioribus uendicatis: quod ubi contigisset, pacatus limes dicebatur. Vopiscus in Aureliano: Exercitum duceret, limitem restitueret, prædam militibus daret. Ausonius in Panegyri ad Grat. Testis, inquit, est uno pacatus anno & Danubij limes & Rheni. Magnificam autem limitum curam fuisse apud ueteres idē Vopiscus testatur his uerbis, quæ sunt Flauij Claudij ad Aurelianium: Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totum limitem in tua potestate constituo, solitam nobis æde uirtutem. &c. Ne quis uiliora isthæc existimet, quàm ut nostratium origo principum inde petenda sit. Ac de Alemannis quidem & Marcomānis, de quibus limitibus horum occasione, dictum sit hæc tenus. Ad Germaniam reuertamur, Galli cum olim utribus ualerent, ingressi sunt, sedesque locauerunt Boij ualida gens, uereque Gallica, ut scribit Tacitus: rursum Treuiri & Neruli circa affectationem Germaniæ originis ultro ambitiosi fuerunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis à similitudine & inertia Gallorum separentur, eodē authore. Heluetij quoque & Gallia in Germaniam profecti intra Rhenum & Moenim habitauerunt, quemadmodum & Tectosages illi, quorum sex. Commentariorū belli Galli ci Cesar meminit. Contra uero Heluetiorum uetustorum tractum hodie habitant è Germanis illuc profecti. Nec mihi de hoc dubitandum uidetur, cum linguæ commercio intimis Germanis respondente, tum maxime, quod morum & uirtutum, quibus olim Sueuos usus Cesar scribit, insignia apud eos ornamenta adhuc durant. Atque utinam non placuisset ueterum Germanorum etiam uitia retinere in illa bellorum & fundendi sanguinis facilitate, tum & apud externos merè di amore, qualiter Punicis olim bellis, & ciuilibus Pompeij & Cesaris discordijs mediæ sese Romanorum aciei immiscuissent Germanos, ex Liuij & Appiano nouimus. Præterea ut olim Romanorum alij quot principum custodes & stipatores Germani fuerunt, id quod in Tyberij gestis libro primo Tacitus tradit, & in Maximino & Balbino haud obscure testatur Capitolinus: ita regum sunt pontificumque; hodie stipatores Heluetij, Leone dum hæc scribebam, Pontifice maximo duas centurias ad eam operam magnificis stipendijs alente, Gallorum autem rege Francisco, pari liberalitate & beneficentia alteram. Faxit autem Deus Opti. Maximus, ne unquam probrosum illud & extræmæ perfidiæ facinus nostrorum consilia ita rapiat transuersa, ut quemadmodum ab Antonino Imperatore aduersus Germanos bellum moliente, Germanorum auxilia contra Germanos coempta auroque impetrata sunt, teste Capitolino, ita nostri contra Heluetios, auro corrupti Heluetica auxilia destinent. Vitium enim istud etiam si Germanorum fuit, nostrum esse nollem: cum quod alienissimum esse à bonorum cogitatione debet, tum etiam quod hac una ratione aduersam sceleribus discordiam, multorum principum expectatione in præsens & inuitabile excidium Reipublicæ nostræ cieremus. Sunt porro & alia migrationis Germanorum in Galliam testimonia. Sicambros trans Rhenum ex Germania Augustum transtulisse, author est in Augusto Suetonius. Tyberius quoque, ut idem author refert, Germanorum dedititiorum millia. 40. in Galliam traiecit, iuxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit. a Maximo frigore. Frigora atque in mediam coelo solouit tolerare assueuerunt, Tacito. Verum ut calor soluta & languida efficit corpora, ita modo contrario frigus, dum consuetudine subigitur, membra firmat, & calorem corporis unit magis, unde maior Seneca. quoque; animorum ad arma uehementia est. Seneca libro de ira primo, Germanis, inquit, quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus in nascuntur innutriturque, quorum una illis alia negligentibus cura. Quid induratius ad omnem patientiam? at quibus magna ex parte non tegumenta corporum, non suffragia aduersus perpetuum coeli rigorem. &c. Quin & prima legitima sobolis indicia Rheno iudice, olim data sunt: à partu enim filios ad Rhenum detulerunt, scutoque impositos aluco uel rapidissimo commiserunt, agnoscentes pro suis quibus unda pepercit: quos hausisset, adulterio conceptos opinati. Claud. in Eutropium: Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. Quem locum post Caelium Calcagninum, Ianus Parrhasius exquisitæ doctrinæ Grammaticus primus explicuit. b Longissima pueritia. Id in hodiernum usque; natura seruat, nec emendat industria. Verum tracta illa pueritia optimam senectuti nauat operam, si nullus interueniat luxus. Caisam tribuo cum caelo calido minus, tum etiam uictui, qui uulgo crassior est, ut uideri possit animos in nostratium corporum mole tardius sui compotes fieri. Quamquam quod ad doctrinarum attinet studia, nil deest Germanis ingenijs, modo præceptor sit idoneus, & qui (quod multis deest) præcipere calleat, lente, fateor, discitibus nobis. At herent fidelissime quæ paulo tardius capiuntur: præcoxque; animus, ut ille inquit, raro ad frugem peruenit. c Sagis. Vestibus nullo linoue grossiore textis, qualibus non multos ante annos Heluetij uel in castris

pro thoracibus, ut diximus, sunt usi, passimq; hodie vulgus induitur. Sago ut paludamento usos ueteres Romanos Sallustius testis est. Tacitus, Tegumen, inquit, omnibus sagum fibula, aut si desit, spina confertum. Lege Tacitum. a Libris. Subere, quo adhuc more quodã gentis magis, quã corij penuria, plebeij alicubi calceamenta consuunt. Strabo lib. 11. Massagetum quosdam insularium in Scythia arborum cortice uestiri scribit.

b Nandi. Herodianus. 7. lib. multa de superioribus Germanis, deq; omnibus Rheno & Danubio locutus, inelantur, aut^a libris arborum, quamuis sæua hyeme^b nandi non patientia tantum illis, studium etiam est: bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine accersunt: neque imperitandi^c prolatandiq; quæ possident, nam ne illa quidem enixe colunt, sed ut circa ipsos, quæ iacent, uasta sint. d Ius in uiribus habent adeo, ut ne^e latrocinii quidem pudeat, tantum^f hospitibus boni, mitesque supplicibus: uictu ita asperi incultiq;, ut cruda etiam carne uestantur, aut recenti, aut cum^g rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis manibus pedibusque subigendo^h renouarunt. i Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, & magna ex parte syl-

ter alia, ut Politianus transfudit, sic refert: Sunt autem Germani peritissimi nandi, ut qui tantummodo in fluminibus lauentur. In eandem sententiã Tacitus tradens Germanos, ut fluminibus suetos, nandiq; peritia eximios frequenter commendat. Durat hodie quoq; id studium: sed quod sciam, hyeme minus. c Prolatãdiq;. Extẽdendi limites, sed magis ut uastatis proximis, hostis à castrametandi cõmoditate prohibeatur. Tacitus quoque prodigos alieni & sui contemptores ueteres Germanos fuisse scribit.

Germani nandi peritissimi.

d Ius in uiribus. Idq; maxime si lacessitus iniuria quis sit. Vnde illa cœrti iuris in Germania quondam duellorum seueritas, sacris hodie canonibus

prohibita, quod iustitiam haud quaquam tueantur: in duello enim nemo debilis, nemo in bellis iustitiæ palmam obtinet. Durant uestigia apud Sarmatas & Boemos maxime, apud quos graui aliqua iniuria affectis, non aliud est uotum ardentius, quã ut collatis publice pari armatura uiribus periculum fiat, utri iustitia fauere uelit. Id nobilitati maxime concessum, nec aliud gratius mortalibus illic spectaculum: ita mihi retulit Vuolfgangus Halimarius Morauus, homo præter eximiam eruditionẽ, & humanitatem, ueteris simul & recentis historie in primis peritus. Ius autem reuera in uiribus habent, qui ui parta, ui tuentur: iudicem non uerentes, nec sequestro motigeri. e Latrocinij. Tacitus in eandem ferẽ sententiã, Næteria, inquit, munificentie per bella & raptus, nec arare terram, aut expectare annum tam facile persuaseris, quã uocare hostes, & uulnera mereri. Pigrum quinimo & iners uidetur sudore acquirere, quod postis sanguine parare. Cæsar quoq; Commentario sexto, Latrocinia, inquit, nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis sunt, atq; ea iuuentutis exercendæ ac desidia minuendæ causa fieri prædicant. Latrocinia autẽ dicuntur furta publica uolentiaq;: & latrones prædatores illiusmodi, peregre proficiscentibus molesti. Fuit autem quando stipendia militaria latrociniorum nomine significarentur, & latrones dicerentur qui mercede militarent. Rursum & principum stipatores latrones aliquando dicti, id quod uulgo notum est. f Hospitibus. Tacitus: Quemcumq; mortalium tectis arcere nephas habetur, pro fortuna quisq; apparatus epulis excipit, cum defecere: qui modo hospes fuerat, monstrator hospitij & comes proximam domum non inuitati adeunt: nec interest, pari humanitate accipiuntur, notum ignotumq;, quantum ad ius hospitij nemo discernit. Hanc hospitalitatem ut alia pleraq;, quorum Tacitus meminit, etiamnum incredibili humanitate Heluetij custodiunt. Quod de cruda carne Pomponius refert, nusquam hodie apparet: nisi suillæ carnis salitæ, adipisq; porcini usum, inter cruda referimus: nam ne elixatis quidẽ pleriq; nisi conditissimæ sint, uesci consueuerunt, adeo uetustatis duriciam admissa uicit mollities. Ceterum miraculum uisum est, quod homo Germanus semel Augustæ Vindelicorum spectante magnanimo Cæsare Maximiliano, crudã carnem haud grauate comedit.

Heluetiorũ hospitalitas.

g Rigentem. Frigore. Quod ad pisces attinet, crudis hodie quoque uesci mur: nam Halece salito crudo cum aceto & cepe nihil uel meo stomacho gratius est. h Renouarunt. In priorem molliciem redegerunt. i Terra ipsa. Nemo expectet, ut urbes referam, tam cultæ hodie terræ, satis sit hætenus de Germanis retulisse. Illustrare Germaniam. 4. libris Cunrandus Celtis uoluit, studiosissimus uetustatis obseruator: sed cum iam orsus esset, aliud fata iusserunt. Sunt hodie qui idem præstabant, eruditi uiri, deq; literis & literatis optime meriti: è quibus nominare uel honoris gratia libet Iacobum Spiegellium Cæsareum à secretis acutissimo ingenio, nec uulgari eruditione præstantem, ueterumq; & nouarum Germaniæ re-

Halecces saliti.

Iacobus Spiegel Cæsareus à secretis.

mox edendos, ut mihi retulit. De quibus sanè polliceri studiofis ausim, nihil ab illustribus authoribus passim de-
rebus Germaniæ annotatum, nihil traditum olim, quod illi non clarius, aptiusq; & suauiori gustu auidio lectori
sint exhibituri. Porro qua copia, quo ornatu, qua diligentia, cura, dexteritate Iacobus noster ueterem, simul &
recentem suorum historiam reddere possit, præter genuinam suam in hoc scribendi genere facilitatem, & grati-
am præclari aliquot antea ab hoc acerrimi iudicij uiro emissi commentarij haud obscure indicant. a. Pa-

ludibus. Quas plurimas admittit ea,

maxime parte, qua in Rheni ostia & Oceanum expan-
litur, ubi primum nota esse Romanis armis cepit: parum enim cis Rhenū, qua longius ab Ocea-
no abest, Caio Cæsari negotij fuit: satis erat uisam esse ab se Germaniæ o-

uis ac^d paludibus iuia: Paludū^b Suesia, Mesia, & Mel-
siagū maxia. Syluarū^d Hercynia, & aliquot sūt, quæ
nomē habēt: sed illa dierū sexaginta iter occupās, ut
maior aliis, ita & notior. Mōtiū altissimi^c Taurus &

Germania syl-
uis & paludi-
bus impedita.

ram. Libuit autem huc attinentem locum subscribere, Pomponianæ sententiæ satis superq; suffragantem, qui
apud Capitolinum in Maximinis ferè sic habet: Ingressus Germaniam transrhenanam per. 300. uel. 400. millia,
Barbarici Soli uicos incendit, greges abegit, prædas sustulit. Barbarorū plurimos interemit, cepit innumeros,
militem diuitem reduxit: & nisi Germani per annes & paludes & syluas confugissent, omnem Germaniam in
Romanam ditionem redegisset. Idem Capitolinus infra paulo, ex Imperatoris ad senatum epistola, Peruenisse
mus, ait, ad syluas, nisi altitudo paludum nos transire non permisisset. Præterea Tacitus, Terra, inquit, etsi ali-
quanto specie differt, in uniuersum tamen aut syluis horrida, aut paludibus sæda, humidior qua Gallias, uento-
sior qua Noricum & Pannoniam aspicit, satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum sæcunda, sed
plerunq; improcera. & c. Idem libro primo, Augustus in his, inquit, trames uastas inter paludes, & quondam à
L. Domitio aggeratus, cætera limosa, tenacia, graui ceno, aut riuus incerta erant, circum syluæ paulatim accli-
ues. Et paulo infra, Curcta, inquit, pariter Romanis aduersa, locus uligine profunda, idem ad gradus instabilis,

Germaniæ fer-
tilitas.

proccidentibus lubricus, corpora grauia loricis neq; uibrare inter undas poterant. Hodie qua in septentrionē
uergit, magis humida, & minus est fertilis: qua in meridiem, uel fertilissima, maxime uero ubi in Pannonias incli-
nat: nam crocum gignit optimum, & uino præstat nobilissimo, terra adeo fertili, ut nihil non genitura uideatur.
Fit autem ut cum annium magnitudine latis ostijs exeuntium, tum etiam Oceani impetu, proximi litorum tra-
ctus alicubi paludosi existant, lacusq; ambient præpatulos. b. Suesia. A Suedis, ut puto, quos inter Ger-
manos Tacitus Suionas nominat, durant hodie, regno subditi Daciæ, uerum à septentrione obuersis terris &
magno Oceani sinu intermedio, horum propè totus tractus lacubus paludibusq; peruius est. Mesiam quoque à

Misnij.

Mesijs dictam est coniectura, qui hodie longius à mari inter Salam & Albim siti Misnij nominantur, & eorum
regio Misnia. c. Melsiagum. Extat hodie Melsingum, siue, ut uulgus nominat, Elbingum, uerū trans Istu-
lam in Prutenorum litore, ubi piscosissima Visulæ paludes sunt: nec mirum si inter Germaniæ loca Pomponius
numerat, cum & Tacitus non Istula, sed confinio Sarmaticarum gentium hanc terminarit: & Glessum à Ger-
manorum litore afferri Plinius tradat: quod tamen longe ultra Istulam in ortū expandi constat. d. Her-
cynia. Nomē quidam è barbaro ortum autumant, quod Germani uernacula sua Hartzwaldt eum uocant: de
quo equidem non dubitauerim. Cæsar Hercyniam uocari illis ait uoce planè uernacula. Illud mirum, Eratothe-
ni & ueteribus Græcis notam esse potuisse. Huic, quemadmodum in Asia Tauro, priuatim multa nomina sunt,
prout aliæ atq; aliæ gentes adhabitant: alicubi quoq; à pinuum abundantia nigra dicta. In uniuersum uero syl-
uestria omnia à Rheni ripis per Germanos Sarmatasq; tractim adusq; Rhiphæos & Mæotim, ipsaq; Asiæ con-
finia, Hercyniæ nomine comprehenduntur: ideo sexaginta dierum spacio extendi Pomponius dicit. Cæsar Com-
mentario sexto: Huius Hercyniæ syluæ, quæ supra demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patere
non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluictorum, & Nemctum, & Rauri-
corum sinibus, recta fluminis Danubij regionibus pertinet ad fines Dacorum & Anartium, hinc sese flecitat sinē
strosus diuersis à flumine regionibus, multarum gentium fines propter magnitudinem attingit: neq; quisquam
est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium eius syluæ dicat, cum dierum iter. xl. procefferit,
aut quo ex loco oriatur acceperit. Hactenus Cæsar, apud quem præpostero characterum ordine. xl. pro. lx. le-
gi uidetur. Porro uitiosam apud alterutrum lectionem esse indubium fuerit. e. Taurus. Durant hæc in No-
rico & Carnithia nomina. Multi uero Tauri sunt, hoc est Tauri, ut ipsi uocant, uarie ab accolis cognomina-
ti: adeo alti, ut qui media æstate superant, cum ad uerticem peruentum est, frigore infestentur: nullus curribus lo-
cus, angustissimi tramites, adeoq; præcipiti subinde asperitate, ut iumentis tantū clitellarijs, ac ne his tuto qui-
dem, nisi assuctis illac iter esse queat: grandia uero pericula, cum aut subito exorti uenti in præcipitia deturbā-

Taurus.

cuntes, aut

euntes, aut uerno tempore immensi conuolutarum niuium globi syluas, saxa, iumentaq; & iuxta sitas persæpe domus funditus auferunt. Mirum uero in plerisque horum montium locis, cū paulo altius accesserit Sol, in ipsis niuibus natos uermiculos ceu tineas quasdam cerni: quod uiri mihi uero maxime idonei, dum annis superioribus in Carnithia agerem, retulerunt, nec est ut quispiam uacillet. Tacitus quoque grauis author, superioris Germaniæ montem alicubi Taurum uocat, libro duodecimo.

^a Rhetico, nisi quorum nomina uix est eloqui ore Romano. Amnium ^b in alias gentes exeuntium Danubius & Rhodanus: in Rhenum ^c Mœnis & ^d Lupia: in Oceanum ^e Amisus, ^f Visurgis, &

uij dicti, quorum paulo ante meminimus, & pars Athesini, fortes & ipsi, & ad arma promptissimi, Ducum Austriae, Rheticonis uero non continua, nec paræ altitudinis iuga, uaria sunt nomina, & iuxta uallis Montafun hodie dictum, quod Comitibus de Sonnenberg, à quibus nomen habet, paræ, iuxtaque alia uallis uetusti nominis reliquias seruans Pretikeum p littera addita, ut facile corrumpuntur uocabula, aliàs Rhetikeum, hoc est Rhetico.

Vnde illud, clarus amnis elapsus Rhenum intrat haud longe ab oppido Feldkirch, quod Vellecircum uetustiores nominarunt, quod uallibus septum est, ut Ladislaus Sonthaim Geographus diligentissimus, & dignissimus de, in Rhetici descriptione, quam sua lingua, hoc est Germana edidit, testatus est: fidem faciunt multa circum loca, quorum Lombardica hodie nomina durant: uelut arcis prope Vellecircum uallis dulcis cognomine, quæ hodie corrupte, uidetur, ac si ualldulcz dicas nominatur: & infra ad monticulum iacens uiculus, montiglum adhuc nomen habet, hoc est monticulum, à situ. Porro & Rhetorum oppidulum Lombardis Magauella, id est magna uilla olim uocatum, corrupta, ut sit, uoce hodie Magenuelt appellatur. Prope thermas illas Fabaricenses, iuxta in Heluctijs uicis sterili in loco monti subiaccens uilis terræ cognomine Vilters dicitur, sicut in lacus Vesenij litore meridiano Sextanorum & Quintanorum etiamnum in modicis uiculis uestigia sunt, Oppidulum item Vualbens

stad, intra quod & Vesenium uicum, in lacum à Borca prominens, locus amœnissimus, & agro pascuo uisendus, quia pronunct, & difficili aditu rupium præcipitijs undique clauditur, ueteribus accolis Amont, tanquam monte extantem & conspicuum locum dicas, nominatus. Magno argumento illis in locis aliquando ex Italia profectos habitasse, quibus pulsus Germanica gens successerit, Lombardos illos fuisse, non temere autumant, Etiam si libro uigesimo Iustinus uetustissimos Rheticonis accolos Thuses fuisse testetur.

^b In alias gentes. A fontibus enim ad ostia usque à Germanis Rhenus habitatur, Rhodanus in Gallos egreditur, Danubius in Pannonas & Dacos: omnium clarissimus Rhenus, ut satis quarto commentario Cæsar, & libro sexto Herodianus indicant, & ipsa res habet: quanquam si undarum uim, cursusq; longitudinem æstimas, multo Rhenum Danubius superat. At ille quia maximis oppidis frequens est, & fortissimarum gentium terminus censetur, claritatis prerogatiua quadam pollet. De eo peruetustus ille est Germanorum rhythmus: Die Tuonou, aller uasser cin frau. Aber der Rein, mag mit eren ir man sein. Ex Ladislaio. ^c Mœnis. Tacitus quoque Mœnim nominat. Sunt qui Mœnis hic legendum putent, ut legit capite decimoquinto libri noni Plinij Hermolaus: ego Mœnis malo.

^d Lupia. Cōiectura est eum esse, quem hodie Neccharū uocant, qui haud longe à Danubij fontibus ortus per Wuirtenbergensem Ducatum lapsus, moxq; in occasum uersus Rhenum seorsum illabitur. Aliàs nullus in ea ora adeo clarus est, qui Rhenum intraret, præter Mœnim, quem Mœnim hodie nominant, per medios Francones gentem uetustam & nobilem incedentem, & Francfordia celeberrimo Germaniæ emporio clarum. Strabo longe à Pomponio alius, Lupiā in Visurgim de ferri ait, ut Lupiæ nominis non Neccharus, sed is amnis quem hodie Fuldam uocant, intelligatur. Melæ magis accedo. Quanquam Tacitus (adeo in re tantilla uariant scriptores) libro Augustæ historiæ secundo, Lupiā uocat amnem non in Rhenum, sed Oceanum elapsam.

^e Amisus. Strabo Amasium uel Amasiam. Ptolemæus Amasium, qui Vidrum tamen alium, nescio an bene, iuxta nominat: hodie Ems uocatur, quasi Emisus corrupto uocabulo: quanquam uerius est Latina illa nomina ex Germanis nata deflexaq; fuisse. Ortus hic in Vuestphaliæ montanis, inter Frisios, & quos hodie Bremenses uocant, oceano miscetur. Tacitus libro primo in Teuthopurgensi saltu inter Lupiam & Amisiam tres Vari legiones à Germanis suas fuisse tradit, non admodum consona plerorumq; traditioni sententia. ^f Visurgis. Hodie der uuejer, tanquam dicas der Visurg, hoc enim inde natum est. Difficile autem est dictu, quàm plerunque distorte, quàm barbære Latini nostris proprijs, gratiam suæ linguæ induerint: cum in dandis nominibus uertendisq; multo iudicio sit opus, nec unquam committendum, ut à nativo barbaroque adeo eloquio distent, ut agnosci neque-

Rhetico.

Vallis Montafun.

Illud fluius Vellecircum.

Ladislaus Sūthaim.

Rhenus.

Mœnis.

Lupia.

Amisus.

Visurgis.

Nota.

ant etiam meliora facta. Propria enim nomina, ut rectissime docet Hermolaus, per omnes linguas inuiolata manere, nec nisi parte detorta, in alius linguae siue idiomatis usum transumi debent. Visurgis per Ducatum Braum-

Albis. schuuitzensem, in oceanum exit. *a* **Albis.** Quem & Albium Strabo uocat: ad hunc olim Sueuorum fuit & Cauorum sedes: hodie Saxones clara gens adhabitant, corriuat è Boiemorum iugis: aliquotq; quorum Sala precipuus est, amibus acceptis, ubi Hamburgam clarum oppidum attigit, in Oceanum egreditur. Trans huc

& Sueuus fluit uetusti nominis Straboni. Vistula est proximus Silesiorum Odera, ad quæ Francfordia huic, quæ ad Mænum est cognominis, clara etiam Gymnasio. Non ausim dicere Gutallum uocari Plinio, quanquam coniectura esset, nisi ante Vistulam nominaret, cū inquit: Amnes clari in Oceanum defluunt, Gutallus, Iustillus, siue Vistula, Albis, Visurgis, Amisius, Rhennus, Mosa. à Ptolemæo tamen Viadū

Codanus sinus

dici propè indubium est. *b* **Codanus.** Plinius decimotertio capite libri quarti, de extremis Europæ gentibus. Seuo, inquit, mons ibi immensus, nec Rhiphæis iugis minor immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus uocatur, refertus insulis, quarum clarissima Scandauia est incomptæ magnitudinis. & infra parum: Quidam hæc habitari Istulam usque fluuium à Sarmatis, Venedis, Scyris, Hyrris, tradunt. Hactenus Plinius, cuius uerbis si tabulam Europæ octauam, aut uerius picturam Nicolai Germani, reliquis Ptolemæi adnexam contuleris, qui Codanus ille quantusq; sit, intelliges. Ptolemæus Oceani Sarmatici nomine dignatus est, eiusq; partem Venedicum sinum fecit, ut in eo alios quoque sinus minores Plinius nominat. De insulis inferius mentio fiet. Seuo mons ille, qui passim Daciæ, Suctiæ, Gothiæ, Noruegiæ, & illi tractui, quem Engronclant nominant, imminet. Cimbricum promontorium in extrema est Chersoneso Daciæ, Plinio. Inter quod & oppositum litus nõ amplo introitu sinus initium habet. Applicæ, si sapias, lectioni picturam, & memoriam tantilla re adiuna. *c* **Acre mare.** Infestissimum nautis, & creberrimis naufragiis propè infame: uadosum enim est, tenijs alicubi fundum exasperantibus, & crebris insularum anfractibus retusum, expositumq; Aquiloni. *d* **Late.** Si ad oceanum respicias: unde fit, ut ingens lacus magis quàm mare uideatur. *e* **Transgressis.** Quod septentrionis Oceanus peculiariter solet, ut ante dictum est. *f* **Facie amnium.** Terras enim lancinat, angustisq; affluxibus ingreditur. *g* **Contentum.** Clausum, pressum. *h* **Tantundem.** Pari distantia. *i* **Supercilio.** Longo margine, eoq; inflexo, sensum enim se in Sarmatica & Gothica litora incuruat. *k* **Cimbri.** Mariana notissimi uictoria: sunt & trans Istulam hodie Theutonici cognominati equestris ordinis eo nomine passim per Europam fusi. Hermionum etiam Tacitus meminuit, hodie ut coniectura est, Pomerani uocantur. Nec uero putandum solos hos Codanum ambire, sed trans Istulam quoque gentes plurimas; de quibus mox.

Hermiones.

a **Albis clarissimi:** super Albim *b* **Codanus ingens finus** magnis paruisque insulis refertus est. *c* **Acre mare,** quod gremio litorum accipitur, nusquam *d* late patet, nec usquam mari simile, uerum aquis passim interfluentibus, ac sæpe *e* transgressis, uagum atque diffusum *f* facie amnium spargitur: qua litora attingit, ripis *g* contentum insularum non longe distantibus, & ubique penè *h* tantundem, ut angustum, & par freto, curuanisque subinde se longo *i* supercilio inflexum est. In eo sunt *k* **Cimbri & Theutoni,** ultimi Germaniæ Hermiones.

SARMATIA.



Sarmatia. quemadmodum Ptol. scribit lib. 3 à septentrione Oceano Sarmatico, & parte terre in Arctos incognita terminatur, ab occasu Istula, ab ortu cōfinibus Chersonesi Taurica, ipsaq; Mæotide, & Tanai adusq; Rhiphæos, & ignota q̄ supra eos sunt, à meridie Carpathijs mōtib; Huius iusta pars hodie Polonia dicta, à planitie uidelicet terræ, quam ipsi uernacu-

Polonia unde dicta.



SARMATIA.

Sarmatia intus quàm ad mare ^b latior, ab iis quæ sequitur, ^c Visula amne di screta, qua retro abit usq; ^d ad Istrum flumē immitit, gens habitu ^e armisq; Parthica proxima, uerum ut cœli asperioris ita ingenii, non se ^f urbibus tenet, & ne statis quidē sedibus, ut inuitauere pa-

la lingua Pole etiamnum uocāt. Orientale eius latus in .2. lib. principio pro uirili explicuimus. Reliqua sequi calamo non pigeret, nisi hodie reddidissent pleriq; inter quos uel diligentissime Raphaël Volaterranus. Coloni planè è Germania profecti uidentur: nam cum Boiemis lingua cōmunicāt, & sunt cum uitæ sinceritate, tū morū candore māiuctiores, quàm

ut Scythici sanguinis esse, qui nunc habitant, quispiam existimet. Utq; in Germania uetusta ferocitas, ita Germanorum in Polonia Scythica feritas hodie incognita est. Regem habent, is erat dum hæc scribebam, Sigismundus Casimiri filius, princeps seculorum dignus memoria. Est enim & bello (ut paucis ambiam) & pace insignis: tanta formæ præstantia, ut dignam regno maiestatem uel sola uidentibus offerat. Huius mater, longe Lampido illā Lacedæmoniam uincens, regis uxor, regis filia, neptisq; regis soror, & sex regum pientissima parens, ut alibi sumus testati, extitit. Gens ipsa Christiana religione insignis, & optimorū antistitum hodie custodia incolumis.

Sigismundus Polonia rex.

Quos inter, quos equidem nouerim, Erasmus est Vitellius præsul Plocensis, Ianus Ludbrantius Posnaniensis, Mathias Dreucius Vladislauensis, Ioannes Conarsky Cracouiensis, & candidissimū animum Petrus Tomitius Premisliensis, uiri in uniuersum, cū seorsum literatissimi, & nullis non doctrinis dediti, tum studiosorū amantiissimi & magni patroni. Id quod in præsulibus Christianis nō naturæ solum, sed etiā gratiæ munus esse uidetur. Noui enim plerosq; uel estimatissimos, quibus magis curæ est quid habeant, quàm quid sciant: nec quàm docti adsint, sed quot compti ministrēt, respiciunt. Porro & altissima in ocio socordes ab opibus & auariciæ studio spectari uolunt, quibusuis ueteribus tyrannis in deglubendis pauperibus sciuiores immittioresq;.

Poloni religiosi. Antistites Sarmatici.

A quibus longe & uere Δὲ Διὰ πᾶσιν, qd' aiunt, illi dissentiunt. Inter quos nomino cū honoris præfatione Silesiorū Ianū Thurzonem Vratislauensem, & Morauorū Stanislaum fratrem suum Olomuncensem, genere, doctrina, uirtutibus magnos, eoq; mihi cōmendabiles uel maxime, quod hic Ianum Dubrauium inter multos, ille CASPAREM Vrasiuum amplectitur, uiros ut ipsa indicant studiorū suorū uel nunc edita monumenta, doctrina elegantiaq; præstantes. De Iano Conarsky Iurecōsulto inter insignes regios oratores clarissimo quid sentiendū sit, ipsa me humanitas sua, simul & eruditio monuit: satius uero est modestum uideri me suarū laudum præconem, si minus quàm fert animus, hoc in loco retulero, quàm affectatæ laudis suspitione premi, dummodo fatear nihil esse, quod ad eum merito uiro non debeā.

Ianus Thurzo præsul Vratislauenensis.

Ianus Conarsky.

^b Latior. Nā ab Istula fontibus ad Tanaim circūq; Euxinū uersus multo erat Mele tēporibus spaciosior, quàm in ora septentrionalis litoris, cuius magna ignota pars fuit. ^c Visula. Mira nō suuariatio, nā Visula, Iustula, Iustilla, Istula, Vistula uocatur. Oritur in Carpathijs, qua in Iaziges, & Marcomannos Polonia immūnet: in Codanum egreditur non uno ostio, & amplissimo, antequam Dantiscum attingat aluco, ubi mira piscium copia. Dantiscum clarum & opulētum aduētis mercibus oppidum, aere ob uiscina, quæ palustri humore madent, nonnihil insalubri. Memorable uero etate nostra Ioannis Dantisci nomine, Iurecōsulti, poëta, & Sigismundi Poloniae regis (qd' fidei suæ & eruditioni debebatur) secretarij. ^d Ad Istrū. Ideo Ptol. nō Istula tātū, sed & mōtib; qui in Iaziges imūnet, & Germaniæ parte terminari ait.

Vistula.

Dantiscum.

Ioannes Dantiscus.

^e Armis. Hodie quoque equitatu maxime præstant, habentq; qui arcubus antiquo gentis more utantur. ^f Urbibus. Clarissima sunt hodie Cracouia & Posnania, inter plurimas. At maiores multo in Lituania, & ea ora quæ in Tauricam Chersonesum & Euxinū spectat, sit: inter quas eminent Vilna præcipue, tum & Orscha arx munitissima, Kyoyu Rutenorum metropolis, & in Podolia præ ceteris munita Camyenyetz, quam latine ob situm loci, saxeam cognominant. Quod si quis ad terrarum regniq; amplitudinem respicit, non erit adeo celeberris oppidis Polonia. Constat autem ampliorem esse, quàm tota sit trans Pyrenæos Hispania. ^g Ne staretis. Omnia hæc abolita, migratione, ut credo, gentiū. Similia his lib. 1. de Amazonibus, & secundo libro de Scythiarum sceminis retulit. Id magis miremur, cur totus is tractus in Scythiam usq; adeo apibus abundet, ut ceræ

Polonia magnitudo. Sarmatia apibus abundat.

mellisq; nusquam maior copia sit. Nec artem ibi expectant, nec industria iuuari uolunt, sibi met alucaria intra roborum excavata latera construunt, adeo ut grauissimas hyemes iuxta facile ferant. Est hæc terra plane suis prædita floribus, & per æstiuam nullos magis Sol aspicit, quando longissimus est dies, qui animali ad labores nato, breuibus umbris operam intercipit. a Equitare. Scribit libro octauo Plinius, Sarmatas equos habere

tolerantissimos laborum: quos cum iter acturi sunt, inedia pridie præparant, exiguum tantum potum impertientes, atq; ita per centena millia, & quinquaginta continuo cursu euntibus insident. Iidem & Scythicarum gentium more herbarijs quibusdam succis corpora tinxerunt: fuitq; adeo agrestis uictus, ut pulte alerentur, farina crude equino uel sanguine uel lacte admixto. Durant cruditatis reli-

**Tartarorum
immanitas.**

quæ in Tartaris, qui pars quidæ Sarmatarum sunt, sed Scythicis immanes moribus. Vaga illa gens, & incertis cõtenta sedibus, nec aliud lucri, quàm quod præda adijcit, improuisis incur-

sibus maxime noxia, profundis & trucibus oculis, ac ferè cæsis, turbinato craneo, & circum tempora capite presso. Plerosq; nuper Cracouia, & haud ita pridem aliquot Vienna in ipsis catenis uidimus: ac nescio an uiderit Apollinaris, qui de ipsâ tum uere, tum eleganter in Panegyri ad Artemiũ Augustum sic refert: Iacet axe

Sidonius.

sub urse Gens animis membrisq; minax, ita uultibus ipsis Infantũ suus horror inest, consurgit in arctum Massa rotunda caput, geminis sub fronte cauernis Visus adest oculis albetibus, acta cerebri In cameram uix ad refugos lux peruenit orbes. Horum semper iustum numerum, qui diuersum opus faciant, compeditos, & ergastularios habet in arce sua Cracouiana rex Sigismundus: equina his carne non est cibus alius gratior. Certa fides, si

**Tartari Hip-
pophagi.**

equum utcumque morbidum indicaueris, rem egisti Gratijs dignam, aduent, cadauerosum extrahit, suoq; in carnario euiscerant, carnibusq; partim asis, partim clixis, grandi in fornice focus circumsidentes hiãtem exantant uoluptatem. Cum Cracouia essem, Leonem catulum, qui in aula tum forte mortuus erat, euiscerabant, celestriq; deuorabant conuiuio, adstantibus etiam nobis, & feritatem demirantibus, ridiculo nutu ut comessemus inuitatis. Equorum ossibus mire expolitis, & sabtrime efformatis manubria scuticarum præmuniunt, intus uisenda arte cultros ceu in uaginam condentes, quorum in itinere pro Tartarorum more possit esse usus. Equidem cum è Cracouia Bochniam uisum abissem Salinas, & Ioannis Boneri Salinarũ præfecti beneficentia in arcem Bochnianã hospitio receptus essem, à Iano de Oleschincky Damiani domino, qui tũ Boneri uicẽ gerebat, uiro & uirtutibus & literis iuxta claro, humanissime tractatus, inter cætera mihi homo Scythia ostendebatur, præterquam quod agreste Sarmaticum fidibus ludebat, ad nocturnas tantum uigilias natus: qui nec minis nec uerbibus ab esu demortuarũ felium canumq; deterreri potuit, clãculum uel è cœno cadaueribus, quibus uesceretur, raptis asisq;. b Virginitas. Cogitur enĩ esse uirgo, si nullũ occiderit. Est ergo poena, cum sit maxie honorificum, id manu consecutam scemellam, ut nubere possit. Nihil horum hodie usuuenit, præter miram in plerisq; Sarmatis equitandi agilitatem. Vulgare est medio in cursu ex equo in equum insultare, idq; sine mora, sine casu metu. Quod ipsum anno ab hinc tertio in Pannonia claro oppido Pofonio, cum illuc ad Vladislaum Vngariæ regem frater Sigismundus uenisset, spectaculi gratia (nam nostri mirabantur) iterum iterumq; exhibuerunt, ut mi-

**Victor Gam-
pus iurecon-
sultus.**

hi retulit Victor Gampus Viennensis, iurecõsultus clarissimus, & dignus omni fide homo, qui tum cum Cæsareis oratoribus Pofonium profectus, crebris illis ludis interfuit. Cornelius Tacitus author grauissimus in his maxime que ad Christianorum historiam nihil attinẽt, libro Augustæ historiæ. 17. Equitatum Sarmaticũ cõmendãs, Mirum, inquit, dictu, ut sit omnis Sarmatarum uirtus uelut extra ipsos, nihil ad pedestrem pugnam tam ignauum, ubi per turmas aduenere, uix ulla acies obstiterit. Libet autẽ hoc in loco, quoniam dignissima res est, nec

**Salifodine Sar-
maticæ.**

aliena proposito, utpote de terræ insignibus locis commentantibus nobis, salifodinis Sarmaticas orbi pateface-rc: præsertim quod hanc admirandam naturæ focunditatem à scriptoribus, quos equidem uiderim, latinis, aut historiæ penuria, aut certe experientia inopia, siue (quod suspicor) raris alibi gētium Salinis, copia magnitudinẽ Sarmaticis illis respondentibus, neglectius traditam uideam. Nec uero facile aut Arabum Carras illas, iuxta quas è salis frustis, ut Plinius tradit, aqua ferruminatis ædificia exstruuntur: aut Oromenũ Indiæ montẽ, è quo salis glebæ lapidicinarum more cæduntur, quantum scriptorum lectione cõsequi animus potest, ualde mi-

rabitur, qui

abitur, qui Sarmatiae aut Bochniam, aut Veliscum uidit. DVOBVS in locis ceditur, metallicus atq; fossilis, oppidis utrobique ob mortalium frequentiam, & operum magnitudinem, enatis. Horum propius Veliscum uocant, à Cracouia passibus plus minus. s. mil. Alterum Bochniam. 30. maximum nullibus distans, cum arce perlegate, à Salinarum praefecto, quae sua lingua Zupparium uocant, habitata. Velisci situs aequus in septentrione, ad meridiem & ortum molli assurgit cliuo altiusq; atq; altius: perinde montanis extantibus, agri quemadmodum & Bochnia, iuxta ferè steriles sunt. Intra oppidulum prope sacram eadem uno hiatu, quem ipsi Schibum nominant, in illa tenebrarum regna descenditur. Fossa ipsa undiq; praecipis, roboribus in quadratum ferè contignatis altissime demittitur, sine praegrandi è machina pendente, quo glebae salis quas Bancas ipsi appellant, ex uarijs cauernis ad eius fauces deuolutae, tandem in lucem extrahuntur. Qui descendunt, restibus ex subere, ima in parte craticulae in modum contextis, & grandem illum ad funem nexis, insident: manibus sese retinentes, atq; altero crure ad funem applicito, quo minus qui ita pendet, uacillet. Bini frequenter iunctis lateribus pensiles intromittuntur, ita tamen ut septeni atq; etiam octeni ordine appensi demittantur. Stupentibus autem & inexpertis antea, periti rerum fossiores intermiscuntur, qui altera in manu lucernam gestantes, pede alterutro funem immani altitudine fluctuantem regunt, ne in compacta quadrato robora si impingat, leuissime sedentes excutiat, enecetq; casu. Cum ad fundum peruentum est, occurrunt sese primi explicant, funemq; diuersum in cuniculum trahentes, sequentibus consistendi relinquunt locum. Hic primus per puteum, qualem diximus, introitus est, tantae altitudinis, ut subitus statibus nullus unquam cerni diceat, & omnis desuper clamantium uox euaniida sit, nec quicquam eo modo ab his illis uel significari queat. Stipulas accensas & carbones deiciunt, qui superne astant, illis inuicem funem magno nixu crispantibus, aut grandi malleo contignata robora in imo quatitibus, talem impetum pedibus magis, quam auribus horum excipientibus. Hic mutuis signorum modus est. Auenis non raro, qui descendere aut nolunt, aut non audent, putei altitudo indicatur straminis succenso fasciculo, micetq; uisu sequentibus eum qui astant, hoc modo altitudinis parte deprehensa. Nec facile periculum in igne fuerit, uadis semper primarium faucium roboribus. Velisci uno tantum puteo (ita uocare libet) descenditur, Bochniae pluribus: sed uno tamen frequentissime demissis operarijs, ex alijs interim salis micis extractis: & Bochnia quidem profunda, & undiq; de cliui planicie iacet, Velisco, ut dixi, prominente. In huius fodinis amoeniora omnia sunt uisu: nam uix usquam periculosus timidus etiam & insuetis intus gradus est, & in latera abeuntes cuniculi ita paduntur, ut cretus queas incidere. Bochniae in profundum omnia abeunt, altissime subsidentibus fossis, graduq; insuetis praesertim, periculosissimo. Ad puteorum lateribus scale demissae tenuibus ferramentis, funiculisq; roboribus annectuntur, exitibus subitus proceribus nixae, & operariorum frequentia detrita plerumq; à quibus pro fossarum specie abuntibus, crebro fluctendus sit gradus, idq; immani subitus altitudine, qua quidem ab ignaris primis sine metu descenditur lucernis proxima tantum illuminantibus, non etiam profundum aperientibus. Magno uero metu ascenditur, cogitantibus praesertim quantum inanis altitudinis subsit, quamq; pendulo nitantur gradu qui uadunt. Equidem ut de me dicam, non raro terra marique cum timuerim mihi haud leuibus in periculis uersatus, nunquam tamen frequentius praesentiusq; de morte cogitavi, quam cum naturae noscendarum opum cupiditate uictus, in Bochnianum illud barathrum descēdissem: de quo etiamnum ita cogito, ut incolumem me omnia uidisse gaudeam, non amplius quacunque occasione oblata uisurus. Velisci, cum demissi essemus per primum puteum, uario ac perplexo, & uere quosuis Labyrinthos uincente cuniculorum ambitu, in antra non parum spatiosa ducebamur, Cameras appellat Sarmata, è quarum lateribus ingentes micæ ferris cuneis malleisq; caedebantur. Vix autem filem ceperit, quantum omnia salis politissima munditie resplendescant. Ac Velisci quidem, quo magis in latera cuniculos adigunt, eo salis salisorem mundiorcmq; deprehendunt profunditate ferè sterili, aut micis certe ob intermixtam glaream impuris. Rarissime uero (id quod in fodinis metallicis Carinthiae obseruauimus) in his usuuenit, ut lignis columnis, aut fornicibus compaginatis tellus, ne sidat opprimat uel operarios, suspendatur. Solidae sunt perinde effossis salis rupibus cryptae, nec temere unquam inde periculum cuenit, sicut nec uapor usq; noxius, aut fumus pestilens strangulat. Solo casu quotannis sunt, qui pereunt fractis interdum scalis, ac non raro glebis praegrandibus, dum attrahuntur, & rumpitur funis, miserabili clade recidentibus. Porro & primo in descensu periculum est praesens, si funiculi siue restes, quibus insidere solent demittendi disrumpantur. Operarijs merces soluitur, non à tempore, quod in his cauernis nullum est, sed operis modo estimatione facta. Instituta quoque ad eam rem regula, & in salis (mirum) glebis uirium & laboris indicia insunt: hoc modo dispar salarium recipientibus, nec unquam desidia cludentibus qui cadunt. Cumq; nullae sint illic lucis, & tenebrarum uices, sit ut nec uigiliarum, nec somni modus ullus existat, semper laboratur, opera tamen per uices fortuitas distributa: ut primi graues micæ forma quadrata, sed oblongiori excidant: mox sint qui demolientes, per multiplices eas cuniculos sub introitum primi putei trahant, ut tandem in lucem attollantur: quibus ab opere uacantibus, postremi

Veliscum.

Bancas salis.

Puteorum altitudo.

Bochnia.

Scale.

Salinae Veliscenses.

Merces pro labore.

Operum uices.

- succedūt, qui tenui mercede puluerem salis conuerrunt, & fragmenta legunt, in ueteres & exhaustas ea fossas conijcētes, aut in factitij salis usus extrahentes humeris portantes, & certatim sub ipsa puteorum trahentes. ora, ut attracta demum edantur. Ad hanc autem operam, & iuentus conducitur, cum illa non nisi à robustissimis perficiatur. Fontales uenis Veliscenses fodinæ passim habent: cæterum modice scatuentes, quas canalibus è cryptarū ambagibus cōmodum in puteum corruatas mox dolijs attollūt, coquuntq; harenosi salis micis fragmentis. Velisci enī & Bochniæ nō tam fossitici salis, quàm factitij copia est. Ille solidus è rupibus cæsus paulo est amarior recens, mox cū aëre superno inuaditur, extractus dulcescit, fitq; optimus. Hic paulo salstior aqua, ut dixi, & fragmentis extractis coquitur, grandi subiecto igne, uelut in Germaniæ Galliæq; locis pluribus. Bochniæ ni micas statim ut editæ sunt, probant puræ sint nec ne, glareæ siue argillæ uenis interturbatas confestim in frustra, ut coquātur, findentes. Puriores integras uendunt, non pondere, sed magnitudine tantū aestimata. Mirum autē adeo facile frangi salem, cum nostro ab aëre humescere cœperit: rursum, dū in cauernis est, leuiorem & duriusculum esse, extractum ingrauescere maxime. Albertus noster ex terreo combusto, crassoq; & aqueo cōmixto, ac terræ frigiditate congelato, salē natura calidum, & siccum constare autumat: porosum uero esse, & hinc rimis subtilibus: unde coniectura sit minime audax, leuē esse salem, dum sicco in aëre trahitur, mox nostro qui humidior est per hiantes poros hausto, grauiorē fieri, ac facile frangi posse: quoniam laxior molliorq; factus sit.
Dahas. Dubium an ijdem Sachæ Ptol. nominetur, & Marcel. Sacæ, Scytharum intra Imaum ultimi lib. 23. Curtius lib. 6. Sagas nominat. Meminit Daharum. 17. cap. lib. 6. Plin. **Tigres**. Idem 18. cap. 8. libri, Tigrin, inquit, Hyrcani & Indi ferunt animal uelocitatis tremendæ, & maxime cognitæ, dum capitur, totus eius scetus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur, equoq; maxime pernici, & qui in recentem subinde transfertur. At ubi uacuum cubile reperit foeta (maribus enim cura non est sobolis) fertur præceps odore uestigans, raptor appropinquante fremitu abijcit unū ex catulis, tollit illa morsu

Oaxes.

Daha.

Tigres.

& pondere etiam deyor facta remeat, iterum consequitur, & subinde donec in nauem regresso irrita feritas se-
 uit in litore, hæc Pli. At Pōp. nō litore, sed frequentia colonorū redhiberi Tigridis seuiciā scribit. Meminit eius
Claudianus. ingenij pereleganter lib. 12. Sil. Claud. uersus ex lib. 3. de Proserpina raptu adscribere libuit: Arduus Hyrcana
 quatitur sic matre Nyphates, Cuius Achemeio regi ludibria, natos Auexit tremebūdus eques, frēmit illa marito
 Mobilior Zephyro, totāq; uirētibus irā Dissit maculis, nūmūq; haustura profundo Ore uirū, uitrea tardatur
 imagine formæ. Hæc ille: q; uitrea for-
 ma planicim nitescētis Caspij signa-
 te ad Plinianam sentētiam dixit: aut
 reuera, quemadmodum ex Ambrosij
 traditione inibi Ianus Parrhasius in-
 terpretatur, orbem uitreum à ucnato
 re, ut bestia cursum moretur proie-
 ctum: de quo. 6. Hexaëmeron Ambro-
 sium lege. a Quid nam esset.
 Dubitatum enim fuit, terrā ne ulterio-
 ra, an Oceanus occuparet: sed à Phy-
 sicis deprehensum tandem, terrā clau-
 di Oceano: est enim aquæ elementum
 natura altius ampliusq; quàm terra,
 ut. 2. lib. de generatione & corrupti-
 one Aristoteles tradit, & Aristoteli-
 ci cōfirmam: quia uero animantibus
 quæ spirant, ut ante retuli, suæ uitæ
 accommodata superficies relicta est, pa-
 riumque eminet tellus, necesse est eam
 oris terminari in undas, quarum im-
 periū certis limitibus dominatrix res-
 rum natura cohibuit: quanquam non
 tota aquarum desinente scuitia, sæpe
 qui iuxta siti sunt obrutis, & indul-
 get natura priuatim, quod aliàs prohibuerat. Sed Pli. citemus, cuius hæc sunt. 68. cap. 2. lib. uerba: Est igitur in
 toto suo globo tellus medio ambitu procincta, circumfluo mari: nec argumentis hoc inuestigandum, sed iam ex-
 perimentis cognitū. Idē sequēti capite ostendit regū cura, septentrionis orā magna parte nauigatā: nec uerisi-
 mile esse illic maria deficere, ubi tanta humoris uis superet. Ad id astruendum, recentissimorū authorum, qui ue-
 ro idonei sunt testimonio, Pomp. utitur, quē Plin. idem tradēdo secutus est. b Homerūq;. Cuius tanta est
 authoritas, ut citari semper possit, cum certam fidem exposcimus: nam non eloquentiæ solū, sed & philosophiæ
 magnū authorē cum esse Quintil. testimonio scimus. Ob ambitum autē, undarū parētem Homerus, Virgiliūq;
 dixerunt. Vnde & illud: ἐξ οὐπὲρ πάντες ποταμοί, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσα κρήνη, & φρεῖατα
 μακρὰ ὑάουσι. Ex quo omnes fluij, necnō maria omnia circum, Atq; omnes manam fontes puteiq; profundi.
Difficultas nauigandi mare
Arctoum. Difficultas autem nauigandi, sicut. 8. capite de natura locorum Albertus scribit, ex eo est quod intensa est illo-
 rum litorū frigiditas, tempore enī hyemis congelata glacie solidissima sunt, æstatis autē tempore uerisimile est
 glaciem fractam passim fluere: alio uero tempore uentus tempestuosus adeo mare agit, ut nauigari nequeat.
 Sol enī nō consumit uapores, sed magis cleuat. præbetq; alimenta uentis. Eā ob rem doctē admodū lib. 3. hexaë-
 meron Diuus Ambrosius, Aquilonis Oceanum in usum nauigantibus atq; intentatū mare uocat, quod in abdita
 sese atq; ipsis etiā fabulis inaccessa loca recipit De glaciali Oceano libro. 1. diximus. Meminit & in Germaniæ
 descriptione Tacitus, nec indigna lectu habet lib. rerum Danicarū. 1. Saxo Grammaticus, historicus haud quāq;
 temnendus. Tradit Pli. lib. 6. Scythiū mare, cuius & Caspium pars est, haustu dulce esse, nimirum insipientium
 amnium magnitudine uictō sale &c. Quod de Caspio uerisimile est, at de magno illo Oceano non adeo: hæc ra-
 tio magis locum habet, quod cum causa salsetudinis in mari sit adustum quoddam terrestre undis admixtum, quan-
 do ab eius summo uapores dulces ut solis cleuantur, ut secundo Meteororum Aristoteles tradit. In septentrio-
 nali Oceano minor erit salsetudo, cum illic debilior sit resolutio, & partium dulcium consumptio. Nō est ergo du-
 bium, meridiana æquora acerbiora salioraq; esse, quàm illa sint quæ in Arcton uergūt. c Assiduo gelu.
 Tradunt

Tradit naturæ studiosi authores marinas aquas lente gelu infestari, propter uapores calidos, qui ut alicubi tradit Albertus, ad huius superficiem frequentes fumant. Cæterum Septentrionis maria, quoniã iam dicta causa minus salsa sunt, et hybernis magis obnoxia frigoribus iacēt, facile brumæ tēpore circum litora glacie rigescere constat, ijsq; in locis maxime, quibus remotius abeuntes sinus coactior claudit margo, aut amnes iuxta illabuntur suauibus undis cum salsis mixtis: accolæ ea de re Amalchiū uocant, id est cōgelatum, sicut ex Hecateo Plin.

HISPANIAE ET SEPTENTRIONIS INSVLAE.

His oris, quas angulo Bæthicæ hucusq; perstrinximus, multæ ignobiles insulæ, & sine nominibus etiam adiacent: sed earum quas præterire non libeat, b Gades fretum attingit, eaq; à cōtinenti angusto spacio, & ueluti flumie abscissa, qua terris propior est, penè rectam ripam agit: qua Oceanū spectat, duobus promontoriis euecta in altum, mediū litus abducit: & fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam, in altero templū d Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, uetustate, opibus illustre. Tyrii condidere: cur sanctum sit, ossa eius ibi sita efficiunt: annorum quis manet numerus, ab

scribit. Mæotis autem tota, & circa Bosphorum Cimmericum Pontus longe lateq; gelu duratur: nec id rationibus solū, & ipsa Pomp. autoritate, qui ita lib. 1. sine tradit cōfirmatum, sed cognitū etiã, ut dixi, experientia, Sarmatiæ mercatoribus, quos sæpe sicut per hac re sciscitatus sum, nō aliud referentibus, ut uere scripsisse Herodotus existimē: sunt enī minus falsæ Septentrionis undæ propter debilem radiorum Solis in ipsis reflexionem: ut sit consequens cōgelari eas posse, in tanto præsertim frigore, quo id cœli brumæ diebus seuit. Quanquam Gel. s. cap. lib. 17. Tauri nixus autoritate, Cimmericum mare, earumq; partium omne qd' Scythicū dicitur, gelu stringi, & cōsistere negat, mare omne in-

Gellius.

cōgelabile existimās: quã sententiã ex Gell. mutuatus Macrobius lib. Satur. 7. discretè Disario latius prodidit.

HISPANIAE ET SEPTENTRIONIS INSVLAE.

His oris. Hactenus de ora in septentriones exposita, nunc more suo ad Gaditanum fretum reuertus, insulas potiores, ut passim descriptæ oræ obiacēt, enumerat. b Gades. Præclara insula lōgitudinis .12. mil. passuum. Lata triū mil. ut est Polybio Plin. in fine quarti tradit. c Veluti flumine. Minus enim pedibus .700. à continente abest proximo spatio, Plin. Cæterū Gadir dicta, quod Gadira Punica lingua sepem uel septem significat. Hermol. nō Gadira, sed Gadiruta legit apud Plin. Gadir igitur quasi τῆς δειξῆς, hoc est terræ ceruix uocatur, quod in longū expansa est, aut reuera, quod aggeribus contra maris affluxum emineat. Plin. lib. 4. duarum uidetur meminisse exiguo intervallo distantium, quarum maior Erythrea dicta sit, ob Tyrios, quorū origo ad Erythreum mare relata est, tū & Cotinusa ab Olcastri copia, qui Græcis κότινος dicitur, à Pœnis autem, ut dixi, Gadiruta: Romani etiam Tarteron uocarunt, quæ Geryoni, cuius armenta Hercules abduxerit, sedes credita: quanquam hic Mela & in Periegesi Dionysius omnino aliam ab hac Erythiam fecerunt, quam Geryon tenuerit. d Aegyptij Herculis. Ita scribit tanquam idem Tyrius Hercules fuerit qui Aegyptius: quod non esse, lib. de natura Deorū. 1. & lib. 2. de Alexandri gestis Arrianus docet. Nam Aegyptius è Nilo natus Phrygiæ literas conscripsisse traditur: Iouis autem & Asteriæ sororis Latonæ filium Tyrium fuisse, uetustissimum, & à Tyrijs cultum, antequam Cadmus è Phœnicia profectus Thebas occupauerit. Cui uero alij illi Gades nauigātes templū statuissent? Quapropter, inquit Arrianus, Herculem illum, qui apud Tartessus in Hispania colitur, à quo columnæ nomen sumpserunt, Tyrium arbitror: eo quod Tartessus à Tyrijs condita est. Geryonem uero, aduersus quem Hercules Argiuius ab Euristheo missus, ut boues eius abstractas Mycenæ duceret, Hecateus historicus tradit nihil ad Iberiã pertinere, neque ad insulam ullam Erythiam in Oceano sitam missum fuisse Herculem, sed Geryonis regnum in cōtinenti fuisse circa Ambraciam, & Amphilocos, indeq; Herculem boues abegisse &c. Lege apud Arrianum reliqua. Ego nō minus cōsensu, quod & in Græcia & Hispania Geryon regnauerit, natam esse fabulam crediderim: quã quã ut rem gestam Iustinus lib. ultimo refert, & Arrianus negat Geryonem ullum in Hispania cognitum. Sed uidetur ille quondam mortalitatis fuisse consensus, ut (quemadmodum Tacitus scribit) insignia omnia & magnifica in Hercule Argiuium referrentur. Philostratus lib. de Apollonij uita. 5. scribit in illo templo duos Hercules cultos esse, Aegyptium & Thebanum, nullo prorsus simulacro, cæterum Aegyptio duas aras æneas, Thebano unam

Gades.

Hercules multi

Hercules ad Gades nunq̄ uenit.

tantum erecta. Iuxta quam Hydra Diomedis equi, & in uniuersum duodecim Herculis opera ex lapide sculpta conspicerentur. Templi meminit Strab. lib. 3. Luuius. 1. 3. Decad. & lib. 3. Silius, qui Geryonis lib. 1. meminerat.

Erythia.

a Erythia. De hac Dionys. ut dixi, & Herod. lib. 4. Tum ex Stesichoro & Eratosthene lib. 3. Stra. Fertilitatis meminit, & Iustin. lib. ultimo. **b** Septē minimū. Hoc est, nō infra septem segetes, cum interim etiā plures reddant. Est autem sensus, tantam esse insularū iuxta fertilitatem, ut septies una satio continua fruge messem præbeat: nam ex aristis primum

maturis decidūt grana, quæ secundā messem augent, mox ex illis alia fruges, sicq; deinceps, ut in septimam usque messem nec coli, nec feri agrū sit necesse. **c** Cassiterides. A plumbi stanniq; copia, quod Græcis κασσιτεριδες dicitur: meminerit Strab. Plin. cæteri **d** Sena. De hac, qd' equidem sciam, apud nullū alium legi hæctenus. Cæterū Gallico numine id intelligit, quod generaliter Galli uenerati sūt. Quodcumque id tandem fuerit, nā nisi aut Hesum, aut Theutatē intelliges, quærendū alijs relinquo.

Cassiterides.

Gallicenæ.
Æcennæ fatidicæ.

Gallicenas autem dictas credo, quod & Gallicæ mulieres fuerint, & cecinerint, hoc est uaticinatæ sūt: Quod eius gentis, quemadmodum & Germanorum scemellis, peculiare fuit. Nā & Velledam quādam Germanorum numinis loco habitā, temporibus Diui Vespasiani uidisse se Tacitus scribit, & ante Auriniam, & plerasque alias sine adulatione uenerati sūt. Præterea, ut in Numeriō scripsit Vo piscus, apud Gallos mulieres fiere præfage, quas ipsi Driudas dixerūt, quarū una Diocletiano imperij apicē uaticinata, Diocletiane, dixit, iocari noli, nā imperator eris cum aprū occideris. Id mox cuenit, Apro enim præfecto prætorij sua manu intercepto, Augustus appellatus est. Nimirū tales Gallicenæ fuerunt. Cæsar lib. 6. bel. Gall. & lib. 14. Tacit. Mone insulæ præ cæteris meminere, quā tenuisse Driudas cōstat illas, seuis per lucos superstitiōibus cruore captiuo adolere aras, & hoīm fibris cōsulere deos suetas. **e** Sanare. Cātu uidelicet, aut uerborū ui magica, quale uatū medicorūq; genus in Gallijs fuisse li. 30. scribit Plin. tāta eius artis superstitione etiā in insulis, ut Persis ipse dedisse uideri potuerint. Durāt hodie quoq; eius uanitatē reliquæ: nā sūt qui credāt interire uermes certis adflatos precibus, uerbisq; nec sensus planè, nec decoris capacibus: quorū uanitatē exēplis aliquot in li. quæ de uermib. scripsit Hierony. Sauonarola clarissimus medicus reddidit. **f** Dedita. Nemini futura explicāt, nisi q' ad nauiget, mō nō alia gratia, q' futura capiēdi illuc uenerit. **g** Principū. Claud. intelligit, ut in Catechesi docui, quāq' nō nisi cōiectura ductus, q' uero mihi uisā est proxia. **h** Ignotarū. Ingressus emī cā Dictator magis, q' uicisse uidebatur. At Claud. ulterius profectus Orchades iperio adicit authore Euseb. Quāq' ne ipse quidē totā insulā ceperit, dubiū an fortissimis uiris resistētibus, an qd' Appian. in historiā suarū prologo autumat.

Britannia.

quod magna parte nec utilis admodū, neq; ferax sit, ideoq; à P. R. contempta. **i** Inter septem. Plin. 16. capite. 4. libri. Ex aduerso, inquit, huius situs Britannia insula clara Græcis nostrisq; monumentis, inter septentrionem & occidentem iacet Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ multo maximis Europæ partibus magno interuallo aduersa: Albion ipsi nomen fuit, cum Britanniæ uocarentur uniuersæ &c. De situ quoque lib. 1. Strabo, de alijs quarto libro. Meminit & Cæsar Comenta. quinto, & in Agricole uita Tacitus. Pleraq; Appianus in Celtico,

lliaca tempestate principia sunt, opes tempus aluit. In Lusitania "Erythia, quam Geryone habitatam accepimus, aliāq; sine certis nominibus adeo agri fertiles, ut cum semel fata frumenta sint, subinde recidiuis seminibus segetem nouantibus, septem minimum, interim plures etiam messes ferat. In Celticis aliquot sunt, quas (quia plumbo abundant) uno omnes nomine "Cassiterides appellat. "Sena in Britanico mari Osmicis aduersa litoribus Gallicis numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua uirginitate sanctæ numero nouem esse traduntur. Gallicenas uocant, putantq; ingeniis singularibus præditas, maria ac uetos concitare carminibus, seq; in quæ uelint animalia uertere, sanare quæ apud alios insanabilia sunt, scire uentura & prædicare, sed non nisi f' dedita nauigantibus, & in id tantum, ut se consulere, profectis. Britannia qualis sit, qualisque progeneret, mox certiora & magis explorata dicetur. Quippe tā diu clausam aperit ecce principum maximus: nec indomitarum modo ante se, uerum h' ignotarum quoq; gentium uictor, qui propriarum rerū fidem ut bello affectauit, ita triumpho declaraturus portat. Cæterum ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemq; profecta grandi

et diligenter multa Solinus, ut Diodor. et Bedam mittam. Inter septentrionem autem et occasum sitam dicit, quod parte in Arctos, parte in Hispaniam et latus occidentum inclinatur, idque in respectu orae septentrionalis. **a** Angulo. Prominentium litorum, non recedentium. Vide tabulam Europae apud Ptolemaeum primam. **b** Retro. Hinc in Borcam, illinc in occasum. **c** Margine. Orae exterioris et in Orchades uersa, ideo dixit ab tergore abducta. **d** Triquetra. Caesar quoque, natura, inquit, triquetra, cuius latus inum contra Gal-

angulo Rheni ostia prospicit, deinde obliqua **b** retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans: tum rursus perpetuo **c** margine directi litoris ab tergore abducta, iterum se in diuersos angulos cuneat **d** triquetra, et Siciliae maxime similis, plana, ingens, foecunda, uerum iis quae pecora quam homines benignius alant. Fert **c** nemora, saltus, ac praegrada flumina alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, et quaedam gemas margaritasque generat. Fert **f** populos regesque populorum, sed sunt

huius alter angulus, qui est ad Cantium, ad orientem Solem spectat, alter ad Hispaniam uergit et occidentem: qua ex parte Hybernia dimidio minor, ut aestimant, quam Britannia. **c** Reuera autem triquetram non esse constat, nec mirum si certi nihil uel Caesar, uel qui prope eum secuti sunt, tradiderunt: cum uel Plinij temporibus non ultra uicinitatem Calydoniae syluae Romani suam in eadem ditione propagarint, ut ipse. 16. cap. lib. 4. scribit. Pars in Calydoniam uergens, Scotiae regnum hodie sustinet, reliqua An-

gliae sunt: utrinque nationes ualidissimae, uerum paulo saeuiores Scoti, ut audio, sed potentissimi Angli, aurique maxime: et alioqui in Scotos, quanquam suo praecelatos regno, imperiosi, et fere semper uictores, Rege Scotorum non multo antequam haec scriberem, cum multis insignibus uiris magna clade caeso. Sunt qui Scottos gemino t scribant, quorum de numero et Hermolaus est: a quibus certe nec uernaculae uocis ratio dissentit. **e** Nemo- ra. Inter quae sylua, quae Calydonia cognominatur: meminimus eius libro primo. Claudianus Calydonias pruinis pro Arctoo frigore posuit, in quarto Honorij consulatu: ille Calydonijs posuit qui castra pruinis. Ammianus maxime est celebris Tamesis, qui Londinum praeterfluit. De gemmis autem Britannicis praeter Plinium Solinus, et in fine. 23. lib. Ammianus. **f** Populos. Scotos et Anglos suis potentes regibus. Anglorum erat, dum haec

scribebam, Henricus octauus, et forma praestans, et moribus, animoque ad res praecelatas haud quaquam deside- E Germania in hanc insulam, qui habitarent, profectos lingua indicat, nam a Germana etiamnum non multum abest. E Sarmatia gentem quoque quam ipsi Pictos uocant, et ex Germania Saxones illuc perrexisse suis annalibus constat: ideo ipsa Britannia apud Claudianum in secunda ad Stiliconem Panegyri uerba faciens, sic ait: Ne bella timerem Scotica, ne Pictum tremere, ne litore toto prospicerem dubijs uenturum Saxona uentis. Quamquam Caesar libro belli Gallici quinto, Britanniae, inquit, pars interior ab his incolitur, quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt: Maritima pars ab his qui praeda et belli inferendi causa ex Belgico transferant, qui omnes his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt, et bello illato ibi permanserunt, atque agros colere ceperunt. **c** Nutrit hodie ingenia, ut semper nutrit, suntque qui Graeca Latinaque iuxta percalleant. Insignis olim Beda Presbytero, uiro in sacris literis, quod eius relicta opera testantur, aliquando maximo, deque pietate optime merito. Nec erat quod capere non potuisset, Ioannis Duns Scoti ingenium, si tempora, quae tum suis literarum in primis ornamenta denegabant, permisissent: nunc in scholastico illo nescio curioso ne magis an utili disceptandi de rebus sacris genere, nihil eo subtilius, nihil absolutius est. In uniuersum autem e Britannia profecti sancti uiri, qui illustrium passim locorum authores, tanquam colonias quasdam reipub. Christianae deduxerunt. In horum numero Gallus est eremita, Benedictinae factionis monachus, et a Colum-

bano sacris initiatus, uir non perinde doctrinae nomine, ac uita sanctitate insignis olim, sed Apostolicae tamen paupertatis obseruatione pertinente uenerabilis. Proinde et piscationi deditus, ut ocium quoque horum exemplo destinaret. Ferunt mollissimo in gremio fortunae educatum, repente parentibus derelictis, Euangelij sese per a baculo instruxisse, ut noxijs illecebris subtractum animum suauis CHRISTI iugo subderet. Tanta semper abstinentia, ut ab ambitione, diuitijs, luxu, dominatu, Christiano homini perinde atque animi toxico, et religionis ueneno, cauendum esse dicere fuerit solitus, re ipsa se hoc sentire testatus, quando ne honesta quidem et religionis causam agentia munia, quae tantillum honoris aut dignitatis secum traherent, obire uoluerit. Porro multis annis Euangelio frequentibus in contionibus patrocinarum, cum mirifice eo labore proficisset, dubium solitudinis amore, et quietis studio, an aduersariorum, quos immanissimos semper Euangelij candor expertus est, molestia, procul a dulci patria pluestria ingressum loca, et altissimo in silentio nemorum, intraque immania ferarum

Britanni.

Scoti.

Henricus Anglorum Rex.

Claudianus.

Beda.

Ioannes Scotus

Sanctus Gallus

Gallus diuitiarum et dominus osor.

- latibula spontanea paupertatis delitijs fretū, reliquum uitae transegiſſe, Vualafrius monachus in eius uita tra-
- Ciuitas apud diuum Gallum** didit. Hic eſt Gallus, cui patriae noſtrae ad diuum Gallum cognominatae originem debemus, obſcuris, ut ſit, initijs, in illud fama decus & nomen, quo hodie celebratur, prouecta: ut ubi ſeculis retro ſere nouem, pauperis eremite laceram cellulam uix indagaſſes, frequens hodie & mirifice exulta ciuitas, quaeq; ciuitatum Imperij ſocia eſſe uirtute meruerit, promineat: ſylueſtri iam olim, & plane horrido loci Genio, memorabili ciuium & humanitate & prudentia ita exulto, ut p
- Cœnobium ſancti Galli diues.** recenti rerum facie uix fidem retineat uetus hiſtoria. Durat adhuc intra oppidi pomeria, Cœnobium fratrum, ſiue mauiſ, dominorum ſancti Benedi-cti, cum Aſylia ueteri, cumq; Bibliotheca ueterū ſtudioſū indice, alijsq; priſtinae ſanctimoniae non obſcuris monumentis: niſi quantum recentū ædificiorum magnificentia uisendis mediae ætatis reliquijs obſuit. Eo uix aliud hodie per Germaniam opulentiſ inueneris: luxuriante templorum ornatu, uariſ ceremoniarum redundantiſ, auro argentoq; clauſis diuorū oſibus nitent omnia. Omnium uero maxime uulnerata Galli et Otuari monumenta: illius quidem, quod rebus ſelicibus prima ieciſſe fundamenta ſancti
- Scoti quōdam Anthropophagi.** Etatis occasione creditur: huius, quod cœptam non ita pridem potentia, cœmptis paſſim agris populisq; principumq; ambitio ſauiore, ad opes dominatum etiam adiecerit: utroq; celebri ſanctiſtatis fama indigetato. Porro hodie cohortibus, decimis, cenſibus, dominatu ingenti, pagis, arcibus, oppidis, poteſt, & negant tamen ueteribus diuitijs præſentem rerum faciem reſpondere, adeo ſplendidiora olim extitere τὰ ἀρχαῖα μνημεία: Abbate aliquot retro ſeculis ob ampliffimas illas rerum opes inter Imperij Antiſtites numerato: quo titulo ne hodie quidem ad opes & dominatum reſpiciens, in ſignum dixeris. **a** Inculti. Nam eſt Scotorum numero ſeri & ſylueſtres adhuc pleriq; appellantur. Et Hieronymus libro contra Iouinianum ſecundo, Quid, inquit, loquar de cæteris nationibus? cum ipſe aduſcentulus in Gallia uiderim Scotos gentem Britannicam humanis ueſci carni- bus: & cum per ſyluas porcorum greges, & armentorum pecudumq; reperiant, paſtorum nates, & ſaminariū papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari. Hæc ille. Cui diuus Chryſoſtomus in ſermonibus Pentecoſtes, ſtudia pictatiſ commendans, ita ſubſcribit: Ante hoc autem quotiens in Britannia humanis ueſcebantur carnibus? Nunc ieiunijs reſciant animam. Lingua omnibus ſibila, ideo libro. 4. Strab. Britannos balbutientes uocat, quos ipſe Romæ uiderit. **b** Aliarum opum. Hodie opulentiſſimi, & mercimonijs uel maxime dediti, celebresq; nobili panno, ob lanæ copiam. **c** Infecti. Solinus, regionem, inquit, tenent Barbari, quibus per artiſices plagarum figuras, iam inde à pueris uariæ animalium effigies incorporantur, inſcriptisq; uſcribitur, hominiſ incremento pigmenti nota creſcunt: nec quicquam magnæ patientiæ loco nationes ſeræ ducunt, quàm ut per memores cicatrices plurimum ſucci artus bibant. & c. Hodie armorum nitela magis ſtudent.
- Glaſtum.** Herba eſt plantagini ſimilis, in Gallia Glaſtum uocatum: quo aliquando Britanni omnes infecti, propterea quod (ut inquit Caſar) cæruleum efficiat colorem, ut ea ratione horridiores hoſti ſeſe ingererent in prælijs. Propterea Martialis cæruleos Britannos indubie dixit, ut: Claudia cæruleis cum ſit Rufina Britannis Edita. & c.
- Couinus.** **d** Imperitandi cupidine. Eadem inter Scotos & Anglos durat. **e** Couinos. Vehiculi notum genus Couinus eſt, non Britanniſ ſolum, ſed Belgis etiam & Germanis. Lucanus libro primo: Et docilis rector monſtrati Belga couini. A couino couinariū Tacitus in ſoceri uita dixit, pro eo qui couinum regit. **f** Falcatis. Falcatae quadrigæ in hunc modum armatae erant. Cuſpides circa temonem ab iugo decem cubitos extantes, uelut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur, tranſfigerent: & in extremis iugis binæ circa eminebant falces, altera æquata iugo, altera inferior in terram deuexa: illa, ut quicquid à latere obijceretur, abſcinderet: hæc, ut prolapſos ſubeuntesq; contingeret. Item ab axibus rotarum utriusq; binæ eodem modo diuerſe deligabantur falces. Liuius eſt author. 7. lib. belli Macedonici. **g** Iuerna. Ita quoq; Iuuenali dicitur, ut Satyræ ſecunda: Arma

secūda: Arma quid ultra Littora Iuvernæ promouimus, & modo captas Orchadas, ac minima contentos nocte Britannos? Cesar libro. 5. Hyberniam uocat, dimidio quàm Britannia minorem, Græci ἰουέσσορ Hermolao teste, quanquam & Strabo ἰεγυρίπ dixit. Claud. in. 4. Honorij Aug. consulatu: Maducrūt Saxone fiso Orchades, incaluit Pictorum sanguine Thule, Scotorum cumulos sicut glacialis Iernæ. Ita Hermolauis legit, nam aliàs codices frequenter habent Hybernæ: ut in secūda Stilliconis Panegyri quoq; Hyberniam uocat, nisi uitiatus codex

diutius pasta^a dissiliant. Cultores eius^b inconditi sunt, & omnium uirtutum ignari, magis quàm aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari, c^c pietatis admodū expertes. Triginta sunt^d Orchades angustis inter se diductæ spacis, Septem^e Hemodes contra Germaniam proiectæ in illo sinu, quem Codanum diximus. Ex iis^f Codanonia, quam adhuc Theutoni tenent, ut magnitudine aliàs, ita fœcunditate antestatur. Quæ Sarmatis aduersa sunt, ob alternos accessus re

est: Totam cum Scotus Hybernā mouit. & c. Hodie Hybernia retinet nomen. a Dissiliant. Solinus. Aliàs, inquit, ita pabulosa, ut pecora, nisi interdum æstate à pastibus arceantur, ad periculum agat satietas. b Inconditi. Strab. ait in Hybernia aliquando Antropophagos & ingentes manducos fuisse. Solinus certe inhumanos & uictu asperos uocauit. c Pietatis. Idco Solinus. Fas, inquit, & nefas eodem loco ducunt. Quod non fieret, si pij essent. Longe

hodie alij mores: & ut Vualafrius scribit, ubi olim peccatum abundauit, iam super abundat gratia: nam Christiani sunt, clari Patricio sanctissimo uiro, à quo Christiani facti. Durat sui nominis antrum, quod ingresses fabulantur ad manes uenire, nec ridere ultra cum redierint, magna uanitate. Antistitem habent hodie Mauricium Hybernicum, sacrarum literarum doctissimum, & de me etiam, quum Paduæ Aristotelicam Philosophiam profiteretur, quam humanissime meritum. d Orchades. Notissima ex Ptolemæo, Strabone, Plinio, inter eas Domina est maxima: parent hodie regi Scotorum. Fama est, apud Orchades arborem esse maritimam, quæ supra annuum ripam enata, fructum ferat non nihil anatis similem, cumq; cum maturuerit decidere: qui si in undas cadat, mox animatum enare ex undis, & esse uolucrem: putrescit uero quum in terram decidit. Meminit & Syliuius Acneas in Scotiæ descriptione. Dubium autem an ita fiat, quanquam nemo id temere exprobat, qui potentis naturæ uim, & maiestatem animo amplectitur. Multa alibi paris miraculi à Græcis Latinisq; tradita sunt. Id in dubium est, esse in sinu Codano uolucres aquatiles, quæ ad maritimas arbusculas conuolare solent, & inibi coire multa Venere, nec ouum parere, sed statim postquam concubitu est mixtum sperma in undas egerere: id aquis cogentibus, mira quadam uim in corpusculum efformatur & fingitur: fitq; ut ubi sinus & litorum sunt recessus paulo quietiores, ibi enare & plumescere uideantur, inq; suum genus cum forma, tum ingenio abire. Fabularis, dicit aliquis, Vadiane. Nunquam ipse credidisset, nisi uerenda me maximorum testium fides adegisset: in quoru numero potissimi sunt Eberhardus Ferberus Dantiscus eques auratus, & Georgius de Basen uir imaginibus clarus: ille summus tum Dantiscorum magistratus, hic Palatinus Marienburgensis in Prussia: uterq; ad mare natus, atq; ut sic dicam, septentrionalis oceani alumnus. Hi anno ab hinc tertio, quum inuictissimus Poloniæ rex Sigismundus cum fratre Vladislao Vngariæ rege, ad Maximilianum Cæsarem officij gratia Viennam uenisset, me, Ioanne Dantisco Vate laurigeri curante, non semel elegantissimis conuiujs pro singulari sua humanitate suscipientes, illa serio retulerunt, suntq; magnis indicijs fidem suam testati. Nec uero est quicquam quod magis nollem, quàm uiris tanta dignitate, prudentia, & doctrina præditis fidem non adhibere. Porro sicut multa fieri non posse iudicantur, ut libro septimo Plinius ait, antequam sint facta: ita quoq; multa paulo tenuius expertis impossibilia uidentur, quæ in natura uel maxime insignia sunt. e Hemodes. Plinius quoq; septem numerat. Sunt iuxta alio loco Hæbudes insula, quorum Mela non meminit: nisi quis pro eo quod est, septem Hemodes, quinque Hæbudes substituere uelit: quod equidem non fecero, etiam si Hermolauis indicet: nam plerunq; quæ nota insigniaq; sunt, nescio an scribendi celeritate, an industria potius siue breuitatis studio Mela præterijt. f Codanonia. Crediderim eam esse quam Scandiam uocat Ptolemæus. Plinius Scandiam, hodie Selandia dicitur, unde Longobardorum origo ducitur, teste Paulo diacono. Omnium autem est celeberrima, ut merito à sinu Codanonia dicta uideatur. Est & alia contra Liuoniam expansa Gothia, Plinio, ut est coniectura, Eningia dicta, non minor opinione. In hoc litore glesii copia est, quod electrum Græci, Latini succinum uocant. Id eleganter in epistola ad Hieronium arborei metalli lacrymam Apollinaris uocauit: & Ambrosius capite quinto tertij Hexæmeron, uirgulti lacrymam esse tradit, quæ in tantam materiæ soliditatem indurescat. Cuius rei argumentum est, quod foliorum fragmenta, ac non raro formica musca ue intus cerni contigit, liquore musteo obuolutas. A

Patricius.

Antrum Patricij.

Mauricius Hybernicus.

Orchades.

Mira arbor.

Volucres Codani miræ.

Codanonia.

Succinum.

- Gleſo autem & Gleſſariæ inſulæ multæ in eo ſinu. Hodie in Prutenorum litore legitur, haud uno quidem in loco, nec ſimili ubique materiæ præſtantia. Reperitur & abſente mari, ſed rarius, ſuccini leuitatem undis in reſtu-
Succini piſcatu xu uendicantibus. Ita enim uolubile eſt, uel Plinio teſtante, ut pendere uideatur, atq; conſidere in uado. Potiſſi-
ra. ma eius & uberrima piſcatio eſt uerius quàm captura, eſt uero tempore, pelago ui uentorū inſurgente, maxime uero Aquilone tumultuante, impetu ſuo pendulum à ſundo liquorem procellis agitantiſ. Legere in uniuer-
 ſum, niſi ad hanc operam conductis,
Succinum quo non licet. Conducti, ubi mare intumui-
modo legitur. it, ad litus decurrentes ſeſe nudant, alioque tenuis ingreſſi ut quæq; pro-
 cellarum altiſſima fuerit, ita attentiſ-
 ſime inſpectant, in procinctu ueluti cum fera pugnatuſi ſtâtes, mox pro-
 pius illi uadeſa obruenti, bifurcatum ad haculum tenſum rete magno niſu ſuffigunt, algamq; ſundo excitatam hauriunt. Inde uerſi illico, & in ſini-
 ſtrum humerum reiecta præda, continuo impetu procellæ impulſu rapi-
 ente, cum reticulo à dorſo pendente litoris oræ, mirando ſane ſpectaculo redduntur. Mox iterum iterumq; pari modo ingreſſi, ceſſantibus demum uentis, aut tenebris laborem auocantibus, ex maris purgamentis & algæ congerie, ſuccinum, quod caſus ingeſ-
Lacteum. ſerit excerpunt, precio ſubinde operæ non admodum reſpondente, ut inde augeri æſtimationē uerifimile ſit. La-
Fuluum. cteo hodie ſuccino ingenti precio taxato, prima authoritas ineſt: Fulus minus premium, & leuior æſtimatione.
Atrum. Calliſtratus Chryſolectrum dixit ab auri colore Plinio. Poſtremi generis tetrum eſt. Sed ex candido gratiſſimi odoris præcipuum eſt, quod uelut rimis tranſlucentibus uariegatur, non raro quæ muſteo adheſerunt incluſa offerens aſpectui. Plinij ætate maximo in honore ſuluum fuit, hodie candidum præfertur, auro etiam à quibuſdã repenſum, præcipuæ ad medendum uirtutis: magno interim argumento, præcia rerum plerunq; pro mortali-
German. um libidine uariari. Sunt uero adhuc apud Prutenos Germanici litoris ueſtigia. Germani uocant locum, ad quæ plurimum ſuccini extrahitur. Porro unde Gleſſum aquæ uehant, & in quæ litora ſtillantibus arboribus deci-
 dat, cum ſuccum arboris eſſe conſtet, incertum eſt, occultante ſeſe hac quoq; parte naturæ munificentia. Certū eſſe & in India naſci Electrum Plinius tradit. a Quis. Quibus: ſenſus eſt, Sarmaticæ inſulas faciem mo-
Oonæ. do continentis habere, modo inſularum, prout mare fluxu reſluxuq; ſuo uariauerit. b Oonas. A uictus ratione genti datum olim nomen, Græcis ὄσποουῖ dicitur. C. Ceſar libro belli Gallici quarto intra Rheni oſtia, & alueos fuiſſe ſcribit è barbaris nationibus, qui piſcibus ouisq; auium uiuere ſint exiſtimati: ſimili ratione Hip-
 popodes dicti, qd̄ equinis ſint pedibus. c Satmalos. Quibus ſimiles in India eſſe libro decimoquinto ſcri-
 bit Strabo. Enotocæti uocantur, quod auribus pro ſtrato quoq; cum dormiunt utantur. Græcis ὠτοπυρ auricula dicitur, ut ὠτοῖς ipſæ aures, κῶτοσ̄ ſomnus: aures enim ad talos uſq; dependentes habent, adeo fortes ut arborē
Bilappen. uellant, & neruum frangant. Crediderim horum tractum memoria ſaltem, ſi non præſentia rerum uernaculo Bi-
 lappenland uocatum, congelato mari, ut uocant, proximum. Plinius capite decimotertio libri quarti: Feruntur & Oonæ, in quibus ouis auium & auenis incole uiuunt: aliæ in quibus equinis pedibus homines naſcantur, Hip-
 popodas appellati: Fanestorum aliæ, in quibus nuda alioqui corpora prægrandes ipſorum aures tota integant. Ita placuit Græcis fabulandi licentiam in remotiſſima quæq; detorquere: longinquitas enim, ut libro undecimo Strabo ſcribit, non facile redargui poteſt. Ceterum per Oonas Plin. non tam homines, ut Mela, quàm inſulas in-
Thule. telligit. d Thule. à Thule rege, cuius aduſq; Oceanum aliquando regnum pertigerit, ſi Suidæ credimus, nomen adepta. De hac obſcura eſt hiftoria propter eius in ultima loca remotionem, ut Strabo ait: qui Pytheam Maſſilienſem multa de ea ſigmenta poſteris reliquiſſe exiſtimat. Plinius decimoſexto capite quarti, Ultima, in-
 quit, omnium, quæ memorantur, Thule, in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicauimus Cancrī ſignum Sole tranſe-
 uinte, nullosq; contra per brumam dies. In eandem ſententiam & Solinus, niſi quod explicatiuſ certiuſq; dixit, brumali ſolſtitio diem illic eſſe nullum. Quod ſi ita ſit, neceſſe eſt eius inſulæ latitudinē ad ſexagintaſeptem gra-
 dus plus minus extendi: eius enim declinationis horizon Solem primum toto ambitu conſpicuum non occultit. At Ptol. ut recentior authoritate, ſic certior latitudinem Thules. 63. graduum eſſe lib. Coſmographiæ ſecundo tradit: quod ſi eſt, nunquā in Thule dies eſt, quo Sol non occidat: quanquam circa ſolſtitium aliquot diebus tene-

bre propè nullæ sint ob uiciniam Solis ad horizōtē: sicut nobis Sole nondū orto, aut statim postquam occidē- rit, diurna serenitas manet, etiam non uiso sole. Et Vienna ubi declinatio. 48. graduum est Sole in Cancro & iuxta sito, serenitas noctibus toto Solis ambitu crassior, quædam aurora latere septentrionis adparet, donec matutinum elucescat. Est in Liuania oppidum Nogardia percelebre, eiusdem propè cū Thule latitudinis: ibi Sole Cancrū transeunte adeo tenebræ dilucidæ sunt, ut tesserarum iactus in aluolo ludentibus facile cernantur: ita

bus. In ea quod Sol^a lōge occasurus exurgit, breues utiq; noctes sunt, sed per hyemem sicut alibi^b obscuræ, ætate lucidæ, qd^c per id tēpusiā se altius euehens quanq̄ ipse nō cernatur, uicino tamē splendore proxima illustrat: per solstitiū uero nullæ, quod tū iam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoq; partem maximā ostentat. ^dTalga in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed uicini populi, quæ gignūtur, attingere nefas, & profacilegio habent, diis parata existimantes: diisq; seruanda. Aliquot & illis oris, quas desertas diximus, æque desertæ adiacent, quas sine propriis nominibus Scythicas uocāt. Ab iis in Eoum recursus inflecti-

Arcticū circulum in amplissimo Oceano sita est, Islandia hodie dicta, & terris congelati maris proxima, quas Engronelant uocant, menses sunt plures sine noctibus: Quod ex sphaera uel pueris demonstras, si ad tantū spatium polum nostrum eleuaueris, quanta horum declinatio est, mox punctum tropici, hoc est initium primi gradus Cancri ad horizōtē circumuolueris: uidere enim est, si id feceris, quanto interuallo Sol circumactus illorū horizontem non attingat, quoq; gradu signi cœperit emergere, & quo gradu rursus se condat. Libet adscribere re Dionysij de Thule locum, ut Pōpōnianæ sententiæ collatus intelligatur. Versus Dionysij Ruso interprete hi sunt: Longa dehinc celeri si quis rate marmora currat, Noctē sub illustri rota Solis fomite flagrat Continue, clarumq; diem nox æmula ducit. Nam sola obliqui torquetur caraine mūdi, Decretosq; super radios uiciniōr axi

Occiduo inclināt, donec iuga rursus anhela Deuexo accipiat cælo Notus &c. ^a Longe occasurus. Longo enim ambitu extat, & cum ad horizontem peruentum est, transuerso eū cursu stringit iusto spatio antequā mergatur. Ideo Dionys. dixit, uiciniōr axi occiduo inclināt: id est in occasum longe prospiciens radios Solis longo ambitu sustinet, donec merisum exiguo interuallo, ab ortu meridiem uersus tendentem rursus aspiciat. Sol enī illis ortus in meridiem abire secūdum latus uidetur, propter magnitudinē declinationis. ^b Obscuræ. Breuissima luce interceptæ, contraria ratione. Nam Aeneas Syluius idoneus uero author scribit se cum brumæ tempore in Scotia ageret, animaduertisse diem ipsis nō multum ultra tres horas plena luce durare. ^c Solstitium. Verum solstitium inter ultimum Geminorum & Cancri primum gradum est, in ipso maxime declinatōis ab æquatore eclipticæ puncto: at quia multi gradus circa primum gradum Cancri, propè in ipsum solstitialem parallelū incidunt, multi dies à die ueri solstitij non multū in quantitate absunt: tunc enī Sol per plurimos gradus minimum latitudinis uariat, sicut à decimo gradu Geminorum ad uigesimum Cancri, imò à Geminis ipsis in Leonem. Ideoq; & Lucanus libro sexto Leonis caput solstitiale dixit: At medios ignes cœli, rābidiq; Leonis Solstitiale caput nemorosus submouet utris. Quanquā ad nonam sphaeram respiciendo, stellæ capitis Leonis etiam Lutani temporibus in bona parte graduum Cancri fuerunt. ^d Talga. Ptolemæo Talca dicitur. Plinius in Caspio maxime uulgatā insulā Tazatā esse scribit. 17. capite sexti libri. Variat igitur nomen, ut in mille alijs, librariorū maxime, ut mihi persuadeo, negligētia: quorum ignorantia per sepe fit, ut dum in exscribendis authoribus tota uerba corrumpere non possunt, literas saltem stultitiæ testes uitent, quibus æuo eunte eam dignitatem codicum parit ex uetustate reuerentia, ut emendare errata amplius nemo queat. Itā Sarmatiæ fluius Visstula, Istula, & Iustillus, & Isula diuersis dictus. ^e In Eoum. s. Pelagus. Nam primo libro in Asiæ descriptione, orientalem Oceanū Eoum uocari dicebat, Plin. Pomponij tantum non uerbis usus. 17. cap. libri sexti sic: A Caspio mari Scythicoq; Oceano in Eoum cursus inflectitur ad Orientem conuersa litorum fronte: inhabitabilis eius prima pars à Scythico promontorio ob niues: proxima inculta seuitia gentium, Androphagi Scythæ in-

Menses plures sine noctibus.

Dionysius.

Solstitium.

Locus Lucani.

Talga.

Scythicum promontorium.

sident humanis corporibus uescētes. Ideoq; iuxta uastæ solitudines, ferarumq; multitudo haud dissimilem hominum immanitatem obsidēs. Iterum deinde Scythæ, iterumq; deserta cum beluis usq; ad iugum incumbens mari, quod uocant Thabin. Hæc Plin. At recentiorū tabularum fide, ipsaq; terræ incognitæ apud Ptol. formula, ora quæ post Scythicum promontorium est, in septentrionem magis quàm ortum longo procursu spectare uidetur, licet nonnihil in ortum reclinat, & est multo alia procurrentis Asiæ forma, gentesq; ultra Seres compertæ maxime, quæ prouincias habitant potētes,

inter quas Tagum, Tholoniā, Chai ram, & Cathay uocant, magna ultra Thabin habitata terræ portione adiecta. ^a Androphagi. Qui uirorum carne uescantur: rectius Anthrophophagi, quod humana carne uescantur, ut Plin. ait. ^b Sagæ.

^{Sagæ.} De Sagis antea, nā generatim id nomen Scythiis cōuenit, quanquam Græci Sacas dicere malūt, ut Hermol. ait.

^c Seres. De his ex Virg. Plin.

^{Seres qui?} Strab. Solino, omnia nota sunt. Marcellini uerba adscribere placuit peruenusta ex libro eius. 23. Agunt, inquit, ipsi quietius Seres armorum semper & præliorum expertes, utiq; hominibus sedatis & placidis est ocium uoluptabile: nulli finitimorū molesti, cœli apud eos iucūda salubrisq; temperies, aëris facies munda, leuiumq; uentorum commodissimus status, & abunde syluæ subluce, à quibus arborum foetus aquarum asperginibus erebris uelut quædam uellera mollientes ex lanugine & liquore nixtam subtilitatem tenerrimam peccunt, nentesq; subregmina conficiunt. Sericum: ad usum antehac nobilium, nunc etiā infimorum sine ulla discretionē proficiens: ipsi præter alios frugalissimi pacatoris uitæ cultores, uitant reliquorum mortaliū coetus. Cumq; ad cōmenda fila, uel quædam alia transeunt flumen aduenæ, nulla sermonum uice propositarū rerū precia solis oculis estimantur, & ita sunt abstinentes apud tradētes genita, nihil ipsi comparant aduentitium. Hæc Ammianus. Cæterum ut pluratim Seres dicitur, ita singulari Ser. Apollinaris: Asyrus gemmas, Ser uellera, thura Sabæus. Hermolaus.



^{Ioannes Camers.}

^{Indiæ termini.}

Optissima. Patrefacta enim est non modo Alexandri Magni armis regumq; qui ei successere, circumuectis etiam in Hyrcanum mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectoq; clasibus eorum Patrocle, uerum & alijs authoribus Græcis, qui cum regibus Indicis morati sunt, sicut Megasthenes, & Dionysius à Philadelpho missus, ut Plin. 17. cap. sexti libri tradit. Prosequitur omnia diligentissime Strabo lib. 15. Dignum est scitu, quod Megasthenes tradidit, nec ab Indis unquam emissam expeditionem, nec in Indiam quæquā aliunde cum exercitu penetrasse, præter Herculem, Liberū, & Alexandrum. Multa in rebus Alexandri Diod. Arrian. Q. Curt. tum & Philostratus nonnulla, nec indiligenter pleraq; Solin. quanquā in illo scriptore propè oīa hæcenus edita mutila corruptaq; sunt. Emendata & in suū redacta ordinem, à Ioanne Camerte Picetino doctissimo uiro, nec minus de bonis literis quàm sacris merito, qui prope diem multi laboris foeturā super Solino studiosis, ut nobis retulit, imperat. Utinā id passim oēs nō tā pro gloria sua, si quid aptius exierit, quàm studiosorū utilitate præstaret. Indiæ spatium ex Stra. & Plin. intra Indū ab occasu, à septentrione Tauri iugis, ab ortu Eoo pelago, à meridie suo, hoc est Indico clauditur: spatiosissima ipsa, & nō gentium tantū, atq; oppidorū propè innumerorū, sed oīm rerū prouentu, ære tātum & plūbo excepto, felix: flumina cum pluriatū maxima, quorū irriguo procursu fit, ut in udo solo proximātis Solis uis nihil nō magna quātitate gignat. Maxime autem si reliquas terras cogitas, orienti supposita uidetur. Ideo in Herc. Oetæo Seneca: Indusq; Phæbo subditus, Cancro Libys. ^c Sexaginta dies.

Plin. complures, inquit, totam ipsius longitudinem. xl. dierum noctiumq; uelifico nauium cursu determinauerunt. Fieri



INDIA. Optissima India nō Eoo tantum appositā pelago, sed & ei quod ad meridiē spectās Indicum diximus, & hinc Tauri iugis, ab occidente inde finita, tantū spacium litoris occupat, quantum per sexaginta dies noctesq; uelificatibus cursus est. Ita

INDIA.

fieri autē potuit, ut transpositis characteribus illic .xl. pro .lx. legatur. a Neuter. De hoc, ubi ad Taprobanem peruentum fuerit, referemus. b Umbra. Certe non aliter quā in alijs oris, cum idē in Arabia interiori, Aethiopia, Libyāq; reliqua, quae intra tropicos est contingat: nisi per alias oras eas intelligas, quae extra parallelū primi gradus Cancrī in nostrū latus uergunt. Admonet uero hic locus, ut de umbrarū diuersitate dicam paucissimis, nam alibi haec discenda sunt. Cū umbram dico, tria intelligo, radiū illuminantem, corpus quod

Umbra.

multū à nostris abducta regiōibus, ut in aliqua parte eius neuter septentrio appareat, aliterq; quā in alijs oris, b umbrā rerū ad meridiē iaceat: ceterū fertilis & uario genere hoīm, aliorumq; animalū scatet.

umbram efficit, & tractū in quē umbra deicitur: de umbra enī à corpore radij transitum intercipiente proiecta hic mētio fit. Ad Solē igitur mūdi oculū, & lucis fontem cum respicimus, uenimus duplicem umbrā rati-

onem. Quaedam enim orientalis, quam corpora reddunt oriente eo, aut occidente, aut cum his horis orientis lateribus uicinus est. Haec communes omnibus sunt, quibus oritur occiditq;. Sed illa diuersitas est, quod qui extra tropicos habitant, eas semper obliquo tractu siue transuerso, à parallelo orientis aut occidentis Solis habent. Exceptis aequinoctij diebus, quibus ex una dioptrae linea ortus occasusq; cernuntur: magno argumento in medio latitudinis terrae, & punctum ad ingentes illos collatae orbes referente. Qui autem intra tropicos sunt siti, eo die quo per Zenith eorum Sol transit, umbram matutinam habent recte in occasum Solis eiusdem parallelo proiecctam, sicut pomeridiana, recta in ortum ad punctum horizontis, super quo Sol oriebatur, extenditur. Umbra autem in meridiano, à quibus Gnomonis & Analemmatorum ratio à Mathematicis desumpta est, commode obseruata, & uel in meridiem, uel in septentrionem his corporibus, quae eas reddunt, uerse multiplici sunt differentia: non scorsum quidem, sed magis horum respectu corporum, quae Sol dum per signa gradatur, uario radiorum illapsu intuetur. De his dedisse canones inuentuti, cuius gratia commentamur, haud quaquam ab instituto nostro fuerit alienum. Primum igitur omnium quorumcumque Zenith extra tropicum Cancrī in septentrionem uergit, illi nisi unam habent meridiani Solis umbram, & eam uersam in septentrionem. Voco autem Zenith capitis, ut est notum, & Lincolnensis in sphaerae cōpendio refert, extremitatem lineae rectae, directae à centro terrae per caput hominis usque ad firmamentum. Umbra autem illa respectu orientalis aut occidentalis, semper est breuior, sicut in meridie breuiores, ut dicitur, & ueritas habet, umbrae esse assolent. Ouidius libro Metamorphoscos .14. Et maris & caeli medio cum plurimus orbe Sol erat, & minimas à uertice fecerat umbras. Idem libro tertio: Fecerat exiguas iam Sol altissimas umbras. Plinius libro .13. In decussando agro ad uentorum obseruationem, initium meridiei ab umbra breuissima stantis hominis accipendum. Ipsa tamen ad sui uariationem collata nusquam breuior est, quā quum Sol in puncto est maxime ab aequatore elongationis: à quo quanto magis in Austrum uersus abierit, tanto meridiana illa nostra & septentrionalis umbra fit protractior, idēq; in certo gnomone, & corpore ad perpendicularum erecto: quod in huiusmodi umbrarum obseruatione fieri debet. Simili modo unam umbram in meridiem uersam hi habent, qui extra tropicum sunt Capricorni: breuissimam quidem cum in ipso Capricorno Sol est, longiorem autē cum magis magisq; usque in Cancrū abierit. Rursus

Umbra. multiplicitate differentia.

Primus de umbris canon.

omnes hi qui Zenith sub tropicorū punctis habent, unum habent umbrae genus: uerū in contraria latera proieciat, pari modo cū his qui utriusq; extra suos tropicos siti sunt. Quod si incidentiam radij perpendicularē inter umbrae species numeramus, ut certe in lib. de ordinibus caelestibus Cleomedes numerat, umbram appellans per καθετος, hoc est perpendicularū, tunc semel in anno utriusq; cum in tropicis Sol circumuoluitur, id umbrae genus habent: sed potius nulla est umbra, ut in Syene fit, de qua Lucani notus est locus. Nec in Syene tantum, sed in toto eius paralleli ambitu, ubiubi tellus extiterit, etiam si homines non habitent: corpus enim rectum quodcumque illic sit, semel in anno cum in meridiem Sol abierit, nullam umbram reddit, aut, si uisus, umbram per καθετος, hoc est normalem, siue quod idem est, perpendicularē. Nam ut Lucanus libro nono ait: Hic quoque nil obstat Phoebo quum cardine summo Stat librata dies, trūcum uix protegit arbor, Tam breuis in mediū radijs compellitur umbra. In quem locum quoniam prouocante memoria incidimus, monendus fidus lector est de uersis oculis statim sequentibus: Deprensus est hunc esse locum &c. Quibus circa terrae tractum uix tropico Cancrī subiectum ex Ptolemaeo, Strabone, ceteris, Aequatorem inducit, tanquam Hamonis Abasis sub aequatore, & nō potius sub tropico sit. Certum autem est, frequentissime Africae partem citra parallelum esse Cancrī: quod ignorasse uatem tantum, uix credideris, utcumque in loco alieno aequatoris eleganter & docte meminit. Miror uero Sulpitium, & Omnibonum uiros doctissimos annuere Lucano potuisse, tanquam apta referenti, cum Hamonis Abasim citra Cancrum esse notius sit, quā ut referri debeat. Non absimilis huic locus est apud Lucret. li-

Secundus canon.

Locus Lucani.

Locus Lucretij.

- differre uidetur Id quod in Aegypto est? qua mundi claudicat axis. Quid uero quod in Ponto est, differre à Gadibus, atque usque ad nigra uirum percocto secla colore? Vbi, nisi fallor, Aegyptum putat in altero trans equatorem latere sitam, qua mundi claudicat, hoc est in latus meridiei uergat axis. Nimirum falso, cum tota sit Aegyptus citra æquinoctiale in nostro hemisphærio sita, Ptolemæo, reliquisq; Nec sunt Antoci nobis Aegyptij, multo autem minus Antipodes, quod doctissimus tamen, et plurimæ lectionis interpres inibi tradit: quod si qui Aegypti uocabulo interiorem Aethiopiã intelligere malunt, uideant illi quanto abusu id committant, cum plerique omnes Aethiopiã ab Aegypto separarint. Ad umbras reuertamur. Quorum Zenith intra tropicos est, his bis in anno, cum in meridiano Sol est, nullæ fiunt umbræ: semel quidem ex accessu Solis è tropico Capricorni ad Cancrî parallelum euntis, et rursum cum hinc in Capricornum egreditur. Hoc enim modo fit, ut quodlibet punctum meridiani dati Sol suo ambitu bis attingat. Rursum uero omnes illi duplicem umbram habent, alteram in Austrum proiectam cum ipsis septentrionalis Sol est: alteram in Aquilonem expansam cum Solem ab Austrino latere habent: hæ umbræ longiores breuioresq; sunt, prout aut prope Zenith fuerit Phoebus, aut ab eo ipso remotior. Præterea umbra meridiana illis longissima est, qui proxime tropicum Capricorni adhabitant, breuissima septentrionalis, sicut septentrionalis his maxime expansa, qui proxime ad Cancrî tropicum adhabitant, et breuissima Austrina umbra. Qui autem sub æquatore sunt, eas habent certo tempore alternatim pares: umbra enim proiecta à corpore recto sub æquatore, dum Sol Cancrû tenet, par est umbræ proiectæ, quam habet quum in Capricorno est. Nisi longiorem Australem ea causa putamus, quod Sol dum in Capricorno uersatur, terræ est propior, et contrapositum augi suæ locum tenet: alioqui in æqua parallelorum solstitialium distantia par ratio fuerit. Gratia autem exempli duplicis umbræ, statuo sub æquatore corpus rectum. Id à tempore uerni æquinoctij, quum in æstiuis signis Sol est, omni meridie umbram in Austrum projicit, tanto longiorem, quanto magis Sol Cancro adproximat, in ipso autem Cancro longissimam habet. Vice uero uersa ab Autumnali æquinoctio per omnia brumæ nostræ signa, Sole ad meridianum ascenso, umbras in septentriones uertit, quas Lucanus tertio libro dextris intellexit, ut eas quæ in Austrum abeunt sinistras, quando inquit: Ignotumq; Arabes, et uos uenistis in orbem, Umbras mirati nemorum non ire sinistras. Bona enim Arabiæ Felicis pars trans tropicum Cancrî in rubrum imminet pelagus: unde qui in Macedoniam Pompeij auspicia contra Cæsarem sunt secuti, in latus nostrum egressi, admiratione capti sunt, causam in promptu non habentes, quod æstiuo tempore illuc quoque ut in Arabia sinistras, id est in Austrum proiectas umbras non haberent. Dubium uero est, quod Solinus ait, umbras quæ nobis dextræ sint, illis esse sinistras: nam et ipsi umbram habent dextram nostræ conformem, id est in septentrionem uergentem, cum Sol in latere ipsis Austrino est. Sinistram uero, quam ipsi habent, nos, qui septentrionis latus, inhabitamus, à meridie habere nullo modo possumus. Quomodo igitur, ut ille putat, eadem umbræ sint? Mirum autem quod Lucani expositores sicco pede cum locum præterierunt. Plinius sexto libro scribit, legatos qui è Taprobana ad Romanos uenerint, maxime miratos fuisse, quod umbras in nostrum cælum cadere animaduertissent, non in suum, solemq; à læua oriri, et in dextro occidere, potius quam è diuerso. Quem lubricum Plinij locum non cuius grammatico intelligere promptum est. Adde ad illa, quod qui intra tropicos propius æquatorem habitant, etiam in ortum prospicientes, modo à dextris oriri Solem uident, modo à sinistris. Præterea citra tropicos sub septentrionibus habitantibus Solem deteriores fieri æstate orientem, quam his qui quouis intra tropicos loco habitant. Dextrum ipsum Lucanus ab ortu mensus est. Sicut Quindius libro secundo Metæ. Ne te dexterior tortum declinet ad Anguem, Neuc sinisterior præsum rota ducat ad Aram. Nam oriens, unde initium motus Solis est et astrorum, dextrorsus septentrionem habet, sinistrorsum meridiem, ut Raphaël scribit Volaterranus. Nam Vitruuius capite sexto, libri de Architectura noni, Sydera Bo realia, quæ citra tropicum sunt Cancrî, orientis dextra uocat, ut illa quæ ultra Capricorni parallelum in meridianas partes à natura distributa sunt, orientis sinistra esse ait. Macrobius quoque libro Satur. primo, ubi de Zodiaci signis sic ait: Et ut ab Ariete incipiam, magna illi concordia est: nam et is per sex menses hybernales sinistro incumbit lateri, ab æquinoctio uerno super dextrum latus, sicut et Sol ab eodè tempore dextrum hemisphærium, reliquo tempore ambit sinistrum: Hæc Macrobius, quibus innuit, meridiana signa in sinistrum, septentrionalia in dextrum uergerè à uetustis fuisse creditum. Quod locus Ouid. dignissimus notatu indicat lib. Metæ. 2. Signa q; sex foribus dextris, totidèq; sinistris. Quo in loco aduertendū, fores cæli obseruatione Astronomica bifariam describi posse, secundum duplicem Solis motum: eo enim quo cum firmamento ab ortu in occasum abit, fores in lateribus orientis et occasus designat: quas Ianus, quæ ueteres Solis temporum authorè intellexerunt, apud Ouid. li. fast. 1. intelligit, quando ait: Præsideo foribus cæli cum mitibus horis, Et redit officio Iuppiter ipse meo. Alio motu, quæ ueluti suum singuli errones, proprium habet, per signa Zodiaci meas, id Austrinum, inter Aquilonis latus oberrat: et eius in cænoctijs fores statuit, quas uersu paulo ante citato Naso intelligit: et uocari fores anni possunt, quæ nobis reuertantur.

in Ariete sunt. Neq; non à Martio ueteres annum orsi, id obseruasse uidentur, quanquã Georg. lib. Maro, Candidus, inquit, auratis aperit cum cornibus annum, Taurus. &c. Seruius tamen nostram sententiam confirmans, aliud esse ait annum aperire, aliud annum incipere. In Tauro enim longiori iam factò die, & calore augete ceptum esse annum intelligimus, qui in Ariete tamen ceperit, nam in Piscibus eum Ouidius finit Meta. lib. 10. Tertius equoreis inclusum Piscibus annum Finierat Titan. &c. Quod autem nobis Boreale latus tenentibus

Alit⁴ formicas nō minores maximis canibus, quas more Gryphorum aurum penitus egestum, cū summa pernicie attingentium custodire commemorat. Immanes & serpentes aliqui, ut Elephantes morsu atque ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alibi, & tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas syluæ ferant: arundinū fissa internodia, ueluti nauitas binos & quædam ternos etiã uehant. Cultorum habitus moresque dissimiles: fimo alii uestiuntur, aut lanis, quas diximus, alii ferarum auiumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obscena uelati, alii humiles paruicq; alii ita pceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam & ibi maximis, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne uesci optimum existimant: quosdã tantū pisces

tus Aegyptius lupus est: hos aut constat alijs esse minores, ut lib. 3. idẽ tradit. Non igitur ad Indicos, sed ad nostrates referamus. Indici enim maximi sunt, ut lib. 16. Diodorus de canibus à Sophyte Alexandro donatis, & 17. Indici canes lib. Strabo testatur. Quanquã Plinius. 3. lib. & Solinus (ut id obiter annotem) de canibus Albanis referit Alexandro donatis, alios forte authores secuti. Albanorū aut sensissim. ds canes esse, ante ex Valerio Flacco docuimus. Philostratus contra plurimum sententiã in India Gryphes locat auri effosores, lib. 3. b Serpentes. Plinius. 3. lib. ex Megasthene, tradit India serpentes in tantã magnitudinẽ adulescere, ut solidos hauriãt ceruos taurosq;. Idem uerbis, ut solet, mutatis Iulius Solinus Plinij simia retulit. c Lanas. Ideo. 10. cap. 12. libri Plinius ait, suas arbores uestire Indos, quibus uerbis lanigeras esse constat. d Arundinum. Plinius. 2. cap. septimi de insignibus in India, Arundines tantã, inquit, proceritatis, ut singula internodia aluco nauigabili ternos interdũ homines ferant. Sũt enim, ut Strabo scribit, erectiores tricenu passuũ longitudine, humiles quinque genũ, tanta crassitudine, ut quibusdã diametros sit ternũ cubitorũ, quibusdã dupla. De arundinibus Indicis libro. 3. Herodotus. Saccarũ edunt quod Zucarũ uulgus nominat, magni in medicinis usus. Id non est aliud quã mel in arundinibus collectũ gummi modo cãdidũ, dentibus fragile, authore Plinio cap. 8. lib. 12. Ideo de Indis libro. 3. Lucanus: Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos. e Cultorũ. De Indorũ moribus multa Strabo, pleraq; omnia Solinus, nec indiligenter hodie Cælius Rhodiginus ex Strabone, cap. 31. libri. 10. multa. f Lino. Lucanus lib. 3. Et qui tingentes croceo medicamine crinem, Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis. g Humiles. De humilibus Strabo ex Megasthene, sed fabulosa existimat. De proceris cap. 2. lib. 7. Plinius qui multos in India quina cubita longitudine excedere constare ait. h Nulla carne. Ex Herodoto. ita & Græci, qui Pythagoram secuti sunt, nam Bracmanum philosophandi genus, ut indicat Strabo, nō adeo à Pythagoricis placitis alienũ est. Adnotauit Porphyrius Platonicus, sapientes Indorũ nominatos fuisse Gymnosophistas: qui quidem si generis successione in studio religionis & sapientiẽ procederent, Bracmanes dicti sunt: qui uero idem electione tantum profiterentur, Samaneos dictos ait: quorũ uitam Bardesanes Babylonius descripsit. Hi tantum future uite tribuerunt, ut ualidi, & quieto in corpore bene habentes, uitam tamen presentem inuiti tulerint, ac non raro nulla urgente causa ultro sibi mortem consciuerint. Alias in India sunt rei pecuariæ dediti, qui cruda carne uescuntur, Herodoto. i Pisces. ut hodie quoq; sunt è nostris, qui à carnibus abstinent, rem magnam uidelicet præstare se putantes: quasi ille maiori uictoriæ corolla indignus sit, qui carnibus

Aries efficit, hoc idem Austrino latere Libra præstat, pari per omnia ratione: nam in Ariete autumnũ habent illi, & in Libra uernũ tempus. Sunt igitur sinistri signorum ambitus fores in Libra, dextri in Ariete. Alie uero Solis portæ.

Solis portæ sunt in ipsis solstitiorum initijs sitæ: quas ambitus Solis ceu metas quasdã esse lib. de somnio Scip. primo Macrobius testatur. Alie igitur sunt cœli fores, quas horas tenere doctus Homerus lib. Iliados. 5. scribit. Alie fores anni, alie Solis portæ. Porro alias dextri & sinistri obseruatio maxime uariat, qd̄ inter recentiores perquã diligenter adnotauit Cælius Rhodiginus lib. 1. cap. 9. meminit & in placitis philosophorũ Plutar.

a Formicas. In eandẽ sententiã Strabo, & lib. 3. Herod. Plin. cap. 31. undecimi, tantas esse eas scribit, quan

Solis portæ.

Formicæ Indicæ.

Indici canes maximi.

b

Arundines Indicæ.

Saccarũ unde

Bracmanes.

Samaneis.

- uescens nec genium defraudans suum, illæsum pudicitia & castitatis candorem seruat. Equidem, nisi fallor, præclariora illi trophæa statuenda puto, qui pugna acriori uictor euaserit. Mela uerba uidetur in sua transfuisse So-
- Indorū feritas.** *linus.* a Parentesq; Herod. 3. lib. Quoties, inquit, ciuium aliquis aliquæ egrotat, uirum quidem sui maxime familiares interimunt, quod dicant illum morbo tabescentem carnes ipsis corrupturum: & licet se neget egrotare, nihilominus isti non ignoscetes necant eum epulanturq;. Idemq; mulieres solent. b Senectus. Quin nec senectuti parci Herod. tradit. At Solinus, Sunt, inquit, qui cū incubuere morbi, procul à cæteris in secreta abeunt, nihil anxie mortem expectantes. Curtius lib. 7. Quis autē segnis etas, aut incommoda ualetudo est, expectatam mortem pro decore uitæ habent. Idem: Vnum agreste & horridū genus est, quod sapientes uocant: apud hos occupare fati diē pulchrū, & uiuos se cremari iubēt. Hinc illud Lucani lib. 3. Quiq; suas struxere pyras, uiuiq; calentes Ascensere rogos. &c. Habent autem suos, ut dixi,
- Bracmanes.** sapientes Indi, quorū potissimū Bracmanes, quos Apollonius in terra esse, & non esse in terra dixit, sicut Philostratus scribit lib. 3. ob perpetuam, ut puto, rerum coelestium contemplationem. Hi mundum dixere creatum corruptibilemq;, & sphericum, quem uniuersum conditor & administrator omnium Deus peruadat. Nostram autem uitam nil esse aliud, quàm uiuidum quendam hominis conceptum, mortem uero natiuitatem ad ueram illam
- Germanæ.** & felicem uitam, his qui recte philosophati sunt, authore Strabone. Germanæ alij, ut plurimum syluas habitāt,
- Gymnosophi = syluestribus fructibus uescentes, uiniq; & Veneris expertes. Gymnosophistas. 7. lib. Plinius ait ab ortu ad occasum per stare solere, contuentes Solem immobilibus oculis, & ob feruentes harenas toto die alternis pedibus insistere.** c Nysa. Plinius: Nysam urbem pleriq; Indiæ adscribunt, montemq; Mercuri Libero patri sacrum, unde origo fabulæ Iouis femine editum. &c. Rectius Ioui sacrum montem Pomponius dixit, unde locus fabulæ datus sit. Arrianus lib. 5. Inter Cophenē & Indum amnes sitam esse retulisse ueteres ait: à Dionysio uero conditam, quo tempore ad Indos profectus est, propè omnes tradunt. d Meros. Curtius. 6. lib. Nysa, inquit, sita est sub radicibus montis, quem Meron accolæ appellant: inde Græci mentiendi traxere licentiam, Iouis femine Liberum patrem esse celatū. Græce enim μάγος femur dicitur: fecit igitur uocis ambiguitas diuersa significantis, ut commode Græci fabulati sint. Arrianus iuxta Nysam magnam copiam esse tradit hederæ, quæ nusquam alibi apud Indos nascatur: montem ipsum ea & Lauro uestitum, lucos amœnissimos habere, & omni ferarum genere abundare: in quem cum equitatus peditusq; parte uisendi gratia Alexander conscenderit. In hoc uero, nisi fallor, à Mela Curtioq; dissentit, quod Liberum ait ita uocari montem uoluisse memoriæ gratia, quod in
- Plures Liberi.** Iouis femore succreuerit. e Genitum. Ergo Thebanus non fuit? Arrianus certe dubitat an ad Indos unquam Liber Thebanus uenerit: nam fieri potuit ut ad Indos profectus crederetur, quod in India, ut lib. 4. Diod. ex multorum sententia scribit, Liber fuit indigena, qui terra sponte uitæ ferente ex uua uinum elicere docuit. Ita & Argiuo Herculi, ut diximus, ea attributa sunt, quæ plurimum erant. Lege à principio libri. 15. Strabonem. Herodotus. 2. lib. (tanta dissensio est, nisi ad diuersos referas) scribit Græcos tradere Dionysium editum statim in Iouis femore insutum, portatumq; in Nysam illam, quæ supra Aegyptum in Aethiopia est. In quam sententiā & Diod. 4. lib. de Dionysij ortu refert, nec planè femori insutum, sed Mercurio datum, ut in Nysam deferretur, à Nymphis omni studio curaq; educandum. Labitur autem Tortellius, quod illam Indicā Nysæam, hanc Aethiopicam, siue, ut ipse putat, Arabicam Nysam nominari tanquam ad differentiam credidit. Fabulam refert. 3. Metamor. Ouid. & loco iam citato Diod. f Materia. Argumentum fabulæ idoneum. g Error. Si ita re ipsa contigisse crediderunt. h Palibotri. Plin. 19. cap. 6. lib. multa de Indiæ gentibus locutus. Sed omnium, Prasijs. inquit, in India propè, non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; anteccedunt Prasijs, amplissima urbe ditissimaq;

tiſſimaq; Palibotra: unde quidam ipſam gentem Palibotros uocant, immo uero tractum uniuerſum à Gange. Re Palibotri.
gi eorum, peditem ſexcenta millia, equitum triginta millia, Elephantorum nouem millia per omnes dies ſtipendi
antur: unde coniectatio eſt ingentium opum. Hæc Plinius. In illa ſententia Me la quicquid inter Gangem & In-
dum eſt, apud maritima Palibotris tribuit. a Iolida. Iolin promontorium, quod intra Gangem & Tamõ Iolis.
interſit, ſolus mihi Pomponius reddit: nam alibi, quod ſciam, non legi, ſicut ne de Tamo quidẽ, nec de Cudo: quã-

à Gange ad^a Iolida^b Nyſii, ubi^c magis quàm ubi ha-
bitetur, exaſtuat, ^d atræ gentes, & quodammodo
Aethiopes. Ab Iolide ad Cudum recta ſunt litora,

tus, inter Cheroneſum, quam auream cognominant, & eam terram quæ longo tractu in meridiem procurrit:
poſt quem Gangeticus eſt, ab amne quem recipit dictus, inter quem & Indi oſtia ampliſſimus litorum & innu- Gangeticus.
meris populis urbibusq; habitatus tractus. b Nyſij. à Nyſeis alij, maniſeſto argumento, nam hos propius
Indum à Nyſa dictos, Curtius, Arrianus, & Diodorus referunt: illos Pomponius extra Gangem ſtatuit, ut inde
ad Cudum uſq; alterum litus, & id quidem rectum in Tamõ imminet. c Magis quàm ubi habitetur. Ma-
ior eſtus eſt quàm uſq; alibi ubi habitatur: quod non tam ex eo prouenit, quod ſub Cancro ſunt, quàm quod aut
planicie ſiti nuda, aut aquarum penuria torrida, aliãue huiusmodi ratione, unde fiat quod inſolētiores illic eſtus
ſint: aliã: Sole Cancrum tenente non eſt dubium omnem Indiæ tractum parallelo uicinum tropico grauiffimo
calore infeſtari diebus multis, niſi priuata cauſa temperent: multo enim ſeuior eſtus eſt Tropicos tenentibus,
quàm eſſe ſub æquatore aliquo modo poſſit, quod primo libro late docuimus. Conſtat autem totam litoris Indi-
ci oram ultra Cancrum exporrigi, cum aurea Cheroneſus etiam æquinoctiali ſubſit, & extime oræ pars trans
eum aduſq; Capricorni parallelum pertingat, ut recentis experientia tabule monſtrant. d Atræ gêtes. Indi atri.
Minus tamen quàm Aethiopes. Plinius lib. 6. A Gange, inquit, uerſa ad meridiem plaga, tinguntur Sole populi,
iam quidem infeſti, nondum tamen Aethiopum modo exuſti, quantum ad Indum accedunt, tantum colore præfe-
runt ſydus. & c. Ferunt & Aegyptios Thebaice nigreſcere nonnihil, uerum tertio in loco eſſe, ut primi Aethio-
pes ſint, reliqui Indi, poſtremi Aegyptij. Ideo lib. 4. Manilius ſic: Aethiopes maculant orbem, terrasq; figurant, Manilius.
Perſuſas hominum gentes minus India toſt as Progenerat, mediumq; facit moderata tenorem. Iam propior tel-
lusq; natans Aegyptia Nilo Lenius irriguis inſuſcat corpora cæcypis. Quod ad nigredinem attinet, Alexan- Cur nigri Ae-
der libro problematum primo quaerit, qua de cauſa Sol hominem nigrum reddat, linteum candidius faciat, cerã thiopes.
emolliat, lutum induret? & reſpondet prædictorum cauſam eſſe materiae patientis aptitudinem. Materiae nanq;
noſtri corporis, inquit, excepta pituita, quoties nimium recaleſcunt, per cutem nigrant. Albertus Germanus, ma Albertus.
gnus in omni philoſophia uir, in eo libro quem de locorum natura ſcripſit, Auſtrinos homines & Aethiopes ma-
xime nigros eſſe, cum ob locorum, quæ incolunt, eſtum ex Sole, tum etiam propter ſui corporis caliditatem. Nã
primum horum ſemen generationis calidum eſt, & matrix mulierum admodum calida & ſicca: unde fit, ut deco-
ctione fortiſſima conceptum ſperma digeratur, fiatq; crescentis foetus ſanguis aduſtus: cumq; humidum ſubtile ca-
lore loci educatur, & groſſum terreſtre aduratur, manet ipſum, & nigredinis eſt cauſa. Fiunt itaq; terrene com-
plexionis membra ualida, & oſſa albiſſima, ut in dentibus eorum uidere eſt: caro autem ſanguine perſuſa ſuſco,
& oculi ex calore frequentibus uenulis ſanguinei, qua de re & Aethiopum ipſis nomen eſt. Præterea corpora
leuiſſima, & animi uis in ipſis, qui magnam ſuſtinent eſtus intemperiem, imbecillis & hebes eſt, propter euapo-
rationem & defectum ſpiritus animalis. Quauquam qui ſub æquatore uergunt, propter temperiem maxime
animo ualeant: nam agilem habent ſpirituum ſubtilitatem, ut qui nimis frigidis locis degunt, non minus fiunt he-
betes, atq; illi qui nimis calidis. Siccitas etiam & caliditas cauſa eſt, quare Aethiopũ Indorumq; pili pauci ſint,
& criſpi, ut eſt notum. Strabo decimoquinto libro fuiſſe indicat, qui aquis cauſam nigredinis tribuerint, quod pe- Strabo.
regrina quoque pecora eam potantia colorem uariant. Theodectes clarus ſcriptor ad Solem retulit, quem mas Theodectes.
le Oneſicritus reprehendit, etiam ſi annuit Strabo: nam propinquior eſſe Sol dicitur, cum in zenith magis incli-
nat, hoc modo & Indis & Aethiopibus adproximat. Falſum uero eſt Solem ab omnibus æqualiter diſtare, cum
in Capricorno propinquior ſit terræ, quàm quando in Cancro eſt, ex communi Aſtronomorum ſententia, Theo-
dectes ſenarij hi ſunt: Quibus propinquam Phoebus admouens rotam, Atræ fauilla corpora infeſcit uirũ, Calori-
busq; adurens præpotentibus, Retorridas criſpauit illorum comas. Strabo tradit in India penſiles eſſe ipſis co-
mas ob aëris humiditatem, nec ob aduſtionem, ſed ex genitura magis nigros eſſe. In quam ſententiam Arrianus
quoq; lib. 5. perpulchra ſcripſit. Ego in Alberti ſententiam pedibus eo. Cur uero Sol nigriorem inducat, & non

ignis, apud Aristotelem, lege sectione ultima problematum: & adde Solem uideri radio simul & calore parte agere, idq; continua duratione in multos menses. Ignem autem non pariter, porro Solis uehementissimus influ-
Cur Australis xus est, ignis nullus. **a** Timidiq;. Nam cum porosa eorum sint corpora, & multa spirituum resolutio, ob
Timidi. aërem calidū, & magnam Solis uim, corda frigidiora habent, ideoq; timidi sunt, Alberto. Ideo Aristoteles, Sūt,
 inquit, fortes qui calida sunt natura: timidi uero qui exangues refrigeratiq; sunt: fit igitur, ut qui loca inhabitāt
 calida, refrigerentur: qui frigida, con-
 calecant. &c. Ea causa qui Europā
 inhabitant, & in Asia Scythiam, si
 alijs conferas, omnium bellicosissimi
 sunt. **b** Hæmodo. Tauri parte,
 indigenæ enim per partes uocant Pa-
 ropamisum, & Hæmodum, & Imaū,
 & alios, sed Caucasum Macedones,
 ex Strabone lib. 15. **c** Simul.
 Postquam. **d** Maximus. Decē
 & nouem amnes in eum corruant,
 quorum plurimi nauigabiles. **e**
 Decem millia. Plinius. 18. cap. sexti,
 octo milliū passuum amplum esse scri-
 bit, ubi minimum patet: ubi immodi-
 cum, stadiorū centum, altitudine nus-
 quam minore passibus. 20. De hoc &
 Indo omnia ex Plinio, Strabone, Dio-
 nysio, Curtio, Arriano, Solino, cæteris
 propè notiora sunt quàm ut referri
 debeant. Id nota uero, Hypanim in In-
Hypasis. dia Eustathio, & plerisq; alijs dictū,
 Arriano & Philostrato Hypasim di-
 ctum: ut non re solum ab illo Scythi-
 co, sed nomine quoq; differat. In qua
 sententia & Hermolaus est, apud Pli-
 nium sexti libri. 17. cap. Hypasim, non
 Hypanim legens. Cum Hypanim tamen uetusta Martiani exemplaria retineant, nec refragetur Plinij locus eos
 reprehendentis, qui Hypanim in Asia parte statuerint, cum per Asia partem Scythiam Asiaticam intelligat, ipso
 etiam Hermolao testante. Hoc obiter & in transcurso adnotandum duxi, Plinium. 12. capite quarti libri, & de
 cimo cap. libri trigessimiprimi scripsisse in Boristhenem Hypanim Biropæum corruari diligentiorum authorita-
 te: mox eodem in quarto tanquam sui oblitus, nisi fallor, Hypanim ait manufacto alueo in Bugem, naturali in Co-
Paropamisus. retū influere. **f** Paropamisus. A quo & Paropamisus Satrapia, & Paropamisadae accolæ dicti. Tauri ille
 pars est, iuxta quem brumæ tempore adeo altæ niues premunt terram gelu, & perpetuo penè rigore constri-
 ctæ, ut ne hominum quidem feræ uel ullius uestigiū extet: obscuri cœli uerius umbra, quàm lux nocti similis pre-
 mit terram, uix ut qui prope sunt, conspici possint. Ibi Alexandri exercitus maxime aliquando ob gelu periclitæ-
Indi magnitu- tus est, ut. 7. libro Curtius tradit, ex quo illa deprompsimus. In Paropamisus fabulosus ille specus monstratus, in
do. quo ligatus Prometheus fuerit, cuius primo libro meminimus, ex Philostrato: eius sententiæ accedunt libro se-
 ptimo Curtius, & quinto libro Arrianus. De amnis quos Indus recipit. 20. cap. 6. Plin. **g** Exæquat.
 Quadam aquarum modestia nusquam latior, inquit Plinius. 50. stadijs, aut altior quindecim passibus, ampliissi-
 mam insulam efficiens, quæ Prasiæ uocatur, & aliam minorem, quæ Patale, Deltae Aegyptiæ persimilem Cur-
 tio. **h** Duobus ostijs. Strabo quoq; duorum meminit, sed plurimum Ptolemæus. Tradit libro ultimo Arria-
 nus Indicos amnes omnia illa animalia gignere quæ Nilus, Hippopotamo excepto, præterea & rigare la-
 tosq; in campos dispalescere, quibus in cognito orbe nusquam maiores existant. **i** Chryse. Plinius non
 ad Tamum, nec Gangem, sed extra ostia Indi Chryse & Argyre, inquit, insula fertiles metallis, ut credo: nam
 quod alioqui tradidere aureum argenteumq; ijs solum esse, haud facile crediderim. **k** Vocabulo. & γύγα
Taprobane. op enim argentum, & γούρ, aurū significat. **l** Taprobane. Plinius lib. 6. Taprobane, inquit, alterū orbē

^a timidiq; populi, & marinis opibus affatim dites. Tamos promontorium est, quod Taurus attollit: collis, alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem uersi. Ganges & Indus amnes: ille multis fontibus in ^b Hæmodo Indiæ monte conceptus, ^c si mul unum alueum fecit, fit omnium ^d maximus, & alicubi latius, quādo angustissime fluit, ^e decem milia passuum patens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte ^f Paropamisus exortus, & alia quidē flumina admittit: sed clarissima Copen, Acesinē, Hydaspem, conceptamque pluribus alueis undam lato spacio trahit: hinc penē Gangem magnitudine & exæquat: post ubi aliquot sæpe magnis flexibus cingit iugum, ingens iterum rectus solidusque descendit, donec ad læuam dextramque se diducens, ^h duobus ostiis longe distantibus exeat. Ad Tamū insula est ⁱ Chryse, ad Gangem Argyre: altera aurei soli (ita ueteres tradidere) altera argentei, atque ita, ut maxime uideatur, aut ex re nomen, aut ex ^k uocabulo ficta fabula est. ^l Taprobane aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hippar-

terrariū esse diū existimatiū est, Antichthonum appellatione. Vt liqueret insulā esse, Alexandri Magni atas resq; præstitere. &c. Meminere huius insule passim alij, sed nemo Plin. diligentius: cum quo tamen mihi hoc in loco amplius agendum est, ut certe non gloriæ aut æmulationis, sed ueritatis studio ostendam lapsos ueteres, ipsumq; Plinium citra delectum tradidisse, quæ pro ueris indubijsq; haberi uoluerit, quorum est deprehensa falsitas. Nam. 22. cap. sexti libri, ubi multa de hac insula mentio, inter alia refert, legatos ex Taprobane cum ad nos uenissent, miratos esse Septentriones & Vergilias, ueluti in nouo cælo: Lunam uero apud ipsos non nisi ab octaua die ad quintamdecimam supra terram aspici. Paulo uero supra ait ex ueterum traditione septentrionem non cerni. Quæ uerba, præterquā quod nimis sunt iciuma, in re explanatius tradenda, dubium faciunt, quoniam loco Taprobane esse Plinius crediderit, nam uerū nunquam erit nō cerni septentrionem, nisi multo spatio ultra æquinoctialem sita sit: cum habentibus declinationem Austrinam. 24. & amplius graduum, Vrsæ maioris stellæ cerni possint. Porro extremum caudæ maioris Vrsæ à polo distans. 38. graduum interuallo, his primum ad horizontem uoluitur, qui triginta octo graduum latitudinem meridianam habet. Præterea ultimum caudæ minoris Vrsæ, ut principes tradunt Astronomi, à uero puncto polari. 4. graduum interuallo abest, & cerni potest ab oibus his qui latitudinē meridianā habent. 3. graduum, cum ipsis adhuc supra horizontē sit. Dubitas? Quis nescit omnem stellam, inter quā, dum altissime mergitur, & Zenith prospicientis fuerint gradus nonaginta, hoc est quadrantis interuallū, eam in horizonte primum esse prospicientis: Zenith enim ad horizontem undiquaq; spatium est 90. graduum. Eā uero quæ pluribus gradibus absuerit, perpetuæ esse occultationis, sicut illa semper apparet, aut apparere potest, quæ citra. 90. gradus in cōspicuo cælo est. Quod si minor Vrsa tota cernitur uel ab his qui certo spatio trans æquatorē sunt siti, quis dubitat de maiori, cuius stellæ multo amplius à polo elongantur: in uniuersum autem ita contingit, ut stella maioris declinationis quā sit eleuatio æquinoctialis perpetuo appareat, si declinatio septentrionalis fuerit: si uero meridionalis est, semper lateat, referendo hoc ad eos, qui citra æquinoctialem in Arcton uersus habitant. In Austrum enim uergentibus modo contrario eueniret, suis semper ipsis apparentibus, nostris interim occultis. Quod si Plinij uerba paulo diligentius legerimus, deprehendimus citra æquatorē Taprobane sita fuisse, quemadmodum Ptolemæus, de quo mox dicam: nam à Colaico promontorio Indiæ quadridui tantum nauigatione abesse ipsius Claudij temporibus legatos retulisse ait. Addo, quod Solis insulam dicit medio in cursu obuiam fieri nauigantibus. Constat etiam ex tabularū fide nullā esse celebrem adeo insulam in Austrino Oceano, quæ quadridui nauigatione peti posset, ea excepta, quam Taprobane uocat Ptolemæus. Addo, quod Seras quoque ab ipsis aspici scribit: quod quidem intelligi poterat de his, qui ad se mercium gratia uenissent. sed addidit, notos etiam commercio, quod Solinus explicatus referens, Cernunt, inquit, latus Sericum de montium suorum iugis. & Hermolaus hanc sententiā probat, uideri scilicet Serum ex Taprobane tractum. Postremo ab Onesicrito prius, mox ab Amij Plocamij liberto cognitam indicat, qualis esset. Cum uero hic è sinu Arabico ille ab Indi ostijs soluit, uerisimile est, utrunque in eam appulisse insulam, quam Taprobane Ptolemæus uocat. Sed quid opus de insulæ situ querere? In continente Indiæ ea quæ intra Gangem est, Vrsas nō uideri in anno, nisi semel diebus quindecim aserit. 75. capite secundi lib. & 19. sexti. Modestius Mela alicubi in India neutrum septentrionem cerni dixit: quam sententiā, pro recenti locorū experientia nō adeo reiecerim. Quod ad Plinium attinet, constat hanc orā omnem, cuius ipse meminit, citra æquinoctialem terminari, ubi maxime prominet. Et sub æquatore, cuius horizon per polos transit, omnes stellæ oriuntur & occidunt, apparentq; circumquaque prospicienti: quid obsit quo minus Vrsæ citra æquinoctialem cernantur? Quamquam minus cerni septentrionem concedam, quando in eo signo Sol est, in quo Vrsa cum eo occidit per noctem latens: ita ut quando ex eo signo Sol abiit, post occasum apparere incipit, semperq; deinceps apparet, donec circuitu facto idē signum Sol annuus intraturus est. Fit itaq; ut pauco tēpore non uideatur septentrio in India, alioqui multis mensibus toto anno supra horizontem conspicuus. De Vergilijs, quod ait, non cerni eas, multo insignius erratum est: nam si damus ut tantum ultra Capricorni tropicum ab æquinoctiali abscedat Taprobane, quantum nostræ habitationis parallelus septentrionem uersus ab eodem abest, adhuc conspicuæ supra horizontem Vergiliæ sunt. At ne Plinio quidem persuaseris, tantum ab India Taprobane amoueri. Dicam explicatius illa, gradus declinationis Vergiliarum, quæ in Tauro longitudinem habent, sunt plus minus. 23. graduum. Est ergo consequens ex canone demonstrato, quem retuli, primum eos qui declinationem habent Australem, uel distantiam Zenith ab æquatore gradibus. 67. in horizonte suo Vergilias habere. Vi lere ergo possunt quicumque intra illam declinationem habitant. Sed nulla hodie uel maxime in Austrum procurrentis Africæ tanta deprehensa est declinatio. Quid illud, quod ait, Lunam quidem apud ipsos non nisi ab octaua ad quintamdecimam supra terram aspici? Id legatorum non erratum dixerim, sed mendacium: illudere enim placuit credulis, ut hi ferè solent qui ex ignotis uulgo locis redeuntes, sui admirationem fabulis astruunt. Mirum uero, cur id tantus author nullo planè iudicio

Canon.

Taprobane
ubi?

Locus Plinij.

Alius Plinij lo-
cus.

Locus Plinij.

ueri habito, tradere posteris ceu indubium foret, uoluerit: cum constet nullum esse in tota trium terræ partium continente locum, nullam in omni mari insulam, quæ Lunam crescentem decrecentemq; non uideat, eo modo quo nos, si modo ipsis oritur & occidit. Porro quis non intelligit minime dictum proprie, ab octaua in .15. tanq; Luna semper eodē in loco lucis, tenebrarūq; uices peragat, cū adeo id uariet, ut toto anno solari nullus idem sit plenilunij interlunij uel gradus, quod ita est notum, ut referre pigeat. Quod si sub polis habitatio foret, contingeret quidē alterutris per sex signa Lunam non uideri, seclusa latitudine: nā equator ita habitantibus horizon esset, uerum non à decimaquinta in reli-

cho dicitur: sed quia habitatur, nec quisquam circū eam esse traditur, propè uerum est. Contra inde illa

Locus Plinij.

quos dies, sed cōtinuis diebus. 14. hoc est medio anno lunari, sicut iisdem dimidio anni solaris ipso Sole carerent: rursum uero eo tempore continuis quatuordecim diebus planè lucentem intuerentur, sicut dimidio solaris anni solarem haberent continuum. Quod si quæ terre sunt adeo ab seftore in polum alterutrum abeuntēs, ut signi gradus aliquot, aut ipsum signum, signūue Zodiaci supra horizontem habeant, certum est Lunam his quandoque nō uideri: uerum non eo modo quo Plinius tradit, sed continuis diebus noctibus uel immo uero mense, aut mensibus, prout minus hæ magis uel abfuerint. Falsissimum uero est omnium, quod asseruisse Onesicritum scribit lib. secundo Plin. his in locis septentrionem non cerni, quibus in locis in die umbræ non sint. Nam hoc modo sub tropico Cancrisitis non cerneretur Vrsa. Quoniam autem in id caput incidimus, corrigendus est error, non Plinij culpa, sed librariorum, ut credo, ignorantia admissus. Rursus, inquit, in Meroë insula, quæ est caput gentis Aethiopiū, quinq; millibus stadiorum à Syene in amne Nilo habitatur, bis in anno absumi umbras, Solis duodeuicesimam Tauri partem, & quartamdecimam Leonis obtinentem & c. ubi non quartamdecimam, sed tredecimam legendum: is enim gradus. 18. gradui Tauri correspondet, & in parallelum æque à polo & equatore distantem, cum contraposto gradu incidit. Quanquam non dubito, & in decimoquarto alijsq; uicinis gradibus idem fieri multis Meroë habitantibus, propter insule magnitudinem, & non adeo præcipitem uariationem declinationis etiam in Leone: uerum huic non decimus octauus, sed decimus septimus gradus Tauri respondet. Desyderat autē ratio, ut quoties eiusdē incidentiæ Solis in certo parallelo bis nullam umbram in meridiano efficiens, mentionem facimus, toties gradus signorum æquidistantia contrapostos nominemus. Quandoquidem illa causa est, cur bis umbra in certo parallelo nō sit. In eodem capite, Maleum, inquit, motem estate in Austris, hyeme ad septentrionem umbras iacere & c. Minime id mirum, cum omne corpus intra tropicos duplex habeat umbrarum genus, ut ante docuimus. Verum quod libro sexto ait, Mone des & Suari, quorū mons Maleus, in quo umbræ ad septentrionem cadunt hyeme, estate in Austrum per senos menses: id prorsus nego, nisi doceat Plinius Maleum sub æquinoctiali circulo iacere. Id enim his solis quæ sub equatore sunt, corporibus accidit. At Mone dum & Suarorum inter gentes, quæ Gange & Indo clauduntur, meminit, toto illo litore longe ab equatore absente. Quod Ptol. docet princeps Cosmographus, cuiq; in situ locorum tractus Austrini, quod Alexandria scripsisse creditur, magna fides adhibenda est: nec est ut de latitudinis siue declinationis certitudine quis ambigat: nihil est ad deprehendendum facile magis. Utinam adeo de longitudine constaret. Porro quā scite, quāq; exacte dictum sit Taprobanem iacere inter ortum & occasum, eruditis iudicandum relinquo, etiam si hoc modo referre Solinus uoluit. Quis autem Indiæ locus, quis totius Asiæ est, qui inter ortum & occasum nō iaceat? Multo doctius aptiusq; .30. capite libri sexti, Aethiopiam ab oriente hyberno ad occidentem hybernum sitam esse: præterea Italiam inter horam primam & sextam brumalem icedere dixit, hoc est inter meridianam lineam, & hybernum Solis exortum. Illud autem cum ad solam Taprobanem non attineat, omnibus illic inter ortum, &

Maleus mons.

Locus Plinij.

occasum sitis, iciumi mihi (saluo tanti uiri honore) cōcisumq; uidetur. Retulisset & de Arcturo, quæ in Carmania nec omnibus cerni noctibus, nec totis unquam, credidisse ueteres Plinius tradit: præterea quod ad eiusdem tractus amnem Hithaniam ex India profectis primum Vrsæ apparere incipiant, nisi ipsa semet satis falsitas reueleret. Ad Taprobanem reuertamur, quam Ptolemæus docet ita subiectam equatori, ut in Austrum gradibus ferè tribus, in septentrionem tota reliqua mole uergat. In ea uideri Vrsæ possunt, uerum humiliori eleuatione, & qui ipsis orientur, & occidant: nam quod Maro dixit Georg. 1. Arctos Oceani metuentes æquore tingi, ad eos referendum est, quorum declinatio est non minor. 18. graduum: sub horum enim horizontem primum non merguntur: alioqui falsa esset Virgiliana assertio. Quanquam non dubito plerosque ex his qui uerberorum ornatui omnia tribuentes, præter historiam fabulam uel nihil tenet reliqui, ita accipere, ut in uniuersum nullis Vrsæ mergi uideantur. Deimachus clarus author Vrsas in nulla Indiæ parte occultari scripsit, ut Strabo libro secundo tradit, ubi permulta de Taprobane, uerum adeo perplexe tralata, ut nisi attentissime legas, capere hærentem sententiam non possis: manifesto argumento, nunquam bene transferri quod ad amussim nō undiquaq; intelligitur.

Locus Vergilij

Strabonis obscura tralatio

Ideoq;

Idcoque Ianus de monte Regio queritur alicubi in Strabonis translatis codicibus esse ad Mathematica praesertim attinentia, quae corrupte legantur, nec Graecis admodum respondeant. a Solis. Plinius insulam Solis hoc tractu describit, quae & cubile Nympharum rubens dicatur, in qua nullum non animal absumitur incertis causis: sed & Solis ostia iuxta nominari potuerit, ob aestum intolerabilem, & aquarum longo tractu penuriam: ideo periclitatum Alexandri illis locis exercitum Diodorus decimosextimo libro scribit. Notum uero est in locis

Insula Solis.

ostia sunt, quae uocantur Solis, adeo inhabitabilia, ut ingressos uis circumfusi aeris exanimet confestim, & inter ipsa ostia rara tenet regio ob aestum intolerabilis alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinet inuia atque deserta humus, & cinerum magis, quam pulueri similis: ideoque per eam rara & non grandia flumina emanant, quorum Tuberone, & Arufacem notissima accepimus. Rubrum mare Graeci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythras regnauit, ἐρυθρὰ θάλασσα appellat, procellosum, asperum, mare profundum, & magnum animalium magis, quam caetera capax: primo recedentis oras aequaliter impellit, & ut non intret interius, aliquantum patens sinus erat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit, duosque iterum sinus aperit. Persicus uocatur dictis regionibus propior, Arabicus ulterior.

cis maritimis aestum supra modum auferri, ob uehementissimam radiorum Solis perpendicularium, aut rectorum repercussionem. b Rubri maris. Plinius quoque sexto libro, Post Carmanos eius initium facit: magno horum errore, qui sinum tantum Arabicum rubri maris nomine censent: cum Oceanus, qui & Persicum, & Arabicum fundit, totamque Eudemonem abluit, eo nomine censeatur. Verba Plinij haec sunt: Irrumpit deinde (post Carmaniam) & in hac parte geminum mare in terras, quod rubrum uostri dixerunt, Graeci Erythreum a rege Erythrae aut ut alij, Solis repercussu tale reddi colorem existimantes, alij ab arena terraque: alij a tali aquae ipsius natura. Herodotus libro quarto sinum Persicum rubrum mare uocans, altera, inquit, ora a Persis incipiens porrigitur ad Rubrum mare, quod & Persicum uocatur: dein gradatim Assyria,

Rubrum mare quod.

atque inde Arabia, desinitque in sinu Arabico. In eadem sententia sunt Pomponius & Plinius. Curtius libro nono tradit rubrum mare non a colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythra potius appellari. Multa de eo Strabo decimoquinto libro. c Tuberonem. Plinius, nisi fallor, Tuberonem nominat libro sexto nauigabilem: inibi & Nabrum uocans alium, Ptolemaeus Arabem, dubium an illum quem Arufacem Pomponius nominat. d Coloris. Audiui uirum dignissimum fide, qui ad litora usque sinus Arabici a Hierosolymis peregrinatus, rubras quidem undas uideri aiebat uerum non esse: nam claram eam admodum, & fontali similem aquae dicebat, si hausta in uas quodpiam funderetur: tribuit igitur ruboris causam arenae nonnihil rufae: lateque a litore in altum uadosum esse id mare asserbat, unde esset, ut aquarum perspicacia fundi haud alte distantis colorem aspectantibus redderet. Caeterum id quod extra sinum est, altissimum esse prope omnes quos legerim affirmant.

Cur rubrum mare.

e Magnorum animalium. Idem Curtius, Arrianus, Diodorus referunt. Rufus in Periegesi ex Dionysio: Feruet Erythraei marmora ponti Tota feris: haec, ut rigidi iuga maxima montes Nubibus attollunt, latus omne & terga tumescunt, Instar in his rupis spine tenor arduus adstat, Molibus in celsis scrupus quoque creber inborret. At ne quis rapidi subiectus gurgitis unda, Haec in terga salis lembum contorqueat unquam, Aut se monstrigenis, hostem licet, inferat aestus fluctibus, immodice late patet oris hiatus. Quippe feris antro panduntur guttura uasto, Protinus haec ipsas absorbent fauce carinas, Inuoluntique simul mox monstra uorantia nauetas. Haec Dionysij lectio prope in omnibus exemplaribus non tam corrupta est, quam obscura, ac multo clarius a Palamone uersa: multis enim in locis a Dionysio tradita Rufus praeterijt: rursum de suis passim inseruit, quae apud Dionysium non leguntur: quod ante alios nuper prodidit collatione facta Petrus me-

Dionysius.

Petrus Mosellanus.

us Mosellanus homo graece & latine iuxta doctissimus. f Ae-

qualiter impellit. Aequali flexu. Nam si duos illos sinus non fecisset irruen-

do, seorsum patens fuisset. g Dictis regionibus. Carmania, & India

co litori.

SINVS PERSICVS.

Sinus persicus.
Arabicus.



Grande ostium. Quod tamen latitudinem habet non maiorem quinque millium passuum, nomen sinui datum ab adhabitantibus Persis, quemadmodum ab Arabibus alter Arabicus dicitur: utroque interim rubri maris retinente nomen. Certe tabulas, et situm discite. **b** Cervice. Collo, nam Persicus sinus prope capitis effigiem habet, et introitus cervicis proceritate.

tem. **c** Maior recess. Ideo inter intimū eius sinū et aegyptiū mare Isthmus interest nō amplior. 125. mil. passuum interuallo tā paruo dirimitur: ibi tanta naturae diversitas, ut Plin. 11. capite quinti libri scribit, De Casio primo lib. diximus.

d Fastigio. Trans ostiū statim quātam potest amplitudinē occupat, mox sese fastigiāt, estq; angustissimus ubi intimus. **e** Ab ijs. Oram hactenus praescripsit, iam repetit accolat suo, quemadmodum saepe monui, more. **f** Chelonophagi. Qui

Chelonophagi.

ostreis uescuntur, siue testudine, quae graece χελώνη dicitur. Haec, ut libro nono Plinius tradit, adeo in Indico mari magnae sunt, ut singularū superficies habitabiles casas integant. Strab. 16. lib. adco magnas alio in loco reperiri scribit, ut Chelonophagi

Carmania.

in eis nauigēt. **g** Carmanij. Ex Oceano in Persicum nauigantibus à dextra Carmanij sunt. Carmania ad ostium sinus magis frequens ea parte qua Parthis imminet, deserta est, Ptol. ceteris ferē. De ea perpulchra lib. 15. Strab.

Hirti homines.

h Carne. Ideo Ichthyophagi dicti: quāq; lib. 8. Arrian. supra Carmaniam in Gedrosos Ichthyophagorū tractum esse ait: meminit et lib. 4. Philostratus. Curtius. 8. lib. tradit, iuxta ad Indicam oram gentes esse, quibus ungues prominent nunq; recisi, comae hirsutae et intonsae sint, iugularia conchis et ceteris purgamentis instructa, qui ferarum pellibus tecti, piscibus Sole duratis, et magnarū quoque beluarū, quas fluctus eijcit, carne uescuntur. Stra. certe seuis eos moribus immanes esse testatur, et Crinit. adnotauit ultimo cap. 6. Omnes Ichthyophagos Alexandrū uetuisse uesci piscibus scribit li. 6. Plin. Testis uero

Gedrosia.

Gel. 4. cap. 9. li. corporibus hirtis in cxtima quoq; India homines inueniri. Hieronymus lib. cōtra Iouinianū. 2. Ichthyophagos ait gentem aliubi errantem in litore maris rubri, qui super petras Solis calore feruentes, pisces asent, et hoc solo alimento uictitant. **i** Gedrosij. Quorum regio Gedrosia, supra quam Drangiana est, et Arachosia, supraq; casus in Taurū uergētes Aria et Paropamisus, omnes Satrapiae dictae, hoc est praefecturae,

Persae.

quas quidā Indiae attribuerunt, authore Plin. cap. 20. lib. 6. **k** Persae. Potentissimi olim, et frequentissima Asiae domini: quorū aliquando metropolis Susa, hi semper ad rubrū mare habitauerunt, unde et sinus Persicus dicitur: supra omnem uero urbium elegantiam Persopolis effulsit, à Macedonibus consensu Alexandri direpta: meminere Curtius et Arrianus: arcem eius descripsit diligentissime lib. 17. Diodorus. **l** Cethis. Est et oppidum cognomine, cuius Plin. meminit. De Andane uero et Corio etiam Ptol.

Chaldaei.

m In parte. intimū sinus, quae opposito tractu sinus faucibus respondet, uide tab. Ptol. quintam Asiae. **n** Chaldaeorum. Infra confluentem Euphratis et Tigris, leua fluminis Chaldaei, dextra Nomades Scenitae habitāt, Plinio. Strab. 17. lib. Constituta est, inquit, habitatio quaedam Babyloniae philosophis indigentis, plurimum circa philosophiam uersantibus, qui Chaldaei appellantur. Horum magna in sacris literis memoria est. Constat autem nusquam diligentius seueriusq; Mathematica studia exculta fuisse, quā apud Chaldaeos. Ammianus uigesimo tertio lib. Hic prope, inquit, Chaldaeorū est regio alitrix philosophiae ueteris, ut memorant ipsi, apud quos ueridica uaticinandi fides illuxit.

SINVS PERSICVS.



Persicus qua mare accipit, utriq; rectis lateribus grande ostium, quasi ceruice complectitur, deinde terris in omnem partem uaste et aequa portione cedentibus magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici et os arctius et latitudo minor est, maior aliquanto recessus, et multo magis longa latera, init penitus, introfusq; dum Aegyptum penē, et motem Arabiae Casium attingit, quodam fastigio minus ac minus latus, et quo magis penetrat angustior. Ab iis quae diximus, ad sinum Persicū, nisi ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt. In ipso Carmanij nauigantiū dextera positi sine ueste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se uelant, carne uescuntur, praeter capita toto corpore hirsuti. Interiora Gedrosii, de his Persiae habitāt. Cethis per Carmanios, supra Andanis et Corios effluit. In parte, quae pelagi ostio aduersa est, Babyloniorū fines Chaldaeorūq; sunt,

Tigris. Oritur in regione Armeniæ maioris fonte conspicuo in planitie, loco nomen Elongosine est, Plinio: cuius caput. 27. sexti libri. lege. Strabo. 16. libro. scribit Tigrim & Euphratem flumina secunda esse post Indica ad Australes partes defluentia. Nostri è Paradiso eos fluere autumant, ut & Nilum: quod nisi allegoricos intelligas, aut terram etiamnum habitatam Paradisum esse dicas, non uideo, quomodo id sit uerum. Allegoria mihi uidetur ante alios reddidisse Ioannes Picus in ea oratione, quam de hominis dignitate scripsit, uir supra

& duo clari amnes, ^a Tigris Perfidi propior, ulterior ^b Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens usque ad litora permeat. Euphrates immani ore aperto ^c non exit tantum unde oritur, sed & uaste quoque decidit: nec secatur continuo agros, sed late diffusus in stagna, diuque sedentibus aquis, & sine alueo patulis piger: post ubi marginem rupit, uere fluuius est, acceptisque ripis celer & fremens per Armenios & Capadocas occidentem petit, ^d ni Taurus obstet, in nostra maria uenturus. Inde ad meridiem auertitur, & primum ^e Syros, tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, uerum ingens modo & nauigabilis, inde tenuis riuus despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit, ut alii amnes, sed deficit:

meus montem maioris Armeniæ, ex quo oritur, Periarden nominat, qui & Araxem in Caspium effluentem edit. De hoc amne non indigna lectu libro belli Persici primo Procopius tradit: eius aquas quemadmodum Nili secundas esse aserunt. Lucanus. 3. lib. Phariæ, inquit, uice fungitur undæ. Ideo multis canalibus passim in uicinos agros rigandi gratia abducitur, lege. 16. lib. Strabonem. Ammianus lib. 23. Euphrates, inquit, cum flis excellens, qui tripartitus nauigabilis per omnes est riuos, insulasque circumfluens, & arua cultorum industria diligentius rigans, Veneri & gignendis arbutis habiles efficit. ^c Non exit tantum. Statim enim ab ortu in palustria quedam diffunditur, stagnique magis quam fluuii faciem habet, ideo dixit: Non secatur alueo, certo scilicet, sed late diffusus. & c. ^d Ni Taurus. Vide Ptolemæi tabulam Asiæ tertiã. Tauro arcetur, quo minus breuissimo cursu in Euxinum defluat. ^e Syros. Ad Comagenem & orientalem Syriæ oram, donec Arabes Scenitas ac colas attingat. Vide. 4. Asiæ tabulam. ^f Non perdurat in pelagus. Plinius confluere eos & in Persicum elabi tradit, in qua sententia & Ptolemæus est. Philostratus primo libro, de utroque amne locutus, Flumina, inquit, ubi eam quam diximus continentis partem ambiunt, in idem mare decurrunt. Sunt qui dicant in paludẽ quandam partem maximam Euphratis dilabi, ita ut ad mare non perueniat, sed in terra cursus sui finem recipiat. Quidam audacius de eo loquentes, aserunt ipsum cum diutius sub terra fluxerit, rursus in Aegypto apparere, & Nilo compleri. Hæc Philostratus. Pomponio Lucanus uidetur suffragari libro tertio: Quos non diuersis fontibus edit Persis, & incertum est tellus si misceat amnes. Quod potius sit nomen aquis, sed sparsus in agros Fertilibus Euphrates Phariæ uice fungitur undæ, At Tigrim subito tellus absorbet hiatu, Occultosque regit cursus, rursusque renatum Fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis. Nam quod ait, tellus si misceat amnes, indubie credit non misceri eos: præterea Tigrim absorptum iterum enasci, nec abnegare undas suas sinui Persico, tanquam id Euphrates non faciat, sed in agros sparsus proxima irriget, atque ita euanescat: qui uerus est Poëtæ sensus. Fontes igitur non diuersos, ad originem potius quam ostia referemus. An non falsum est quod Persis edat? cum in Armenia maiori uterque oriatur. Nescio an lapsus sit Lucanus, ut in illo quoque labitur, quod Oritarum & Carmanorum cælum in Austrinum latus trans æquatoreme flecti credidit, cum ait in eo ipso loco: Carmanosque duces, quorum iam flexus in Austrum Aether, non totam, mergi tamen aspicit Arcton, Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes. Id ita non esse supra docuimus. Magis crediderim Poëtam ueterum quorundam opinionem secutum, qui supra Persidem oriri hos amnes putarint. Nam & Curtius quinto libro de Alexandro, Quartis, inquit, castris peruenit ad Tigrim fluuium. Phasim Tigrim incolæ uocant: oritur in montibus Vxiorum & per 50. stadia syluestribus rupibus præcepi inter saxa deuoluitur: accipiunt deinde eum campi, quo clementiore alueo præ-

omnem ingenij captum cruditus, & magnus i religione nostra futurus author, nisi aliud diuina prouidentia iussisset. Diuus Ambrosius allegoriam sequitur, non negans interim Paradisum esse, quemadmodum Hieronymus & Gregorius, itemque Augustinus: quæ monet tamen historiam literæ omnibus modis allegoriæ præferendam esse, id quod profecto Mosaicæ scripturæ authoritati debetur. ^b Euphrates. penultima producta contra uulgi usum hæc dictio præferenda: extat distichum elegans in uersificatore, qui semel edito carmine penultimã corripuerat: Venit ad Euphraten, undis perterritus hæsit, Ut citotrasiret, corripuit fluuium. Meminit amnis. Plinius. 24. cap. 5. libri Ptole-

Tigris.

Picus.

Euphrates fecundus.

An in Tigris Euphrates insuat?

Lucani locus.

Locus Lucani.

- terijt, nam nauium patiens est. 600. stadia sunt, molliorisq; soli, per quod leui tractu aquarum Persico marife insinuat. Hæc Curtius: qui eo ipso loco Vxoriorum regionem Susis finitimam esse ait. Constat autem Susa ipsa in
- Boëtius.** Perside esse. Canis palinodiam Vadiane, qui primo libro Boëtium reprehendisti, tanquam diuersa à Luciano sentientem? Liberum sit candidis lectoribus sequi quod malint, præsertim quod sunt, qui tradunt unum in Paradiso fontem esse omnium horum authorem annium, quos Moses nominat, è quo resolui Tigrim & Euphratem Boëtius intellexerit. Fateor quidem ingenue me ante menses tris in illa fuisse sententia, iam in alia esse. Fecit id attempta magis lectio. Quod ad cõfluentem attinet, Plinio utiq; & Ptolemæo accedo: tantam enim aquarum vim, quæ amplissimo ponte in media Babylone uix potuit trañci, ut Curtius indicat, euanescere magis quàm corruare in Tigrim uerisimile non est: cum etiam Herodotus libro primo magnum & alium & celerem Euphratem ex Armenijs in rubrum mare decurrere dicat: in qua sententia & Diodorus est libro tertio. Strabo libro unde cimo, Tigris, inquit, & Euphrates, qui Mesopotamiam circundant, & apud Babylonios inuicem coherent, deinde in mare Persicum emittunt. Dion quoq; nobilis scriptor, tradit Traianum Cæsarem pontem fecisse iuxta Babylonem ea parte Euphrates in paludes emissus Tigridi miscetur: ut propè indubium sit etiam in paludes emissum non euanescere, sed corruare in Tigrim. Per rubrum uero mare sinum Persicum, qui eius pars est, intelligunt, ut Plinius quoq; qui Persas semper habitasse ait ad rubrum mare: id Græci ἐρυθρὸν θάλασσαν uocant, id est rubrum mare, Pomponio, cæteris. De Mesopotamia inter amne primo libro dictum est. Rufus ex Dionysio: Medio qua tellus funditur agro, Hos amnes inter, nomen tenet, ut situs illam Flumine præcinctam gemino, per aperta locauit. Ita legendum, non sinus, ut aliqui codices habent. Solinus credidit Euphratem ad Nili naturam inundare, fecundaq; facere proxima arua, non alia causa magis, quàm quod Gnomonici tradant, similibus parallelis id accidere, quos pares in terrarum positione æqualitas normalis faciat lineæ: ex quo appareat ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculi constituta, licet è diuersis manent plagis, easdem incrementi causas habere. Indicent Cosmographiæ studiosi an ita sit, uel esse possit: habent quidem authore Ptolemæo, certos parallelis, quibus subsunt, uerum iuxta ostia, in ipsis ostijs, ad quæ illa suæ inundationis causa nulla extat: ad fontes enim recurrendum est, non ad ostia, si quis amnis aut Nili, aut Euphratis incrementa querit, aut certe ad loca defluxui nascentium undarum uicina. Meminimus causarum inundationis libro primo ubi de Nilo.
- Alterum latus.** Sinus Persici, quod trans confluentem est amnum in occasum. **b** Arabia. εὐδαμόνη, hoc est felix cognominata. Et Eudæmones inde Arabes dicti. Capitolinus in Macrino: Pugnauit tamè & cõtra Parthos, & contra Armenios, contra Arabas, quos Eudæmonas uocant, non minus fortiter quàm feliciter. Aduertendum tamen, esse quoq; in Mesopotamia Arabiam. Ideo Curtius quinto libro: Arabia odorum fertilitate nobilis regio campestris est, inter Tigrim & Euphratem iacens, tam ubere & pingui solo, ut à pastu repelli pecora dicatur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroq; amne manat, toto ferè solo per uenas aquarum redundante. & c. Ideo libro quinto Plinius Euphratem ait, trans Taurum egressum, à leua Arabiam Merorum dictam, dextra uero Comagenen determinare. De deserta, quæ Scenitarum est, haud multis in locis fertili, deq; Petra libro primo dictum est. Felix tribus lateribus mari clausa à septentrione montanis attollitur: quanquam Pomponius ultra Arabicum sinum durare eam indicat, de quo infra paulo. Hæc thure, cinnamo, myrrha, & balsamo abundat, immo sola thus gignit. De ea Plinius uicesimo octauo capite sexti libri. Solinus diligenter multa: ditissimi sylvarum sunt Sabæi fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis, mellis cereq; prouentu. Ipsi mitrati degunt, aut intonso crine barba abraditur, præterquam quod in superiore labro est, Plinio. Strabo decimosexto libro imbelles esse dicit, cauonasq; & mercatores magis quàm milites. Ideo Catullus: Siue in Hyrcanos Arabasq; molles. & Virgilius: molles sua thur a Sabæi. Conscripsit de moribus pleraq; capite trigesimo quinto libri decimi Cœlius Rhodiginus. **c** Sabæi. Oppidum eorum Saba Ptolemæo thurifera frequenter cognominata. Strabo Mariabam uocat eorum metropolim. **d** Macæ. Meminit eorundem Ptolemæus & Plinius, cõtrapositi Carmanis eo in tractu & Nardū & myrrham ferente, Straboni. Est & Aethiopiæ regio Saba, è qua Regina illa fuit, quæ Salomonis fama excitata in Palestinam uenit. Et è Saba uenisse ad
- Tres reges Magi.** CHRISTVM recens natum reges, quidam è nostris contendunt: dubij etiam utra è Saba illa nè Arabiæ, an hac Aethiopiæ. Multi tribus è regnis coijisse duce stella confirmant, adduntq; nomina, quorum tamè Euangelicæ historia

historia nusquam meminit: sanè non reges, sed Magos uocans: nec è Saba, sed ab Oriente uenisse tradens, teste Mattheo, & eius interprete diuo Chrystomo: qui è Perside uenisse non dubitat, & ante natum puerum ipsis apparuisse stellam ait: prætereà non reges, sed Magos fuisse ait, hoc est philosophos, qui suorum ciuium magistri fidei esse potuerint, de nominibus eorum nulla prorsus mentione facta. Quicquid tandem contexat legenda-
 rum (ut uocant) author, cui certe nec indecorum, nec damnosum uisum est, in diuorum historia pie passim fabula

Author legendarum.

exasperat, aliquot sunt in medio insulæ sitæ: b Ogyris quod in ea Erythræ regis monumentum est, magis clara, quàm cæteræ.

SINVS ARABICVS.



Lterum sinū undiq; Arabes incingunt ab ea parte quæ introeuntibus dextra est, urbes sunt Carræ, & Arabia, & Gadamus: in altera ab intimo angulo prima, f Beronice inter Heroopoliticum & Scrobilū:

ri: tanquam id studium Gentiliū scriptorum in suorum Numitum commemorandis miraculis uanissimum iam olim non fuerit. Equidem Augustini auctoritatem non temerandā esse extimo, qui in quadam ad Hieronymū epistola, in sacris tractatibus literis ne officiosa quidem mendacia admittenda esse monet, quo magis iam auctoritas seruetur illæsa. Vtinam autē illi uiro, quisquis fuit, quæstuosæ pietatis, & superstitiosorum alicubi cultum iustam partem non deberemus. Scribit Galeottus Narmesis eius lib.

Galeottus Narmensis.

quem de uulgo incognitis inscripsit, cap. 25. Magos qui ad CHRISTVM uenerint, non reges, sed Astrologos fuisse: Augustini nixus auctoritate, qui in hunc modum in libro de natura Dæmonum tradiderit. Prætereà nec Euangelium, nec Ecclesiam pro regibus habuisse scribit, addita simul ratione mirime aliena. Locum autē Psalmi. 71. Reges Tharseis & insulæ. &c. historico sensu ad Salomonem regem, mystico ad CHRISTVM refert: nec dubitat regum nomine non Magos tantum, sed etiam gentium principes in CHRISTI olim fidē consensuros intelligere. Porro ut non magnæ frugis fuerit inuestigasse Arabes ne an Syri, Aethiopes an Persæ fuerit: ita suffecerit credo, à pio Christiano commendabilem horū, & omnibus regnis dignam pietatem, in Euāgelij ueritate agnosci. a In medio. Duorum sinuum è regione Eudæmonis. b Ogyris. Plinius lib. 6. Insula, inquit, in alto obiacet Ogyris clara Erythro rege ibi sepulto. Solinus hunc Persæ & Andromedæ filium fuisse scribit. Rufus ex Dionysio: Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes Carmanidis, qua se pelagi procul inuehit undis, Regis Erythrei tellus hic nota sepulchro tenditur, & nudis iuga tantum cautibus horret. Meminit insulæ per pulchre lib. nono Curtius à principio.

Ogyris insula.

SINVS ARABICVS.



Lterum sinum. Arabicum. Fuerunt tamen qui Aegyptum rubro mari ab ortu terminarunt, ut libro ultimo Strabo scribit. Horum sententia Aegyptij partem oræ occidentæ tenent, sed rectius Arabibus tribuerit. Ptolemæus contractis nominibus Arabes Aegyptios toto litore adusque Aethiopes, qui sub Aegypto sunt, uocat, mox Arabes Addeos cognominatos, Troglodytice, quos Auteos & Gnebadeos Plinius uocat. Addo quod eodem authore, rex Iuba tradidit accolas Nili à Syene non Aethiopum populos, sed Arabum esse usq; ad Meroem. Hic est ille Arabicus sinus, cuius frequentissimis quondam in Indiam & Troglodyticen nauigationibus adeo Aegypto uectigal auctum est, ut Aulete & Cleopatæ parenti, quemadmodū ultimo libro Strabo scribit, annua talenta duodecies millena & quinquagena obuenerint, longe postea populo Romano prouinciam administrante, ad auctis omnibus, quando omnium mercium unum receptaculum Alexandria fuit. Durabant hodieq; pristinæ opum reliquæ. Cæterum Hispanica nuper inuitis Venetis, nauigatione in Indiam à Portugallie regibus instaurata, splendorem simul & nomē ueteris famæ amisserunt. d Carræ. Plinius iuxta Sabæos Carreos esse scribit ad Badanatha oppidum: pu-
 to à Carris illis dictos, quorum & Stephanus meminit in Arabia. Rufus ex Dionysio: Cathramis est tellus Carreæ uicinia. Carræ enim dici uel singulari testis est Hermolaus. Sūt qui Carreæ legere apud Dionysium malunt: nam de Carreæ lib. 15. si modo alia est, meminit Strabo. Aliæ sunt in Mesopotamia Carræ, Crassifato celebres, & Caracallæ imperatoris etiam nece. Hic enim, ut Rufus Consularis scribit, intra Euphratē apud ciuitatem Edeßam prope morte obiit. Spartianus inter Carras & Edeßam perisse ait, cum leuandæ uesticæ gratia ex equo descendisset. A Carris illis Carreni dicti, qui Lunum deum contra uxorū insultus, & muliebres insidias coluerunt, ut Spartianus adnotauit, Lege de Arabia Plin. Gandamī mihi solus Pomponius est author, ut aliorū plerorumq;. e In altera. Parte, quæ sinistra est introeuntibus. f Beronice. A Philadelphi Ptolemæi matre nominata, sicut Arsinoë ab eodem in sinu Charandra sororis nomine cōdita, Plinio. Cognomines his

Aegypti quondam uectigal.

Carræ.
Dionysius.

Carreni.

Beronice.

- in Cyrenica urbes sunt, quarum primo libro meminimus. De Heroopolitico sinu ex Plinio & Strabone est
 Iesse. notum. dictus ab urbe, quam Græci Ἡρώων πόλις uocant, id est heroum ciuitatem: in sacris literis Iesse dicitur.
 De Scrobilo non memini legisse me, sicut nec de Moroneno & Colace: si qui erunt qui inuerint nos, & illa loca
 aliorum auxerint testimonio, gratias habebimus: nihil ego prorsus, dum hæc scribebam, comperi. Verū non est,
 ut inuersam Melæ lectionem quis putet, nam ut loca innumera sunt, ita est interminus nominum usus. Plinius &
 Strabo. Aclaniticum Heroopolitico
 proximum faciūt, ab Aelana oppido
 dictum, quem nescio an Scrobili uoca-
 bulo intellexit Pomponius. ^a
- Philoteris. Philoteris. dicitur & Philotera Plinio, & Straboni, celebris admodum
 in hoc litore ciuitas. Ptolemaida con-
 didit Philadelphus, qui primus Tro-
 glodyticen excussit ad uenatus Ele-
 phantorum, ideo & Epiterias à Græ-
 cis cognōtata. ^b Arfinoë. Duæ
 sunt huius nominis in hoc litore, sicut
 triplex Berenice: de prima iam dictū
 est, secūda panchrysos cognominata,
 tertia item Epidires, quod super ceruice fauces rubri maris urgente sita sit, uide Ptol. tab. Africa. 4. nomina his
 ab Aegyptijs reginis data sunt, tum & Philoteris & Epiterias à uenationis studio sortita uocabula. ^c
- Hebenus. Hebenum. Solinus, Ut piper, inquit, sola India, ita hebenum sola mittit. Maronem secutus, qui lib. Georg. 2. sola
 India, inquit, nigrum Fert hebenum. At Herodotus & hic Melæ locuples testimoniū præbent, & in Aethiopia
 cam arborem prouenire. Ex ea Persarum regibus pro tributo tertio quoq; anno centenas phalangas ex mate-
 rie eius pensitarunt cum auro & ebore, ut. 4. cap. lib. 12. Plinius tradit. Ideo Lucanus Mareoticam cognominat,
 hoc est Aegyptiam, quod ex Aethiopia in Aegyptum transportata primū illic cognita sit: Hebenus Mareotica
 uastos Non operit postes. &c. Multa enim huiusmodi non à patrijs, sed mercatibus, aut locis, ubi primum cog-
 nita fuerunt, nominantur: sicut Dioscorides Casiæ genus Mosyleticum nominat, quod ad Mosylon Arabici sinus in
 Aethiopia promontoriū frequenter aduectum, inde in alias terras transportatum sit. Plinius uero. 30. cap. 6. lē-
 bri in meridiana Africa parte syluas hebeni maxime uirere ait. ^d Odoresq; Aromata. ^e Manu fa-
- Dioryges. ctus. Dioryges fosse dicuntur manu factæ. Id uocabulum apud Strabonem frequens est. Vtus est eo diuus Hiero-
 nymus in Ecclesiastico: Ego quasi fluuius dioryx, & sicut aquæductus exiui de Paradiso. Eiusmodi in Mesopo-
 tamia propter Euphratem: in Aegypto propter fertilis Nili undas abducendas, tum etiam quod comodior esset
 in pleraq; loca nauibus transitus, plurimæ fiere. De illis alueis è Nilo & in Nilum ductis passim libro ultimo
- Sesostres. Strabo. Fodiendi authorem Sesostrem fuisse existimant: qui ex proximo rubri maris sinu alueum ducere in Nilū
 excogitauit, quod post eum & Darius conatus est, mox uero Ptolemæus, qui fossam eduxit latitudine pedū cen-
 tum altitudine. 30. Cæteriū ne perduceret, metus effecit inundationis, cū rubrū mare tribus cubitis altius cōper-
 tum esset, quàm Aegypti terra foret. Meminit Plinius. 29. cap. 6. Diod. 1. lib. & libro Meteororū secundo Ari-
 stot. Inibiq; nonnulla in eandem sententiā Albertus. Strabo Sesostrem aliosq; deceptos ait, fossa posteriorū cura
- Tacitus. & industria in rubrū usq; mare ducta. Simili nauigandi opportunitate, & ad Oceanū quæsitā. Ideo Tacitus li-
 bro. 13. L. inquit, Vetus Neronis principatu ex Arari in Mosellam fossam ducere ingentem aggressus est, ut co-
 pie ex Italia primum per mare, dein Rhodano, & Arari subuectæ, per eam fossam mox fluuiio Mosella in Rhe-
 num, exin Oceanum sublati itinerum difficultatibus decurrerent. Diuus Ambrosius tertij Hexæmeron secūdo
- Ambrosius. capite illam Sesostris & Darij historiam libans, uim cælestis statuti inhibere existimat, quo minus per plana
 Aegypti quæ humiliori situ iacent, mare rubrum Aegypto pelago misceatur. Hucusq; enim uenies, ille dixit, nec
 transgredieris: sed in teipso conterentur fluctus tui, uelut apud Iob. 38. capite legitur. Melæ Diorygem illam me-
 morabilē esse putauit, quod è Nilo abducta proxima sinus litora longo flexu stringeret, nec tamē pars eius esset.
- Candei. ^f Candei. Plinius quoq; Introrsus, inquit, Candei, quos Ophiophagos uocant, serpentibus uesci assueti,
 neq; alia regio fertilior earū. Sunt qui Panchæi legunt, sed illi ad Panchaiam potius referendi, quæ in Eudæmone
- Epistola Vadi- est, de qua. 2. Georg. Virgilius: Totaq; thuriferis Panchaia pinguis harenis. ^g Pigmæi. Ante paludes siti,
 ani ad Agrico- è quibus Nilus oritur, ut quidā tradidere, Plinio. Philostratus in India statuit, ut & Plinius cap. 2. lib. 7. Eorum
 lam. meminimus in epistola quadā ad Rudolphū Agricolā Rethū: quam quoniā ipse edidit, & uisa est pleriq; digna

Actu, ad calcē operis adprimendā curauimus. a Ibidas. Cicero lib. de nat. Deorū primo, Ipsi, inquit, qui Ibes irridentur Aegyptij nullā beluā, nisi ob aliquā utilitatē, quam ex ea caperent, consecrauerunt: uelut Ibes maximam uim serpentū conficiunt, quum sint aues excelsae, cruribus rigidis, corneo procerōq; rostro, auertunt pestem ab Aegypto, quum uolucres angues ex uasitate Libyae uento Africo inuectas interficiūt, atq; cōsumūt. Meminit & Plinius. 28. cap. 10. Solin. Herod. lib. 2. & lib. ultimo Strabo.

Sunt multa uolucrū, multa serpentū genera. De serpentibus memorādi maxime, quos paruos admodū, & ueneni praesentis certo anni tempore ex limo cōcretarū paludiū emergere, in magno examine uolantes, Aegyptū tendere, atq; in ipso introitu finiū ab auibus, quas^a Ibidas appellant, aduerso agmine excipi, pugnaq; cōfici traditū est. De uolucris praecipue referenda^b Phoenix semp unica: nō enim coitu cōcipit partūue generat, sed ubi^c quingentorum annorū auro perpetua durauit, sup exaggeratā uariis odoribus struē sibi ipsa incubat, soluiturq; deinde putrescentiū membrorū tabe cōcrescens, ipsa se cōcipit, atq; ex se rursus renascit: cū adoleuit, ossa pristini corporis iclusa myrrha Aegyptū exportat, atq; in urbē, quā Solis appellant, fragrantibus Nardo bustis iferēs memorādo funere cōsecrat. Ipsum pmōtoriū quo id mare claudit,^d a Cerauniis saltibus inuiū est.

AETHIOPIA.



Ethiopes ultra sedent, f Meroēni Labēt terrā, quam Nilus s primo ambitu amplexus insulā facit: pars quia uita spacium dimidio ferē quā nos longius agūt^h Macrobij, pars qā ex Aegypto aduenere, dicti Automolae, pulchri forma, æqui corporis, parumq;

Ceraunia Pomponio dicta, ut in Europa Asiaq; eius nominis extant: inter hæc uero & ultimo sinus promontorio flexus desertus. Ideo Plinius uigesimonono capite sexti, Hinc, inquit, in ora Aethiopiae sinus incognitus, quod admiremur, cum ulteriora mercatores scrutentur. &c.

AETHIOPIA.



Ethiopes. Haecenus oram Arabicā Mela reddidit, reliqua quae sequuntur Aethiopiis tribuit: quorū regio Aethera prius & Atlantia dicta, mox a Vulcani filio Aethiope Aethiopia, ita Plinius scribit. 30. cap. 6. lib. arma eo Romana intrasse testatus, Pub. Petronio Aegyptijs praefecto duce, Augusti temporibus. f Meroēni. Qui Meroen tenent, de qua in Aegypti descriptione lib. 1. dictum est. g Primo ambitu. Strab. certe à principio. 17. lib. aliam intra Nili alueos insulā supra Meroēn esse ait, quā Sebritæ, qui à Psameticō descuerāt inhabitant: eosq; Sebritas, hoc est aduenas uocatos, cū prius in Aegypto Asmach, hoc est satellites, uel regis Laterones dicerentur, ut lib. 2. Herod. tradit. Dubiū igitur an primo amplexu Meroēn cingat, qd tamē ferē creditur. h Macrobij. Macrobij. Lōgeui, aut priuato loci munere, ut i Scythia Armphei & Hiperborei: aut ppter ea q; in aequatoris tractū uerūt, iuxta quē tēperatā admodū habitatiōē esse lib. 1. ex Alberto & Auicenna ostēdimus. i Automolae.

b Phoenix. Aethiopes atq; Indi discolors maxime & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabiæ Phœnicem, haud scio an fabulose unum in toto orbe, nec uisum magnopere, inquit cap. 2. decimi libri Pli. quem legito. Scribit multa lib. 2. Herod. Philostratus lib. 3. Ouid. lib. 15. Solinus diligenter. Extat Carmen de Phœnice, quod Lactantio tribuūt. Conuenit & in symboli expositione diuus Hieronymus, & libro Hexameron quinto. 23. capite. Ambrosius.

c Quingentorum. Plinius annis sexcentis sexaginta uiuere eū scribit, senescentem autem Casia thurisq; surculis construere nidū, replere odoribus, & super emori: ex ossibus deinde & medullis nasci primo ceu uermiculum, inde fieri pullū, principioq; iusta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem, & in ara ibi deponere. Ita Manilius senator, nobilis doctrinis Doctore nullo tradidit. In ea ipsa sententia & Pomponius est. Tacitus lib. 5. author est, Tyberij tempore in Aegypto uisum Phœnicem, nec dubitat quin id Aegyptijs saepe accidat, sed pleraq; tamen de eo incerta autaq; fabulosius ait. d A Ceraunijs saltibus. Supra Arabici sinus fauces ingentia montana prominent,

Phœnix,

Phœnicis ætas

Hos illos adsignificare uidetur, quos Strabo, sed alio in loco: hoc uocabulo Græci perfugas uocant, Hermelao.
 a Plus auri. Solinus quoque, Macrobij, inquit, iustitiam colunt, & amant æquitatem, plurimum ualent
 robore, præcipua decent pulchritudine, ornantur ære, auro uincula faciunt noxiorum. Nos uero qui CHRIS-
 TUM confitemur, diuerso, ac nescio an probabili instituto, quod rarior est auri apud nos copia, & in eius amo-
 rem tacitus inclinat mortalium consensus, non uincula fontium, ut probe & sapienter illi, sed nescio quid rari muneris
 cælestibus Dijs oblaturi, auro simula-
 cra obducimus, sanctorum ossa huius
 laminis uestientes: quasi uero in cælum
 translati, amare demum incipiant, quæ
 tantopere, dum in humanis agerent,
 sunt aspernati. Porro omnia propè o-

uenerationes, ueluti optimarum alumni uirtutum:
 in illis mos est, cui potissimum pareant, specie ac
 uiribus legere: apud hos^a plus auri, quam Persis est:

Contra nimium
 templorum or-
 natum.

Lex pulchra.

Persius.

Odiosa Hipo-
 crysis.

Delphicus
 demon.
 Hammon.
 Diana.

Lactantius.

mnium ceremoniarum uisa argentea, aut si opibus corradendis feliciter proficimus, auro esse iubemus: ut sit
 quod homines saltem mirentur, si Deos ad illa, ut solent, cæcutire constet. Ita iuuat uide licet sacris in locis opus
 nos desideria prodere, in quibus à uirtute & sancto mentis recessu spectari innocentes oportebat. Tanta stulti-
 tia moribus nostris fauimus, ut præcepti uiolutores, & mandati transgressores eo maxime in loco uideri ueli-
 mus, in quo præcepti rationem, uel conscientia exposulat. Vetus lex est: Ad diuos adueto caste, pietatem adhi-
 bento, opes amoueto: qui secus facit, Deus ipse uindex erit. Cuius libro secundo de legibus M. Cicero meminit.
 Et miratur Persius esse potuisse qui auri usum in sacra admiserint: Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?
 Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine puppæ. Quod si Euangelij conatus in horum animis, qui diuitiarum
 sibi palpantur illecebris, locum non habebat, Gentilium saltem præceptis commoneri debebant, ut à sacris luxu
 arcerent, & CHRISTI seruatoris doctrinam, non nouam, duram ue, aut inaudita seueritate stabilitam: sed
 decentem, ueram, & quam uetustas partim prodidit, obseruandam, imitandamq; intelligere. Ut interim non
 dicam, quam pestilentis illud dissimulationis, quam damnatæ uersutia existat, quod CHRISTI, quod Aposto-
 lorum, quod ueterum Christianorum, hoc est sanctorum patrum, paupertatem & abstinentiam, in templis, in con-
 cionibus, in ordinarijs etiam preculis, nocte dieq; adeo decantamus, prædicamus, præconijs extollimus: nihil in-
 terim à rapacissimis lupis, à portentosis Tyrannis, in foenore censuq; exigendo, in plebis exsurgenda innocentia,
 diuersis nobis, ac à ueteri sanctorum mansuetudine à se diè τασσῶν, quod aiunt, distantibus. Nisi uero maxie Chri-
 stianum esse hodie ducimus aliud dicere, aliud facere, uirtutem admirari, uitium amplecti, terrasq; cælo, & cæ-
 lum terris immiscere: ut cum de cælo loquimur, de cælo quidem esse uideamur: dum terrestribus immergimur,
 uere interim terrestres simus: hoc uno mortaliuum simplicitate satis super eludentes, si altissimam auaritiam par-
 simonia titulo, si insolentissimas animi perturbationes uili laceratq; aut obscuro habitu egregie mentiamur: pro-
 pè omnibus hodie religionis studijs, à solida pietate, tantum non ad forissecus illitos fucos, & nugacia quædams
 uirtutis gloria conuersis, ut mirari amplius nemo debeat, si sint passim, qui tales coram hominibus uideri ue-
 lint, quales in Dei conspectu operum ratione prohibete esse nequeant. An uero, inquis, paruo pietatis studio fie-
 ri putas, quod auro omnium metallorum æstimatissimo, honorum reliquias cingi claudiq; curamus? Nescio: hoc
 scio, nullum hodie talè aut ære, aut auro, aut argenteo, aut gemmis, seu uisendis extimarum gentium monstris templo-
 rum luxum esse posse inter Christianos, quem uetus & delira gentilitas suis moribus non uicerit. Quis Delphici
 demonis diuitias nescit? in cuius delubro inter anathemata ab omnibus orbis regnis delata, quædam non inuas-
 rata tantum, sed solido etiam ex auro sabrefacta cernebantur, tradente Herodoto. Talibus opibus Hammonicus
 Iupiter ualebat, si Diodoro credimus: nec imparibus Ephesie Diane templum illustre erat. Aurelius autem Im-
 perator, ut Vopiscus tradit, quindecim millia librarum auri ex præda unum in templum Romæ contulit. At me-
 lior nobis, inquis, longeq; diuersus auri in sacris usus est. Porro & aduersus in rebus belli pacisq; tempore, si ita
 necessitas exposulet, quod inde depromamus, quod in multorum usum conuertamus, præsto est. Itane? Patere in-
 terim te anxie agere, quod iussus non es: uideq; in illo auri studio, ne animus delitescat Christiano nomine indi-
 gnus. Porro si quod iussus es feceris, curiosam hanc magis, quam utilem deaurandi diligentiam susq; deq; tuleris.
 Illud caue, ne dum rebus aduersis templorum aurum, ceu in Saturni æde reconditum, adeo seruus, insigni testi-
 monio frigere te in Euangelij professione, & contra CHRISTI doctrinam de castino sollicitum esse, præte-
 rea & thesaurizare Deus uideat, conuincatq;. Sed acerrimum ueterum superstitionum oppugnatorem Lac-
 tantium audiamus, qui libri aduersus gentes secundi capite septimo, rem uanissimam & maxime omnium ri-
 diculam Ethnicis opprobriat. Tanta, inquit, homines imaginum cupiditas tenet, ut iam uiliora ducantur illa quæ
 uera sunt: auro scilicet gemmis, & ebore delectantur: horum pulchritudo ac nitor perstringit oculos: nec ullam
 religionem putant, ubi illa non fulserint. Itaque sub obtentu Deorum auaritia & cupiditas colitur: credunt enim
 Deos

Deos amare quicquid ipsi concupiscunt, quicquid est propter quod furta & latrocinia, & homicidia quotidie faciunt, propter quod bella per totum orbem populos urbesque subuertunt. Consecrant ergo Dijs manubias rapinasque suas: quos certe necesse est imbecilles esse, ac summæ uirtutis expertes, si subiecti sint cupiditatibus. Cur enim cælestes eos putemus, si desiderent aliquid de terra? uel beatos, si aliqua re indigent? uel incorruptos, si voluptati habent ea, in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? Veniunt igitur ad Deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in rebus male partis, & corruptibilibus, quam ut aurum oculis hauriant, nitorem leuigati marmoris, aut eboris aspiciant, ut insignes lapillis, uel coloribus uestes, uel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent: & quanto fuerint ornatiores templa, & pulchriora simulacra, tanto plus maiestatis habere credatur: adeo religio aliorum nihil aliud est, quam quæ cupiditas humana miratur. Hæc Lactantius: quibus quid oro aptius, quid uberius, ueriusque in nostrorum seculorum mores dici, scribiue possit? Ita proficimus, eò dementiae studia plerorumque abeunt, ut quod olim grauissimi auctores pro nostræ religionis dignitate, & commendatione in perditos gentium mores, & uesanam superstitionum curiositatem dicta, scriptaque sunt, hodie magna ignominia morum nostrorum, in nullam magis, quam Christianam religionem retorqueri possit. Quod si reuiscat Lactantius, & nostra templa (propè theatra dixissem) ingrediatur, uideatque nihil sculptorum, & pictorum licentia non parere, omnibus oculos & aures mortalium demulcendi magis, quam Deorum gratia instructis comparatisque: præterea in operum mole, in reliquijs resplendentibus, in adytis magno luxu adparatis gloriola quesita, ut de lucello interim & uiscatis aucupijs nihil dicam: quid putas dicturum, qui temendam opinionem adeo inter Ethnorum superstiosa insectatus est? Equidem timere ne istud obiter Lucretij depromeret: o stultas hominum mentes, o pectora cæca, Quilibet in tenebris uide, quatisque periculis Degimus hoc aui? Sed & Hieronymus ad Nepotianum de clericorum uita scribens: Multi, inquit, edificant parietes, & columnas ecclesie substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum CHRISTI nulla electio est. Neque uero mihi aliquis opponat, diues in Iudæa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à domino, quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecudum redemptio erat peccatorum: quanquam hæc omnia præcesserint in figura, scripta sunt autè propter nos, in quos fines seculorum deueniunt. Nunc uero cum paupertatem domus suæ pauper dominus dedicarit, cogitemus crucem eius, & diuitias lutum putabimus. Hæc Hieronymus. Equidem sepe mecum multumque cogitavi, inuidiam alienæ doctrine, an ista magis causa aliqua, moueri illos existimare debeamus, qui magna contentione possum, quæ loquens pictura est, & mansuetissima bonarum literarum studia, à templis, à sacris: immo ab urbibus, & hominum societate, contra ueterum Theologorum sententiã, arcenda esse decreuerunt: & picturam interim, quam mutam possum esse Plutarchus tradidit, tantam licentiã lasciuientem, tanta luxuriantem libertate, sub ipsos templorum fornices, & intima penetralia Deorum admittant. Quorum libidine sit, ut militari habitu cernere cogaris, quæ euangelij pax uestierat: ut atrox, seu, inhumana eius facies appareat, qui mitis, facilis, humilis ad pauperum etiam pedes respexerit: porro torquibus onustas puellas in ipsis cernas adiculis, quæ regnum mundi, & omnem eius ornatum contempserunt. Ita permittimus, ut pro rudium & imperitissimorum hominum arbitrio nostri mores in ea loca transferantur, in quibus omnia à luxu & ab ornatu aliena esse decebat: in quibus nec Polycteti, nec Parrhasij, neque sanè aut Apellis, aut Phidie opera, sed ueteris tantum sanctitatis uestigia, & seuera Christianæ doctrine exempla in crucibus, rotis, gladijs, carceribus, præsentis emulationis studio spectari debebant. Cur non iubeatis præclari uiri, ut CHRISTVM illi nullo auro (auratus enim nunquam incesit) pingant? affectus non suos, sed CHRISTI prodant? simplici colorum fide reddant, ut nudis pedibus inceserit, simplici sumo uestitu cœli iniuriam propulsarit: effigient faciem illam æterna doctrina grauem, capillum hominis neglectum, barbam horridam, corpus fuscum: appingant discipulos, ut coniectis in eum oculis, ut attentis animis, arrectisque auribus spiritale illud animæ renascentis alimentum exceperint: ut didicerint diuitias mundi leues, fastum odiosum, ambitum inanem, cultum umbratilem: ipsumque, ut omnia complectar, mundum negligendum, de crastino non habendam curam: denique ex fide ita uiuendum, ut nec corporis negotio, nec uitæ huius amore deprehendi sese, qui profitentur sinant: quin per fidem in Dei & proximi amore, quacunque aduersitate stabiles, & inuicti tantisper, dum uita durat, accelerent? Pingant illi Paulum à Iudeorum persecutionibus alacrem, ut strenuum euangelij ministerium citra metus, citra fauoris curam obierit: pingant pallesecerem à naufragijs, liuidum à uibicibus flagellorum, squalidum à tot carceribus, spirantem à tot concionibus, nigricantem à tot peregrinationibus: postremo macilentum non alia re magis, quam euangelij labore: ut hoc modo ad paria studia contuentes moucant, inflammet, rapiant. In auro enim & torquibus, in recentissimarum uestium effluxu, nihil mihi adeo aut à Pergea Diana, & Gnidia Venere diuersum prodideris, Veterum illa sære in Idolis excolendis ornamenta, taxata Lactantio,

Lucretius.

Nota.

Pictorum dete
stabilis licentia.Christus pingē
dus.Paulus pingens
dus.

- Templum ani-
mi exornandū.** reprehensa omnium uetustati. Extruc igitur templum animi, ut iactis fidei fundamentis, rationabilis uicissime arā
immaculatam constituas. Nec semper ad ueteres opum figuras respice, spiritalis est lex CHRISTI, carnem
& opes negligit: hæc in corde sita hominis, nisi fide ornari nequit, aurum contemnit, abstinentia nititur, luxum
odit, iustitia, patientia, castitate, & innocentia aurigatur. Hoc cædo, ut admoueam templis, & sarre litabo, ue-
lut ait Perſius. Iam si sunt qui auri ornamenta doctrine, & uirtutum ornamentis anteponunt, tantoq; æstimant
omnium uitiorum materiam, cogitēt
obsecro alicubi terrarum gentem esse,
quæ ex auro fontium uincula fabri-
cet: ut scelerum magis retinaculum,
quàm uirtutis, & sanctæ uitæ orna-
mentum esse aurum tandem uerisimi-
le fiat. Auro, inquis, illi abutūtur, uir-
tute nemo abuti potest: aurum igitur,
quod abuti eo quis possit, leuioris æsti-
ma. Quamquam & scelerum aucto-
res, & supplicij destinatōs fontes ali-
cubi auro ambiri teneriq; si eius tan-
ta copia est, quid prohibeat?
a Quod minus est. Res enim plerumq;
raritas commendat & æstimat: quan-
quam aurum, cum pōdere, nitore, &
constantia, tum ui salubris naturæ in-
ter metalla præstantissimum est.
- b** Est locus. A legatis à Cambyse missis deprehensus, ad quē uisendum Seuerus Imperator cum Alexandriā
uenisset, rei fama permotus contendit, auctore Spartiano. Cæterum nihil à Pomponij sententia diuersa scribit
Hieronymus. Herodotus libro tertio. Meminit Solinus. Diuus Hieronymus in epistola præliminari ueteris instrumenti ad
Paulinum de Apollonio, ad Alexandriam, inquit, perrexit, & Aethiopiā, ut Gymnosophistas, & famosissimam
Solis mensam uideret in sabulo. Quo in loco Aethiopiæ Gymnosophistas tribuit, cæteris frē in India sitos. Nisi
India nomine Aethiopiā ambire uelimus, quod secundo Georg. Virgilij Seruius iubet: cæterum quo auctore
Solis mensa. incertum mihi est. **c** ἡλίου τρεῖς ἄπειρα. hoc est Solis mensam. Nam Græcis ἡλίου Sol, τρεῖς ἄπειρα mensa dicitur.
Cælius, multæ uir lectionis, & quem nominatim citare, uel recentissimum nō pigeat, lib. decimosexto an-
Adagium. tiquarum lectionum scribit, Solis mensam adagio dici diuitum, opulentorumq; hominum domos, omnium rerum
copia ubertim affluētēs, expositasq; in opum necessitatibus, & alimentis. **d** Lacus. Solinus: Est ibidem la-
cus, quo perfusa corpora uelut oliuo niteſcunt, ex hoc potus saluberrimus est. Scripsit Theophrastus, ut libro
31. adnotauit Plin. in Aethiopia fontem esse Licon nomine, cuius aquæ olei uice sunt: sicut in India stagnum Si-
lan Strabo memorat leuissimis ponderibus peruium. In fontium sanē miraculis locupletissima natura, referente
pleraque dignissima scitu Plinio cap. 106. libri secundi. Ipse cum in Sarmatia proximis annis agerem, audiui fon-
**Fontes miri in
Carpatho.** tem esse in Carpathi conualle quadam, haud multorum dierum itinere à Cracouia, cuius aquis maceratum fer-
rum mox semel iterumq; fustum, & ea ipsa restinctum aqua, in æs, quod hodie Cyprium cognominant, uerissime
mutetur. Iuxta itē aliū esse mortiferæ aquæ, nec longe ab his tertium, cuius undæ ut in marginē profluxerint, sta-
tim lapidescunt. Neque est ut de his dubitemus. **e** Penitus accipiat. Quæ undæ tenuitatem indicat, & dul-
cedinem: quanto enim spissior est salsiorq; latex, tanto magis immissa sustinet, ut 106. capite secundi libri scri-
bit Plinius. Albertus secundi Meteororum, tractatu tertio, illo probat, quod ouum recens immisſum aquæ dul-
**Andreas Per-
lachius Styruſ
Lycæones.** ci mergitur, quod in salsa supernat. Quod ita esse uidi, cum experiretur Andreas Perlachius Styruſ, è Collē-
mitiana schola profectus, Astronomus insignium doctrinarum eximie peritus. Asphaltites ergo, quod aquæ est
spissæ & bituminosæ, quæq; iniecta pondera, nulla fabula, sustinere creditur. **f** Lycæones. Lupus est cer-
uice iubatus Lycæon, & tot modis uariis, ut nullum colorem ei dicant abesse, Solino. Plinius in Indis Lycæones
esse libro octauo scribit, nisi exemplarium uitium est. Certū est Plinianam lectionem inibi à Solino, ut sæpe aliās,
conturbatam esse. Tharandum enim inter Aethiopiæ animalia retulit, quem Plinius Scythiæ esse manifeste pro-
didit, non alia causa Lycæonis historiæ connexum, quàm quod colorem mutat **g** Sphingas. Fuscus huic be-
**Trago-
panades** stia pilus est, & gemine in pectore mammae, ut Plinius, & Solinus tradūt. & Diodorus libro quarto meminit.
h Tragopanadas. Aquila maiores, cornua in temporibus curuata habentes, ferruginei coloris, tantum

capite phœniceo. Hos & Pegasus fabulosos existimat Plinius capite. 49. libri decimi, sicut & in Scythia fabulosos Gryphes. a Oras. Quæ supra memoratam Aethiopiã in meridiem & ortum inclinant. b Ripæ. Ob præcipitem asperitatem, qualis in amnium ripis frequenter est, cum litora ut plurimum plana sint.

c Dubium aliquandiu. Quemadmodum de Oceano septentrionali paulo ante retulit. At deprehensum esse ait circumcirca mare esse, cum Hannonis, tum Eudoxi ambitu. Hodie instaurata per portugallia reges nau-

gatione totus circuitus eius innotuit. Nec est dubium Oceano terras claudi pari undarum vi in Austrino latere, cum in oibus, quæ ad uberem aquarum prouentum faciunt, Austrinus polus, seu Zona illa extrema, cum nostra frigida septentrionali cõueniat, ut supra ostendimus. d Hanno. Plinius capite. 69. libri secundi, Hanno, inquit, Carthaginis potetia florente circumuectus à Gadibus ad suam Arabiæ nauigationem eam prodidit scripto. De Eudoxo idem inibi pari sententia, meminit & Strabo pluribus secundo lib. e Muti populi. Meminit horum à capitis trigesimi principio libri sexti Plinius, & in Aethiopiæ descriptione Solinus: par monstrorum uarietas in Indiæ locis, de quibus Plinius secundo capite libri septimi. Augustinus octauo cap. 16. de Ciuitate Dei, existimat monstruosas gentes, aut nullas esse: aut si sint, homines non esse, aut ex Adam ortos, si homines sint. Deus enim creator omnium, qui ubi, & quando creari quid oporteat, uel oportuerit, ipse nouit, sciens uniuersitatis pulchritudinem, quarum

Hannonis nauigatio.

Augustinus.

partium uel similitudine, uel diuersitate contextat. Lege Augustinum, qui melius doctiusq; quam Plinius, cuius

hæc uerba sunt: Animalium hominumq; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum artificio ad formanda corpora, effigiesq; celandas mobilitate ignea & c. tanquam igni celoq; hominis generatio potius, quam homini debeatur. f Ignotus ignis. Plinius, Quibusdam, inquit, ante Ptolemaeum Lathyrum regem Aegypti ignotus fuit usus ignium. Sed conuenit, quod sub Lathyro floruit Eudoxus. De ignis usu quàm com-

modus, frugifer, quàm nostræ maxime naturæ, quæ à crudis rigidisq; abhorret, conueniat, omnes norunt: quamquam & magna nocumenta insunt, & propè inuitata pericula: nihil enim est omnium quod ignis impetum facile subterfugiat. Præterea ex calore seu morbi & celeres, quos inuasisse mortales poëtæ fabulantur, quando Promethei furto ignis usus innotuit. Mundum uero igne periturum præter uetustatē, contra Senecam, fidei nostræ confirmat ueritas. Scribit Rhodiginus octauo libro, hominem quoniam cœleste ac immortale animal sit, igne solum uti, qui nobis in immortalitatis argumentum datus sit, quia ignis è cœlo est, cuius natura quoniam mobilis est, & sursum nititur, uitæ continet rationem. Ideoque in sacris semper eius tantus usus in omni religione existit, cum cæteris, tum uel Romanis Vestali delubro eum pudica uirginitate aliquando custodientibus. Docte autem nimirum non minus, quàm eleganter M. Cic. lib. de natura deorum. 2. triplicem ignem ex Cleantis sententiã facit. Nostrum scilicet, quæ usus uitæ requirit, cõsecratore, & cõsumptore, & quodcũq; inuadit, cum cæta disturbant, ac dissipant. Præterea corporeũ aliũ, qui uitalis est, & salutaris, ac oia in animãtibus cõseruat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit. Tertium Solis esse ait, quod quia oia florent, & in suo quæq; genere pubescunt, ad similem facit huic, qui in corporibus est. Addit & stellarũ naturã flãmẽã, ideoq; futurũ autumat, ut quoniam humido uapore astra, ut pabulo foueantur, absumptis magis magisque humoribus, & augete succitate, mundus olim igne periturus.

ignis magnus usus.

Ignis in sacris.

Triplicis ignis.

Mundus igne periturus.

turus sit. Quod quanq̄ futurum credimus, hac tamen Cicer. siue malumus Cleantis ratione, quæ re falsa nititur, non probatur: ut recte de ea ipsa dubitauerit Panetius. Cæterum & cœlestem ignem, & corporcum, si à tempe-
ramento modoq̄; decidat, adurere, quanquam diuersa ratione constat. *a* Sinu abdere. &c. Satyrus qui-
dam, quum primū ignem uidisset, eumq̄; complecti uellet & exosculari, Prometheus, heus, inquit, nisi caues Hir-
ce, profecto dolebit tibi mentum: urit enim si quis attingat: non ualet ad istum usum, sed lucem & calorem minis-
trat: tum artium omnium instrumen-
tum est, si quis uti norit. Refert fabel-
lam Plutarchus in libello, qui de utili-
tate ex inimicis capienda inscribitur.

b Super eos. In occasum uer-
sus. Est autem opus, ut pro hac Pom-
ponij lectione, Africæ oram interiorē
non eo modo ut hodie secūdam oram
deprehensa est, sed pro ueterum tabu-
larū fide magna parte meridianæ pla-
gæ carentiū, animo prosequamur. Nā
ne Ptolemæo quidem tota nota fuit,
& illi qui circumnauigasse olim ferū-
tur, monstra magis quam terræ situm
commemorantes, cætera in absoluta
reliquere, quod hodie imperiti nauæ
quoque solent. *c* Fœminas.

Fœminæ hirsu-
te.

De ipsâ Plinius trigessimoprimum ca-
pite sexti, Gorgones appellat, et ipsas
insulas Gorgonas, quarum ut alio lo-
co, infra meminit Mela. Pelles his ab-
stractas Hanno cum rediisset incolum-
mis, Carthagine in Iunonis tēplo su-
spendit, quæ adusq̄; eius urbis ruinas
durauerunt. Quod autem sine marium concubitu gignant, fabulosum esse indubium est: nisi Zephyro, in quæ in-
clinant, fœcundas esse eas quis putet, eo modo quo in Hispania Asturum equæ: concinnæ enim illis & hæ nugæ
sunt. *d* θεῶν ὄχημα. Deorum uehiculum, quod in eo Deorum esse sedes uideatur, ita nominat libro se-
xto Plinius. Quoties de hoc monte lego, toties mihi Paradisi situs incidit, adeo incertus nostris, ut quo loco sit,
aut planè quid sit, ipse nesciam. Et est mirum Bedæ traditionem tantum ualuisse, ut tota propè posteritatis co-
hors in eius uerba iuraret. Scripturus fueram hoc in loco quicquam, sed poenituit cōsilij, cum quod cursim illud
& improvida festinatione futurum intelligebam, tum etiam quod offendere eos nolui (immane enim seuiunt)
quorum obstinatio, qua Iudæos etiam antecellunt, nullum amplius querendæ ueritatis scrutinium admittitur.
Nam sunt qui erroribus suis quos ὄτι τε ἐν ὄρω ἰεγὰ obseruare solēt, immori malunt, quàm pati, ut alij scire ui-
deantur quod ipsos præterierit. Aliorum istud esto, ne quis nobis illud obijciat, Sutor nō ultra crepidas. Nō enim
ignoro quanti uiri in ea desudarint harena, à quibus dissentire fortasse piaculum fuerit. *e* Aegypanum.

Aegypanū silē-
tium.

Meminit eorundem Plinius, uerum propius Atlantem primo capite quinti libri, immo in ipso Atlante. Cuius in-
colarum, inquit, neminem interdium cerni, silcre omnia haud alio quàm solitudinum horrore, subire tacitam reli-
gionem animos propius accedentium, præterq̄; horrorem elati super nubila, atque in uicinia Lunaris circuli,
eundemq̄; noctibus micare crebris ignibus, Aegypanum Satyrorumq̄; lasciuiam impleri, tibiæ ac fistulæ cantu,
tympanorumq̄; ac cymbalorum sonitu strepere, celebrati authores tradidere. Spacium quoq̄; immensum & in-
certum iuxta esse ait. Addit Plinius plerosque Græcorum Latinorumq̄; Hamonis Carthaginensis illa loca ex-
plorare iussi, commentarios secutos, fabulosa quedam tradidisse, quorum nec memoria ulla, nec uestigium ali-
quod extet. Quin & Strabo libro ultimo fabulosa multa de interioris oræ tractu ueteres retulisse commemo-
rat. *f* Satyrorumq̄; Satyrorum nihil esse hominis præter effigiem scribit: at homines esse recepta hodie
historia testatur, quæ diuo Antonio Satyrum obuiam factum, quæ situmq̄; quis esset, permodeste respondiisse tra-
dit. Græci σατύρ uirile membrum uocarunt, à quo ipsi existimant esse nomen, quoniam lasciui, & in libidinem
propensi esse crederentur. Sunt iuxta eos & Blemie, quorum Pomponius libro primo meminit, eos truncos cre-
dunt nasci,

Satyri.

tandum uero obiter, locustas dici Plinio, quos deprauate uulgus nostrum Cancros uocat, longe à Cancris gams maris, & quas squillas uocant, alios. Cácer enim cauda caret, Gámarus & Squilla senectá non exuunt, nec crustas mutant. At uero locustæ ueris principio senectutem anguium more exuunt, reuocatione tergorum, ait Plinius. 30. cap. libri noni, & libro quarto de natura animalium Aristoteles testatur: apud quem Theodorus Gaza locustam trástulit, qui Aristoteli κάρατος dicitur, sicut alibi uolucris illa ἀνάγης, quam Parthis quoq; in cibo gratam libro .ii. Plinius scripsit.

ATLANTICI MARIS ORA, ET INSVLAE.

ATLANTICI MARIS ORA, ET INSVLAE.



Hesperidas. Hæ, ut Lactatius apud Statium tradit, Hesperii fratris Atlantis fuerunt filie, ad quas Hercules uenit, &

dracone, qui hortum custodiebat interempto, aurea abstulit poma, ut retulit Ouid lib. Meta. quarto. Historiam perquam diligenter reddidit Solinus. De iisdem lib. 4. Silius: Quid domus Hesperidum, aut luci iuuere dearum Fuluos aurifera seruantes arbore ramos?

Atlas.

b Mons est. Atlantem intelligit, de quo nihil non retulit primo capite quinti libri Plinius, Silius primo libro multis uersibus, Strabo lib. ultimo, & in mundi memorabilibus Solinus. Virgilius Aeneidos quarto:

Iamq; uolans apicem, & latera ardua cernit Atlantis duri, cœlum qui uertice fulcit Atlantis, cinctū assiduis cœnubibus atris Piniferum caput, & uento pulsatur & imbri, Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento præcipitant semis, & glacie riget horrida barba. Fuit hic Mauritanie rex Astronomie studiosissimus, qui, Plinio teste, syderum rationem primus inuenisse creditus est: & quia Herculem ad Hesperidas tendentem motus syderis docuit, uterq; cœlum sustinuisse humeris fertur, quod altissimo in monte cœlum essent cõtemplati. A Perseo, quæ hospitio prohibuit, quod Iouis proles esset, in montem Gorgonis capite uiso uersus est, ut tradit Seruius. Lege Ouidium libro Meta. quarto, Allegoriam super Atlante haud indignam scitu, ex Ioanne Grammatico Cœlius adnotauit libro antiquarum lectionum nono capite. 16. Diximus ante duplicem Atlantem in Africa esse, Heros

Fortunate insule.

doto, Ptolemæo, cæteris fere: priorem Mauritanie, & illum cuius hic Pomponius meminit. e Fortunatæ insule. De harum nominibus, inquit Solinus, expectari magnum mirum reor: sed infra famam uocabuli res est. Meminit earum Plinius trigesimo secundo capite sexti. Sex numero sunt etiam Ptolemæo, quarum qualitas non penitus ad nuncupationem sui nominis congruit, ait Solinus, unica tantum nonnihil fertili, sed calore tamen retro infecta, ut Iuba rex idoneus author tradidit. Fertilissimas Mela putat, ne quis nomen temere insulis datum existimaret.

Ingenium.

d Ingenio. Natura, ut Gellius sexto capite libri tertij de palma, Quoniam ingenium, inquit, eius modi ligni est, ut urgentibus, prementibusq; non cedat. Ouid. lib. decimo quinto: At quibus ingenium est immansuetumq; ferumq;, Armeniæ tigres, iracundiq; leones. e Risu. Planè Sardonio simili, de quo celebre est adagium, cum coactus risus, aut miseriam, qua premitur, aut seruitutem dolorem uel dissimulat. Constat mirabilem passim fontium naturam esse, cum ex Plinij trigesimo primo libro, tum alijs uero idoneis scriptoribus: nec in corporis solum qualitatem, sed & in affectus & scelera. Sicut in Sardinia fontes esse Solinus confirmat, qui oculis medentur, & ad coarguendos fures sunt efficaces. Nam si quis sacramento raptū negat, & lumina aquis at-

Miri fontes.

tractat: ubi periurium non est, clarius cernit: si perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis commissum tenebris fatetur. Philostratus author est libro de Apollonij uita primo, iuxta Tyanam, quæ Cappadociæ urbs est, aquam esse Ioui, ut accolæ referunt, sacram: fons eius frigidus sanè scætat: bullit autem non secus atq;

igne calefactus lebes: hanc puris & iuramenti fidem seruantibus uiris aspectu placidam, & gustu dulcē esse perhibent, periuris uero, & infidis palam aduersari. Epota nanque oculos pedesq; ac manus peierantis inuadit, pustulis ac uomitis totum corpus inquinans: nec discedendi facultas est, palam his quæ commiserint confitentibus. Bene agit, qui hæc locat inter fabulosa. Quamquam audio uulgo credi in Badensibus Thermis, quæ ab Rhenum sunt, fonticulum esse seruētis aquæ, in quem si quis pullum, gallinam uel, aut aliud huiusce generis miserit, facile

Thermæ Badenses.

eo tractu quem feræ infestant, proximi sunt^a Himantopodes, inflexi lentis cruribus, quos serpere magis quam ingredi referunt: deinde Pharusii, aliquando tendente ad Hesperidas^b Hercule dices, nunc inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum inopes. Hinc iam lætiores agri, amœnicq; saltus. Tero-^cta & Berini^c ebore abundant. ^dNigritarum Getulorumq; passim uagantium, ne litora quidem infœcunda sunt, ^epurpura & murice efficacissimis ad tingendum, & ubique quæ tinxere clarissima. Reliqua est ora Mauritanæ exterior, & in finem sui fastigiantis se Africæ nouissimus angulus, iisdem opibus, sed minus diues: cæterum solo etiam ditior, & adeo fertilis etiam, ut frugum genera nō cum serantur, modo benignissime procreet, sed quædam^g profundat etiam nata. Hic^h Antæus regnasse dicitur, & signū quod fabulæ clarum profus ostenditur; collis modicus resupini hominis imagine iacētis illius, ut incolæ ferūt, tumulus: unde ubi aliqua pars eruta est. solent imbres spargi, & donec effossa replentur, eueniunt. Hominum pars syluas frequentantⁱ minus quam quos modo diximus uagi. Pars in urbibus habitāt, quarum ut inter paruas opulentissimæ habēt procul à mari, ^kGildano, Dulbritania: pro-

deplumari uolucrum: si furto subtraxerit, nihil efficere calorem, nec plumas solui, aperto furti iudicio. Iuuat hoc loco, etiam si parum attinet, referre de Thermis Panonicis, quæ ipse obseruauit, & hisce oculis uidi. ^{Buda.}

da, quæ metropolis Vngariæ est, thermæ sunt subtus urbis moenia, inter oceanum & septentrionem, haud ita longe à Danubij ripa, ex humili colle, fonte duplici scaturiente: quorum alter frigidissimus odore sulphureo, alter ita calidus, ut digitum immersum

Buda.

Budenses thermæ.

tenere nequeas, utriusque uberrimo effluxu. calidus aut pisces ferè palmarum res alit, nō paucos in seruentibus undis oberrantes: quorum tamen, dum conquantur, sapor nullus extet. Similes uidi, ac non raro cepi in Carinthiæ thermis alumine tinctis, prope oppidum Villacum magna copia, mirabili in his rerum natura, & uere contra omnem solertia, & industria uim secretis causis triumphante. ^a

Pisces calidissimis thermis innatantes.

Himantopodes. Noti ex Plinio Solinoq; Loricipes. Autololis inibi contraria natura est, nam mira præstant uelocitate. Silius tertio libro: Nec nō Autololes leuibus gens ignea plātis, Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus annis, Tanta fuga est, certat pennæ.

Himantopodes Autololes.

campumq; uolatu cum rapuere, pedum frustra uestigia quæras. De Pharusijs libro primo dictum. ^b Hercule. Berofus libro antiquitatum quinto, Herculem eum, qui Osiridis filius Libycus cognominatus est, Antæum in Libya sustulisse scribit: quem & ad Pharusios peruenisse uerisimile est, superato Atlante. Constat autē in illa loca, ut Plinius tradit, præter Herculem & Perseum, Hannonem Carthaginensem primum ex Barbaris peruenisse, ac commentarios de his edidisse: è Romanis autem Suetonium, Paulinum Claudij auspicijs, quem se consulem uidisse ait. ^c Ebore. Nam & illic elephanti sunt, cæterum Aethiopicis Indicisq; comparati, nothi, hoc est spurij, ut primo libro dictum est. De Berinis & Terotis ex innumera gentium ea litora habitantium multitudinem nihil quod afferrem reperio. ^d Nigritarum. Hi iam sunt noti, sed à Nigri flumine dicti Nigritæ. De Getulis alibi retulimus. ^e Purpura. Plinius sexto capite libri trigesimi quinti, purpuras fuisse præstantissimas, Tyrias, Getulicas, & Laconicas scribit, quibus Puteolanas confert. De Maurorum moribus antedictum est, lege Procopium libro belli Persici quarto. ^f Fastigiantis. In angulum contrahentis, ut libro primo ostendimus. ^g Profundat. Edat, fonte nata. ^h Antæus. Hic Neptuni, & Terræ filius creditus, sexaginta cubitis adcreuisse fertur. Strabo ultimo libro scribit Gabinium Ro. scriptorem apud Lingem Antæi sepulturam esse tradidisse, & tibiam cubitorum. 60. quam à Sertorio nudatam fuisse ait, & rursus terræ mandatam. Quod indicat creditū esse id quod refert Pomponius non licuisse nudata eius ossa iacere propter imbres Barfos. ⁱ Minus uagi. Quam Getuli, quicq; supra eos degunt, ante recessi. ^k Gildano, Dulbritania.

Elephantes nothi.

Nigritæ.

Purpura optima.

Antæus.

De his urbibus nescio an alibi legerim. At Pomponio danda fides, haud longe ab his oris nato. ^a Sala. ^b Lixus. Fluvio, cuius Plinius meminit cognominis. ^b Lixo flumini Iunxo proxima. Eadem Lixa, Lixus, Lixum, itcmq; Lixo atque Linxum: ipse autē amnis etiam Lix Ptolemæo & Antonino nominatus, ut à quinti libri principio apud Plinium Hermolaus docuit. De Gna, quod sciam, nec Plinius, nec Strabo meminit, nec sanè Ptolemæus. De Ampelusia unde coeperat, primo libro legito. ^c Operis huius, atque Atlantici. Eleganter admodum dictum: nam quod in terræ situ alibi finem facit, hic decursum secundum tot ingentium terrarum oras stilum cohibet. Pari elegantia Horat. 1. sermonum Saty. 5. itineris sui claudēs nomenclaturā, ita ait: Brundisiū longe finis chartæq; uicq; est.

pius autē ^a Sala & ^b Lixo flumini Iunxo proxima. Ultra est coloia & fluuius Gna: & unde initiū fecimus, Ampelusia in nostrum iam fretum uergens promōtorium, ^c operis huius, atq; Atlantici litoris terminus.

LIBRI TERTII, ET VLTIMI POMPONII
MELAE, ATQVE VADIANI
COMMENTARIORVM
FINIS.

IOACHIMVS

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS
CANDIDO LECTORI.

Habes tandem candidissime lector, quisquis es (omnem enim bonum candidumq; compellare libet) in tres emendatissimos Pomponij libros , utcunque absoluta, & intra paucos menses subcisuis laboribus à me conscripta scholia, quæ boni consulas uelim. Id enim, bona numina testor, cum hunc laborem suscepissem, unice erat in uotis, ut ratione studiose iuuentutis habita, doctis per Germaniam uiris testatum facerem, operam nostram seuerius, si quando foret opus, efflagitatam nulla in parte studiorum utilitati pro uirili defuturam esse, modo intellexerem nõ ingratos futuros eos, quorum gratia laboraremus. Quod ad me attinet, nulli gloriæ locus esto, nam nulla me urget ambitio. Quod si pro genuino illo amore, quo sibi humanæ fragilitatis sollicitudo blanditur, curandum est, ne inglorij planè, ignotiq; apud posteros simus, uixisse me alio in opere tum testabor, cum & firma magis erit lectio, & ipsa quæ sapientiæ cõdimentum est, ætas auctior fuerit: neq; id quidem Hercule alio studio, & ut prodesse multis pergam, tantum Deus optimus maximus uitam mihi longiorem esse uelit. Scio non defuturos qui modestiam nostram non agniture, uerbosa nos commentaria edidisse contendent. Liberum sit illis, uocare quo uelint nomine. Ego tenuia breuiq; prægustamenta, in tanta cœli, terrarum, gentium, oppidorum, marium, fluminum, montium uarietate, quæ scripsi ægre ab initio scholiorum titulo dignabar, quod uiderem minimum esse ex immensitate quadã intermina quod deprompsissemus, etiã si longius fuissemus, quàm ipse author, quæ interpretati sumus, scripsimus. Porro quod noscẽda terræ studium intermissum hodie à nostris magna parte intelligebam, non potui abstinere, quin passim ex nobilibus authoribus in medium adductis locis, hisq; paulo diligentius expositis, quæ non uulgaria, aut omnino protrita uiderentur, studiosam iuuentutem admonerem, quanta ingenuis illis studijs neglectis, in caligine ignorantie uersaretur, quantaq; cura, studio, diligentia optimi quique & receptissimi scriptores, eas artes, quæ hodie uel doctioribus quibusdã despectui sunt, tractauerint. Quamquam pro ueritatis custodia sine discrimine recẽtissimos, simul & uetustissimos in his scholijs nostris citauerim, aliam rationem secutus ac illi solent, qui contra ueterum consuetudinem ita desitæ uetustati inhiant, ut neminem iuniorum suæ paginæ cõcedant locum: tanquam aut illis præclusa industrie uia sit, animis nostris penuria quædam rerum emorientibus, aut hi non uel recentissima ediderint, quando quod multiplici lectione & uaria experientia comparatum esset, ediderunt. Et est aliàs nusquam maior recentioribus adhibenda fides, quàm in terræ noscendæ situ, in gentium moribus, in naturæ locorum perquisitione: mutantur enim pleraque intereuntq;, quæ dum illi scriberent, maxime florere. Minime uero dubites candide lector, urbes multas à Pomponio redditas, quarum ne rudera quidem hodie extant: earum nihilominus ita nõs meminimus, ut extare etiamnum & florere uideri possent, quod non absq; consilio factum est. Nam dum ipsam animo uetustatem sequimur, dum historicos, poëtas, eosq; qui insignes naturæ uires scrutati sunt, legimus, euenire solet, ut nisi promptam uel eorum quæ desierint memoriam habeas, nihil proficias. Quot claras urbes in Catalogo illo suo græci roboris in Troiam euentis Vatum pater Homerus enumerat, quarum pauca extant? Quot Maro passim? quot Thucydides? quot Liuius? ut alios præteream. Quas scire præstat, non ubi sint, sed ubi fuerint: porro & illud prudentiam inuolat scire, quo modo plurimæ ex illis interierint. Nemo uero miretur me nihil, aut parum in recentia passim euagatum esse nomina, nec tradidisse quæ hodie urbes terrarum potissimæ, quæ gentes, qui mores supersint. Regũ illud onus est, & uictorium gentium, non nostrum: & tale quidem ut uni alicui fides dari non facile debeat, nisi multa eruditione & mathematicis in primis doctrinis præstiterit. At sunt hodie fistularia pœna digni, qui lucri gratia quas libet picturas modo illæ gratiam ex coloribus monstrisq; interfertis pariant, imperitæ plebeculæ ostentare audent, nugæ suas celatum iri sperantes, quod exterarum gentium immanitate, ne Europa quidem tota nobis hodie pateat. Ad Pomponium redeamus, quem multis in locis emendatiorem factum cognosces, cum priuata diligentia, tum exemplaris scripti fide, cuius mihi ex Andræ Stiborij Mathematici libraria supellectile copiam fecit

Georgius Collimitius Mathematicus doctissimus, Andræ quidem dum in humanis esset,

discipulus: nunc illo mortuo, in nullo doctrinarum genere doctissimo


præceptore minor. Cui gratias haberi uelim,

quod eo beneficio & Melæ
nitorem,

& studiosorum commodum maxime inuuit. Consue-

fer nostra alijs, & ita esse
fateberis.

Gorgius Collimitius.





LOCA ALIQVOT

EX POMPONIANIS COMMENTARIIS REPETITA,
indicataq; in quibus censendis, & æstimandis Ioanni
Camerti Theologo Minoritano, uiro doctissimo,
suis in Solinum enarrationibus, cum Ioachimo
Vadiano non admodum conuenit.

DE VADIANICIS, HOC EST NVMERIS OMNI-
bus absolutissimis in Melam Cõmentariis, Ad D.
Ioãnem Fabrum suum, literatum literatorumq;
Mecœnatem pientissimum Ioannis Alexandri
Brasiciani Elegadion.

Cum passim auratis studiis Germanicus orbis
Surgeret, Oenotriis clarior ingenii:
Cum passim uariis campis Germanicus orbis
Luderet, herbam omnem pollice utroque ferens:
Scripta Melæ nigri tenebrosa ubi $\pi\acute{\alpha}\delta\delta\alpha\varsigma \acute{\alpha}\theta\eta\nu\kappa$
Vidit, in omni ugos diua benigna libros:
Concilium indicit superum uenerabile, & atras
Qui pulset nubes, quærit habere Melæ.
Postulat ante omnes genii Vadianon amœni,
Cuncta ait hunc medica posse iuuare manu.
Iuppiter accedit, Cyllenius annuit, omnes
Pierides plenis dant sua puncta modis,
Dexter Apollo fauet, iustoq; adspirat amice
Iudicio, haud cunctis notus Apollo uiris.
Docte Faber, quàm se noster superarit amicus,
Quàm liquidis uincat Pallados auspiciis,
Inuidia ipsa probat, Momus probat ipse seuerus,
Germani laudant lumina clara soli.
Quinetiam externos sensus si ex ordine uertes,
Vndique par priscis stat Vadianus auis.



IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS DOCTISSIMO IOANNI FABRO, REVERENDISS. EPISCOPI CONSTANTIENSIS VICARIO, COLENDISSIMO DOMINO, ET SYNCERRISSIMO AMICO S. P. D.



Camertis laus.

Camers à Vadiano dissentit.

Vadiani synceritas.

Qua causa Vadianus ad respondendum motus.

Doctissimos quosque Vadianus appellat, & Fabrum in primis.

Ecognoscenti mihi proximis mensibus, amplissime Faber, inabsoluta illa nostra in Pomponii Melam commentaria, ut excusa typis denuo cura, & expensis Lucæ nostri Alantsei bibliopole, in multorum manus auctiora paulo, atq; emendatiora exirent: commodum adulescens quidam è Vienna profectus, Ioannis Camertis in Iulium Solinum enarrationes attulit, plenas doctrinæ, & diligentie, ac oibus modis tales, quales oli futuras in editis ante scholijs nostris præ sagiebamus. Nam acre ingenium hominis, studium indefessum, & multiuariã lectionem, ab his fere annis, quibus illo per adolescentiam præceptore sum usus, non ignorabam. Has cum propere, & in transitu reuoluissim, ai aduertit Camertem, secunda editione non expectata, nõ paucis in locis, hisq; maxime de quibus minime suspicabar, non admodum conuenire, necum, porro & temeritatis nota haud ita merentem taxare. Quod sanè suorum cõ nostris collatione facta, non difficile deprehendet quisquis legerit: etiam si à me nominatim indicando pro confessa fortassis amicitia nostra passim abstinuit. Id ego primum apprimè miratus, cum alijs de causis, tum maxime, quod præter opinionem id inijsse consilium Camertem deprehendissim, quo nec iustis, nec multum attinentibus causis, nostræ se diligentie opponere uoluerit: dolere fateor cœpi, neq; Hercule parum: uidebam enim ita me inuito cecidisse, ut retinendæ, aut certe explicandæ ueritatis studio, ab eo mihi uiro dissentendum foret, cum quo partim doctrinæ & humanitatis, partim perspectæ amicitie nomine, nunquam antea non sensissim. Postremo complura animo uolenti, & de Camertis uoluntate cogitanti mihi optimum factu uisum est, ut quoniam ab officio nostro, & candore alienum non esset, singula obiter loca ex nostris in Pomponium commetarijs, quibus mihi Camers offendi uidebatur, cum sua legerem, huc huc deprompta, ac seorsum spectanda, cum alijs eruditissim tibi cum primis acerrimi iudicij uiro proponerem, ne quis post testatam utriusque monumentis mutuam bene uolentiam nostram, aut emulationem quampiam iniquiorem, quàm amicitie ferret nomen, qualis mihi cum Camerte nec est, nec unquam fuit, aut aliud quidpiam non attinens, & nostræ culpæ tribuendum, qui illa legeret, suspicaretur, simul ut candido lectori quisquis ille foret, consilij nostri & sententia, qua pleraque omnia tradidissimus, rationem redderem. Fateor autem ingenue tacere me potuisse, & Camertis placita, quæ non ualde offendent, eruditi lectoris collationi, simul & iudicio bonaspe committere, modo aliquis mediocris literaturæ censor obstrepuisset. At uero ubi tanto uiro displicere mea semel cœpissent, nusquam ab eo aut citata, quod sciam, aut recepta, nisi ubi acriter castiganda ueniebant: & ego ueritatis studio ductus, iustissimis mihi causis motus uiderer ad ea tradendum, quæ ille carpit, minime tacendum esse putauit. Ea de re bonam in partem accipiã uelim, qui hæc nostra sunt lecturi, simulq; persuadeat sibi, me merito culpandũ fuisse, si ab optima causa, & attentibus nixa rationibus cecidissim, & autoritatẽ ueritati prætulissim: maxime quod libere decernendi optimis quibusq; & doctissimis uiris copiã faciam: idq; interĩ bona fide tester, pluris apud me esse (modo ipse permiserit) Camertis amicitiam, & tot annis cum in clarissima Viennensi academia profiteremur, sancte custoditã familiaritatem, quàm ut ulla literaria uelitatione per me uiolatam, aut tractatam indecentius cuiquam uideri uelim. Saltẽ hoc mihi, uel inuito in hanc inuandæ ueritatis harenam tracto, detur ut uel Europæ testatum faciam, me in his æstimandis, quæ Camerti stomachum mouerunt, non usque adeo protritis fortasse, & uulgatis, nec alieno adeo iudicio, nec perfricta, prostitutaue fronte fuisse. Quod ipsum si tu mihi ante alios doctissime Faber, qui non iniuria Camertis eruditionem admirari, amplecti, & prædicare, uel me monitore soles, ex hac secundaria palillogia, seu mauiis, declaratione nostra, non dabis, & pro doctissimo alioqui, & plurimæ lectionis homine Camerte nostro pronunciaueris: ita me ad quamuis palinodiam acingam, ut non solum errata, quæ admiserim, ingenue sim agniturus, uerum etiam gratias acturus meliora indicantibus, quod me decepto, denuo ueritatem nauiter inuenerint. Lege igitur ò Faber decus literarum, confer, iudica, & posthabito fauore acerbis oculis nostra dispice: ita nanque paratus sum animo, ut uelim non tam alijs eruditissim, quàm tibi, errorem indicanti submisso cedere locum. Vale, & iudica. Ex

Imperiali ciuitate apud diuum Gallum,
Idibus Aprilis,
Anno M. D. XXI.



Pud Pomponium lib. ij. in Italiae descriptione, Iulij Solini, & C. Sempronij locum, quem de urbis horoscopo & Tarutij autoritate attulerunt, primus, quod sciam, omnium, nec laceffendi, deum testor, nec doctrinae uenditandae nomine, à Collimitio meo aliquando monitus, ut corruptum & erroneum annotauit. Nec usquam dixi ita aut Sempronium, aut Solinum sensisse, sed in hanc sententiam retulisse. Camerti nobiscum in errore à me indicato, conuenit. Hoc male habet, quod ingens erratum Solino & Sempronio ascripserim: quasi uero male audire Solinus non debeat, quod manifeste falsa suis insulserit, quando non alio magis nomine Caius Plinius eruditorum iudicio incessitur. Et quemadmodum lusciosos esse deprendimus, qui ad saxum truncum uel quamlibet magnū impingere solent: ita certe nec doctrinae, nec diligentiae, iudicio tribueris, si grandia quis errata praeruaricando transmittat, maiori culpa, si pro ueris, quae sunt falsa, recipiat. Equidem quod in haec uerba scripsi: Error ingens C. Sempronij & Iulij Solini. &c. credo ea mihi ratione licuisse, nullo nouo dictionis genere usurpato, qua plerique omnes errorem Plinij, aut locū Plinij uocare haecenus sunt soliti: qui tamen, si Camertem auscultamus, nō Plinij sit, sed eius potius ex quo in sua isthaec trāstulit. Quanquam si ita sensit Tarutij motus autoritate Solinus, quis eum transmissio errore hallucinatum esse neget? Si minus, quae impostura fuerit in historia tradenda autoritatem ueritati praerferre? & cum Tarutio errare malle, quam cū Plinio bene sentire? Sed aliorum, ais, hoc negocium esse uoluit, bene ne an male Tarutius. Probe teneo. Abstiniuit igitur à iudicādo. Cæterum ita abstiniuisse, uelis nolis, fateberis, ut eius dissimulatio erroris suspitione non careat. Porrò quid Tarutio tribuendum existimarit Solinus, paulo acrioris iudicij lectorem, uel his suis uerbis intelligere posse autumo, cum inquit: Sicut L. Tarutius prodidit Mathematicorum nobilissimus. Putamus Solinū hoc honore Tarutium dignari potuisse, si hominis autoritatem fide & ueneratione dignam non existimasset: rursum Tarutij horoscopus in medium afferre ceu insignem, qui falsum tamen esset, & erroneum uideret? Equidē C. Solinum nunquam ita humanis exuam, ut nec labi, nec errare eum potuisse mihi persuadeam. Quod si quis in Solino modestiae tribuit paruisse Tarutio, si modo par sit, ac non credidit potius: belle fero, modo mihi diligentiae plus quam dissimulationi tribuenti molestus ne sit. Arbitror autem ueteri lectioni Tarutianae uitium librariorum culpa, ut saepe fit, inditum, Planetas nec his in signis quibus ille, nec eodem ordine censentium. Nam ut à L. Tarutio assertum credam, quod illi referunt, adduci nō possum, ratione semel in Commentarijs nostris reddita: cum hic uel Solini testimonio mathematicus nobilissimus, & Chaldaicarum etiam literarum peritus, solius doctrinae opinor nomine M. Varroni & M. Ciceroni familiaris esse meruerit. Nec eū à Cicerone, ut imperitum caelestium, aut astrorum motus nescium uideo rideri: odiosum enim hoc foret, uel in Cicerone: reijci uideo & contemni, ut nimium Astrologiae tribuentem, quippe qui fata urbis ex astrorum se positura tenere affirmarit. Quae de re sententiam meam hoc in loco non interposuerim. Id sanè constat, Astrologiam prognosticis audentem, & fata rerum ex occulta quadam astrorum ui depromentē, non tam ab alijs, quam à M. Cicerone eo ipso in loco, quem Camers citat, imprimis male audire. Cæterum caelestium corporum motuumque doctrina praestantes uiros, qui adeo haecenus riserit reiecerit ue, scio ex ueteribus neminem. Coelestes animi, quibus haec cognoscere primum, Inque domos superas scādere cura fuit. Porrò quod non pauci de conditae urbis origine diuersa tradidere, plerique etiam fabulosa, ad Tarutij locum intelligendum aestimandumue nihil facere arbitror: dummodo constet

L. Tarutius Ciceroni familiaris.

Ouidius.

certis in signis fuisse Errones eo ipso die quo Roma coepta est condi, idq; Tarutium ad amissim, ut aiunt, referre uoluisset: post accidisse, ut quae probe ille tradidisset, librarium corruerit oscitantia, errore grassante, qui hoc modo & Solino & Sempronio imposuerit.

2 Libro. ij. Melae, ubi de mediterranei maris insulis spoliis septem à ueteribus nominatas indicauit, solum Seruium nullo authore nouem fecisse. Miratur Camers esse potuisse, qui non animaduernerint eundem authorem alibi septem nominasse, & in hac uerba insit: Quo in loco quidam, qui Seruii uix umbram referunt, durius quam par est, laesae quasi maiestatis eum accusant: miror plurimum eos non aduertisse alibi à Seruio scriptum esse has insulas non nouem, sed septem esse. & c. Ego me Hercules, qui tum Singrenio Chalcographo spectatissimae fidei uiro teste, celerrime, ne officinam morarer, cōscribebam, nō animaduerti id alibi à Seruio dictum, cuius tamē nullum in Maronis opera uerbum extat, quod non legerim: de hoc tantum mihi loco, qui est Aeneid. i. referre libebat, idq; non pro nostra solum, sed Hermolai quoq; Barbari censoris, minime credo liuiduli sententia, qui super nono cap. tertij naturalis historiae Plinij, illud, inquit, in transitu monuerim, omnes ueteres insulas Aeolias septem esse dicere unum Seruium, nullo authore, nouem. & c. Atqui Hermolaum ita doctrinae Seruianae umbram in omni disciplinarum genere retulisse existimo, ut eum ipsum uel Solino non dubitem antepone: Nec ambigam in opibus naturae calamo reddendis, in succincto floridoq; illo scribendi genere, post Plinij praesertim recognitam historiam id praestare Hermolaum potuisse, non multis mensibus, quod Solini nobis lucubrationes reliquerunt. Hermolao autem Philippus Beroaldus accedit, uir eximiae doctrinae, & omnibus modis doctior, quam ut adeo false à Camerte morderi incessitq; potuerit: cuius in Seruianis illis annotationibus eadem sententia est. Quod si diuersum Seruius alibi sensit, estq; sibi Camerte iudicante contrarius, nihil miror: cum sit humanum & proclive magnis uiris in leuiculis quandoq; rebus labi. Verum enim est illud Horatij: Atque opere in magno fas est obrepere somnum. Quale certe & hoc è Solini somno est, quod Iolaum interim Iphicli, interim Aristaei filium, tanquam sui oblitus, ut Hermolaus ait, fecit. quem locum equidem miror Camertem nostrum cum Hermolao acerrimi iudicij uiro agnoscere, ut erroneum non maluisse, quam tot parergis, ne demum memoria destitutum Solinum crederemus, oblinere.

Laus Hermolai.

Solini Somnus.

3 Apud Pomponium lib. tertio in Aethiopiae descriptione, ubi de Lycaonibus scripti, certum esse Plinianam lectionem lib. naturalis historiae. viij. ubi de Lycaonibus, à Solino, ut saepe alias, conturbatam esse. Hoc ipsum cum obseruasset Camers, indignatus, apud Solinum sic scripsit: Nec uerum est à Solino Plinianam lectionem conturbatam esse, ut quidam existimant, cum haec fera tam in Aethiopia, quam in Indis reperitur. & c. Equidem non ea gratia dixi conturbatam à Solino Plinij lectionem, quod in Aethiopia Lycaonem censeat, cum in hoc cum Mela maxime cōueniat: sed propterea quod Tharandum feram colorem mutantem, sicut & Lycaon, in Aethiopia censuerit, & in Scythia hoc animal esse tradat cap. xxxij. lib. viij. Plinius. Dignū autem admiratione fuerit, quid adeo Solinum impulerit, ut à Plinio suo, cui totam ferre operis sui sceturam debet, ita dissentire uoluerit, ut non Lycaonem solum, quem in Indis spectari Plin. ait, uerum etiam Tharandum, quem capi in Scythia non dubitauerit, eodem Plinio teste, ipse in Aethiopia quaerendum existimarit. At Camers, possibile est, inquit, ut in utraq; regione Tharandus proueniat. Itā ne? Possibile est, & in Alpibus nostris Crocum nasci. Equidem non quaero quid possibile sit, sed quid de Tharado Plinius, quid rursus Solinus tradat, quod si authorem à Solino alium Ca

Tharadus Scythiae.

mers appellauerit, qui Aethiopiae Tharandum donet, pedibus in eius sententiam uadam. Quanquam constat, id naturam in terrarum animabus discrimen seruasse, ut quae in Scythia & septentrione insignia sint animalia, ea rarius in Indicis Aethiopicisque spectari: rursus innumera esse meridiani tractus animalia insignia, quae Scythia prorsus ignoret. Quod si quae utrinque oberrant, authorum illa testimonijs indicant. At Plinius Tharandum multis describens, in Scythia eum, non in Aethiopia locat.

Libro. ij. Melae, ubi de Rhamnunte fit mentio, dixi haud dubie hallucinatum, ut plerumque solcat, Solinum uideri, quod signum Phidiae Dianae nomine donarit, quod Pomponius tamen, & plerique omnes, Nemesis esse tradant: quanquam de authore non admodum conueniat, Pomponio Phidiam, Plinio Agoracritum indicante. & c. Quam annotationem nostram Camers cum obseruasset, indignatus, Hinc, inquit, Solinum, ut solet plerumque, hallucinatum dicunt. Quid si utriusque Deae signum Rhamnunte fuerit: a Phidia unum, alterum uero a Diodoro, uel Agoracrito sculptore confectum. Quid si rursus eadem fuerit Nemesis & Diana? & c. Primum hanc clausulam, (ut plerumque solet) ex Hermolao mutuatus sum, qui primo cap. v. libri Plinij de Solino sic: Nam in Solino corrupte, ut plerumque, Rutulorum pro Autololum, & c. Quod quia modestius paulo quam ego dixerim, Hermolaus prodidit, sententiae haud dubie meae reddenda ratio est. C. Plinius, cuius simiam Solinum esse propter addictissimum imitationis studium, magni uiri tradit, lib. xxxv. narrat Agoracritum sculptorem Athenis ab Alcumene condiscipulo suo (ambos Phidias erudit) iniquis populi suffragijs uictum, signum suum ea lege uendidisse, ne Athenis deinceps foret, & appellasse Nemesis. Id positum est, inquit Plinius, in Rhamnunte pago Atticae. & c. Apage dicat mihi quispiam, cur a Plinio suo, & ueteribus, ipsorumque cuprimis authore Agoracrito, qui non sine causa opus suum praeclearissimum, bona spe uindictae, quam a posteritate sperabat, Nemesis, non Dianam uocari uoluit: cur inquam ab his diuersus Solinus Dianam, quam Nemesis uocare maluerit? Sed Camers: Quid si utriusque Deae signum Rhamnunte fuerit: a Phidia unum, alterum a Diodoro uel Agoracrito, & c. Doce id nobilium scriptorum testimonio, & recantabo quod haecenus intedi. Interim ego grauium authorum testimonia leui coniecturarum aurae anteponeam. Varro, Plinius, & Pomponius in celebratissimi simulacri nomine conueniunt, etiam si de authore dissentiant: quod euidenter tamen argumentum sit Nemesis dictam, non Dianam, quam aut Phidias aut Agoracritus fabrefecerit. Rursum inquis: Quid si eadem fuerit Nemesis & Diana? Demus, nihil secius interim ex Agoracriti consilio palam fit, Dianam uocari non potuisse, quando aliud in Nemesis, aliud in Dianae uoce intelligitur, & Agoracritus iniquo populi iudicio reiectus, ultricem deam, hoc est planè ipsam Nemesis delegerit. Quanquam, quod sciam, nusquam legi, idem harum deorum unquam numem fuisse creditum: ne autem meae imperitiae fauere uidear, nil morabor, & herbam tradam, si quis mihi idem fuisse Nemesis & Dianae numem ex classicis, & assiduis authoribus ostenderit: tantum abest, ut friuole quicquam a nobis pronunciatum esse uideri uelim. Nec aliud hercle, nisi fallor, Coelius in antiquarum lectionum opere, loco quem Camers citauit, indicat, quam a Lactantio creditum eandem Ledam esse & Nemesis, etiam si Aufonius eas disparauit: porro & alios fuisse, qui Adrastiam & Nemesis pro eodem numine acceperint. De Diana interim nihil ille meminit. Quae de re ne pluribus candidi lectoris iudicium morer, & ut in uniuersum semel de leuiculis huiusmodi Solinianis lapsibus finiam, atque indicem me sane nec industriam, nec nomen nostrum in his indicandis, tanquam in praeclearo quodam, plenoque doctrinae negotio literarum, uenditare uoluisset: profecto non aliam ob causam studiosae literarum iuuentuti, cui tum maxime laborabam, loca eiusmodi subin-

4

Agoracritus
sculptor.Nemesis.
Diana.Cur Solini lapsus indicarit
Vadianus.

dicare uolui, quàm ut sibi incauta alioqui caueret, rectius cum alijs, quàm cum Solino sensura, incolumi interim nihilosecius tanti uiri autoritate: quando idem ante me Hermolaus Barbarus, alijq; non pauci fecissent. Quis uero tam impudens, quis tam iniquus esse uelit, ut Solino propter unum & alterum erratum, doctrinae simul & iudicij ornamenta adimenda esse existimaret? & quemadmodum Stoici sapientem effigiant, qui nusquam gentium reperitur: ita illi eum solum doctrinae nomine dignentur, qui necubi errarit, aut nunquam uel leuiter magno in opere connixerit:

*Obiter annota-
tes facile labi
tur.*

quando diuinum sit, non humanum, tale quid praestare. Iam uero notum est, quàm facile lapsus huiusmodi carptim atque obiter annotantibus irrepere soleant, quin & durare plerumq; si extrema lima stringi opus non detur: quam certe occasionem denegatam sibi ipse Solinus liminari ad Autium suum Epistola cōqueritur: quem quidem, ut indignissimum sit, imperitiæ nota premi, ita sanè fatendum puto, multa in esse operi suo, quæ incuriæ suspicionem non carent. Qualis & ille ante alios insignis locus est, ubi Antiochum scribit Centaretrij in praelio occisi equo oppressum: cum Plinius, viij. libro dicat Centaretrio id contigisse, Antiochi equo insidenti. & c. sensu

*Plinij lectio à
Solino contur-
bata.*

simul & lectione omnibus modis inuersis & conturbatis. Praeterea & ille, quod ternis non amplius mensibus iuxta Taprobanem nauigari Plinius confirmat, Solinus manifesto acceleratae scriptiois argumento quaternis mensibus id tempus finit. Eodem pertinet, quod Iassum Babyloniae urbem esse credidit: nec est (quod Camertis pace dictum uelim) ut de hoc dubitemus, cum Hermolao ita monente, tum propè confessa erroris occasione ex ipsis Solini uerbis apparente, ut interim uetustissimi exemplaris, cuius mihi ex Sancto gallensi Bibliotheca nuper copia facta est, spectatae fidei lectionem non afferam. Etenim Plinius cum capite. viij. noni lib. Babylonis meminisset, in qua Neptuni sacerdotio puerum à Delphino amatum, Alexander magnus propitij numinis indicium ratus, praefecit, Iassi urbis ita meminuit, ut quo in loco, quae ue regione sita foret, inibi non meminerit: quæ res quàm facile Solinum memoria fortasse lapsum, inducere potuerit, ut Babyloniae esse Iassum crederet, candidus lector non difficile intelligit, Pliniana praesertim lectione ad Solini locum illum adhibita. Quandoquidem nec accersiti ex Caria ab Alexandro pueri ulla in Plinio mentio sit, referente id tantum ex Athenæo Hermolao: nec sanè aliquid obstat, quo minus Plinianum locum repete intuenti, haud ita procul à Babylone Iassus abesse uideri queat. Adde quod & mare alicubi Babyloniae litus alluit. Sed nemo mihi, ais, persuasurum, ut loci quo Iassus foret, tum haud meminisse Solinum credam. Obsecro te, an non saepe istud magnis uiris accidit: extra ingenij etiam aleam positus, ubi imperitiam aut

Lucanus.

ignorantiam ne suspicari quidem, nisi magna impudentia possis. Lucanus in Thessalia Dorion situm putauit, quod in Thessalia ex Homeri & Statij autoritate Hermolaus docuit: & fuere qui Tomon illam Ouidij exilio memorabilem in Colchidis litore statuerint, quæ in Thracia sit. Facit hoc securitas quaedam doctrinae, & exercitata fiducia lectionis: cuius persuasione, dum maiora urgemus, in opere praesertim miscellaneo, ubi tot rerum, tot uocum meminisse oporteat, leuiculi id genus lapsus non opinantibus obrepant, leui culpa, siue incuriæ magis quàm crimini tribuendi: quos certe sicut ingenuum est indicasse, ita non satis dextri mihi iudicij uidetur, quod uis diuinare malle, quàm erratum leui culpa admissum fateri, de quo doctiores tamen iudicio adhibito pronunciauerint. Equidem huius loci gratia, cuius à principio meminimus, haud ulla Tragœdias mouerim: cum uideamus Amyclas silentio perditas, quæ in Italia extitere, Solinum in Graecia quaesiuisse. Nec unquam in eum scopum collimauerim, ut ueteris lectionis fidem subruendam contra doctissimorum hominum existimationem contenderem: quam adeo libenter ut inuiolatam agnoscit Hermo-

Iaus ille Barbarus, cum quo me Hercules in reliqua Solini incuria passim taxata, *Hermolai laus.* pro Camertis alicubi sententia, errare tutius fuerit, quam cum eo inferioribus, qui ariolatricem coniecturam sectantes, quo certius hominem exuisse, hoc est, non errasse Solinum credamus, in omnia sese uertunt, uerum dicere.

Libro. ij. Pomponij, ubi de Danubio sit mentio, scripsi falsissime omnium de Danubij ortu tradidisse Herodotum, qui Pyrenæis eum iugis fontes habere credidit. mox subiunxi, in eadem sententia Aristotelem fuisse, ex libro eius de Meteoris secundo apparere. Camers hoc modo de Aristotele sentire paulo inhonestius ratus, cum multis præfatus esset suis alicubi in Solinum enarrationibus, tandem sic ait: Sæpe enim nobiles. authores reperies alibi ex propria, alibi ex aliorum sententia locutos. & c. & paulo infra: Id, inquit, multo honestius quam Aristotelem hisce in rebus ignorantia arguere. & c. Primum constat falsum retulisse cum Herodotum, tum Aristotelem. Hic uero sua ne, an aliorum sententia ita tradiderit, alij doceant: ego ut diuinare nolim, ita fanè pronuntiare non ausim: cum quod authorem, quem secutus sit, non indicat: tum maxime quod alibi, quod equidem legerim, fontium Danubij & originis eius ne meminuit quidem, ne dum ut diuersum, & tanquam ex sua sententia profectum tradidisse eum deprehendere potuerim. Absit autem, ut propter Danubij fontes ignoratos, ignorantia suspitione Aristotelem principem philosophum premere uelim. Careo enim Sophistica seueritate: nec adeo infero confessuens esse, ut si quædam Aristoteles ignorauerit, ignorantia eum statim accusari posse. Nemo unus omnia nouit. Et sunt hodie qui fuisse indicent, quæ Aristotelem latuerint, nec Deum eum, sed hominem fuisse fateantur: diuino tamen ingenio. C. Plinius decimosexto cap. octauo de naturæ historia, quinquaginta ferme nobiles Aristotelis de animalibus libros in arctum collegisse testatus, demum nonnulla addidisse se inquit, quæ ille ignorauerat. Ea de re, ut uesano iudicio eos esse autumo, qui Aristotelem alicubi non lapsum esse existimant, ita homines mihi uidentur, qui nihil humani alienum ab Aristotele fuisse putant. Sed hac de re meminisse non est huius instituti. Vtrum autem impudentia fuerit sentire, ut ego candide in huius loci annotatione sensi, an dicere falsum non esse quod Herodotus, quodq; Aristoteles de Istri fontibus prodiderunt, ita credo manifestum esse, ut non pœnituerit in hanc me peccasse partem, si modo peccat, aut inhonestius agit, qui locum in Aristotele manifeste falsum, sincere commonstrat. Plinius certe iusta admiratione ducitur, quod Herodoto credamus Padum nescienti: quum Thurijs tamen Italiae oppido de rebus terrarum gentiumq; suam Historiam scriberet. Vthac quidem fontium Danubij ignorantia non possit quidem illi Historiæ parenti non condonari, præteriri autem quo minus annotaretur, non debuerit. Quod ad Aristotelem attinet, mirari satis non possum in hac Camertem sententia esse, ut Herodoti authoritati cedere maluisse putet, quàm ex animi sententia ueritati patrocinari: quando huiusmodi dissimulationem in his etiam qui tepidius sapiunt, nemo sani iudicij æquo animo tulerit: nam falsum erroneumq; sequi nemo solet alius, quàm qui ueri specie decipitur. Ingenti nimirum illa & detestabili animi libidine, si quis de industria, tanquam uera falsaq; iuxta æstimet, in seria rerum historia nugacibus argumentis præuaricari pergat: Vero similia uero, & suis debita seculis si quis imitetur, citra ignominiam id fecerit. Quod igitur piaculum sit, si dicam in Danubij historia non aliud edoctum Aristotelem experientia penuria, cum suæ ætatis scriptoribus sentire maluisse, quàm ridicule diuinare: Nam ex suorum temporum consensu, Electridas insulas in sinu Adriatico iacere putauit, quæ planè Plinio teste, eo in sinu nunquam fuerint. Præterea

5

*Aristoteles nō
omnia nouit.*

rem, ut erat, tradidisse Herodotus, & Histri fontes planè acu (uelut aiunt) attigisse uidebatur. Neque is erat Aristoteles, qui omnia coràm uiderè atque experiri potuerit: qui, si Plinio credimus, bonam historiarum partem aliorum experientia edoctus, literis demandauit. In cætera uero naturæ quærenda ueritate, quo ingenio, quantacumque seueritate in ueteres illos naturæ magistros fuerit, nouisse credo qui eius monumenta doctrinarum, uel à limine salutarunt. Nusquam triumphat, ac ne ouat quidem, nisi hoste ex animi sententia profligato: porro omnes uetustæ Græcorum sapientiæ, ut sic dicam, forulos excutit, nihil intactum relinquens, ac nominatim etiam in harenam quosuis deducens, exerta iugulare manu aulus, quos ipse damnarit. Platonem præterea ob grauissimam illam suam de Idæis disputationem tantum non ridere libuit. Et Herodoti auctoritatem ueritati prætulisse Aristotelem putamus: Id dixerim, non parum mihi probato alioqui & recepto Aristotelis instituto abesse uideri, qui cõtra ueterem posteritatis prærogatiuam, ab antiquorum traditis, ceu oraculis quibusdã nos hæcere debere existimant: nephas esse ducentes, si quis in dubium uocare audeat iuuandæ gratia ueritatis, quod illi quondam tradidissent. Quod ipsum si maioribus placuisset, ne Aristotelis quidem, quod suspicor, extaret nomen.

6 Apud Pomponium lib. iij. ubi de Scythia & Hyperboreis facta mentio est, commodum locos duos C. Plinij ex duodecimo cap. libri eius de historia naturæ quarti annotaui: in quorum priore credo mihi cum Camerte conuenire, nihil enim eius attigit, nec sanè iniuria: cum contra constantem Plinianorum codicum lectionem receptissimi authoris existimationem ab errore tantum non Pædagogij noto uindicare conatus fuerim, idque non admodum inepte, etiam si eruditissimi scriptores à me non nihil, quod infra docebimus, dissentiant. De altero tantum loco, cui euidentem erroris næuum subesse dixi, haud ita Camerti nobiscum conuenit: non quod male indicasse uideri debeam, & de eius confessa falsitate adeo in dubium uenire possit, sed ea causa magis, quod cum Plinio sic Vadianus agat, ut eum ita tradidisse ex sua magis quàm aliorum sententia credat, eoque modo non admodum candide aliorum errata Plinio opprobret. Primum gaudere me fateor, quod de hoc loco paulo curiosius à Camerte nostro annotato, tandem mihi extra Commentarium meum (quàm male suppetente ocio) ex animi sententia referendi occasio data est. Tunc enim cum commentarer, non uacabat: & uerebar etiam, ne toties alioqui inculcata parerga nostra longiora frequentioraque Geographiæ studiosis molestiam parerent. Igitur ut Camerti exoptulanti respondeamus. Non existimo in nostris Commentarijs ita deprehendi, ut à Plinio Solino ue ita creditum dixerim, sed tantum in hanc sententiam utrumque tradidisse. Quanquam quis non uidet, suspicari me minime temere potuisse, ita utrumque sensisse etiam, cum neuter aliubi diuersum prodiderit: Sed aliorum, ais, non suam sententiam ut ostenderet, continuo subdit: Ibi creduntur esse cardines mundi. &c. Ego creduntur expono, hoc est, consentanea ueterum traditione existimantur, quo modo Plinij uerba doctissimos accipere uideo. Et Solinus: Sunt (inquit) igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt, id est, nisi fallor, existimant, & pro uero asserunt. Porro creduntur Plinius dixit, non, putantur: in hoc autem uerbo suspitio non receptæ sententiæ inesse potuisset. Sicut paulo infra Solinus, Sunt, inquit, qui putant non quo cotidie ibi solem. &c. quod non inepte huic Pliniano quadrat, quod dicit, Non ut imperiti. Illis igitur uerbis Plinium existimo non diuersum ab illorum sententia sensisse, sed magis certa quæ proderet, non habuisse, ut non iniuria cum his interimi sensisse uideri queat. Iam quod ait: Gens felix si credimus. &c. & mox: Fabulosis celebrata miraculis, &c. ad felicem cœli temperiem gentis præsertim in extimã Scythiam

istam remotam, tum & ad mores, illamque longæuitatem credo retulit: idque adeo quod
 ait: Nec libet dubitare de gente ea, cum tot auctores prodant, & sub cardine mun-
 di sitos esse ex sua sententia tradidit, quod infra mox docebimus. Porro quod prima
 illos Asiae parte statuisse quosdam scribit, ac rursus alibi alios, haud dubie testatur,
 de situ horum, quod ad longitudinem (ita Cosmographi uocant) attinebat, fuisse à
 ueteribus dubitatum: de latitudine autem quando magno consensu sub cardine esse
 crederentur, consentanea tradita. Quod si quis ita mauult, ut aliud sensisse Plinius,
 aliud tradidisse credamus: quis non uideat quam dispendioso non posteritati solum,
 sed etiam authoritati suæ silentio ueritatem obruendam existimari? & commi-
 sisse hoc Plinium putamus: qui Græcis toties, ac nescio an decore semper, leuitas-
 tem, illamque nugandi libidinem obijcit? Sed licet, ais, ex aliorum pleraque senten-
 tia tradere, non interim quæ tua sint, & quid ipse sentias referre: licet utique, uerum
 tunc maxime quando ueriora certioraque quæ prodamus, non habemus: quod ob-
 seruasse Academiam legimus. Id autem Plinius hoc ipso loco, quem uersamus, ita
 egerit nec ne, mox uiderimus: non ea quidem gratia, ut aut nostra defendamus,
 in quibus confessum apud Plinium errorem cum Camerte agnoscimus, aut illam
 recepti erroris notam Plinio in Commentarijs nostris usquam inuulserimus: sed
 hac potissimum causa, ut intelligatur quam secure hunc locum legant, qui aliorum
 magis quam ex sua sententia de Hyperboreis Plinium tradidisse autumant. Iam *Hermolai laus.*
 Hermolaus Barbarus raræ doctrinæ, & acerrimi iudicij homo, suis in Pomponi-
 um castigationibus, cum ad locum illum de mundi cardinibus esset uentum, iudici-
 o suo fateor non interposito (aliena enim tunc castigare magis, quam sua prode-
 re uoluit) Plinius, inquit, contra sentit libro quarto. Nosce Faber optime, quantum
 ab Hermolai sententia abuissem, si meis in Pomponium Commentarijs ita Plinium
 sentire magis, quam in hanc sententiam habere dixissem. Proinde Hermolaum à Ca-
 merte in harenam trahi uideo, non me: hic enim ita sentire Plinium ait: ego tantum in
 hanc sententiam habere aiebam. Porro non Hermolaum tantum, sed & Gulielmum *Budæi laus.*
 Budæum trahi, inæstimabilis doctrinæ uirum, plurimamque lectionis, & uerendi iudicij,
 obque utriusque linguæ ornamenta non suæ tantum Galliæ (ita sentio) sed totius eti-
 am Europæ decus, qui libro de Assæ & partibus primo hunc locum in primis scite
 & eleganter indicans, hallucinatum esse Plinium uideri sibi ait, quod semestri illud
 lucis & tenebrarum spatium à solstitio ad brumam, non ab æquinoctij die ad alterū
 æquinoctium fieri cōtenderit. Sed uerba eius huc attinentia citare libet, quæ in hunc
 ferme modum habent. Ut igitur illa omittam, quæ culpæ magis quam crimini dari
 possunt, neminem esse arbitror eorum qui Plinij studiosi sunt, qui Plinio pãtrocini-
 nari in eo uelint, quod libro quarto de Hyperboreis dixit. & c. Idem author, tanto
 scriptori nihil non daturus, alibi, Enimvero, inquit, in supradictis lapsum esse Plin-
 ium per rerum mathematicarum ignorantiam, ut persuadere mihi nolim, sic ne-
 queam si uelim. & c. Ac rursus alibi, Quanquam, ait, in nonnullis alijs quoque locis,
 uel amanuensium culpa, uel propria hallucinatione (ut fit in uaria ac multiplici lectio-
 ne) lapsus est: tamen si id fidem excedere uidetur, uirū usque adeo & ingenio acrem,
 & industria accuratum, apertis interdum rebus lapsum, ac ne id quidem modo,
 sed eidem etiam antedictorum obliuionem obrepisse: præsertim cum ad principem
 scriberet, & obseruari præterea se acribus obrectatorum oculis, captarique non nesci-
 ret: id quod facile intelligimus ex librorū præfationibus, interdū amarulentis. Hucusque
 Budæus, à quo nemo credo dissentiet, nisi cui persuasum esse potest, opus adeo uarium
 & luculentum, è ueterum traditionibus sine discrimine, nec adhibito iudicio, ut quæ

que forte sese obtulerint, Plinium conscribere uoluisse. Quod ipsum tantum abest ut admittam in uiro præferim lectionis tantæ, ut quamlibet insignibus erratis ostensis, magno in opere Plinium aliquando dormiisse si quis dicat, perpeti malim, quam in illam sententiam inclinare. Conniuere enim multo sapius ac falli proprium est hominis. Nunquam autem adeo in ueterum memoriam iniquus atque iniurius fuero, ut quæ probe & erudite dicta scripta que sunt, ea statim Plinio perinde atque auctori relinquam: quibus autem erroris culpam eximere nequeas, ea ueteribus ut obtrudam, non Plinio: tanquam raro illi bene senserint, & Plinius sua propè omnia delectu iudicioque habito è ueterum monumentis non transtulerit. Porro ut inique illi triumphus decernitur, qui in acie non stetit, non pugnauit, ac ne hostis quidem minacem uultum sustinere potuit, ita odiosa nimirum tergiversatione, ab hac expostulationis alea subductus Plinius, in solo, eorum undique incolumi doctrinæ nomine triumphauerit: cum ipse Plinius epistola liminari ad Vespasianum fateatur, utilitatem iuuandi prætulisse se gratiæ placendi, Liuianam ambitionem acriter stringens, quod is alicubi gloriæ se quæsitæ studio & scribendi oblectatione in opere suo absoluen- do perseverasse falsus esset. Quid autem candidius, quid ingenue magis dici potuit, quam quod ipse in hæc uerba dixit: Nec dubitamus multa esse quæ nos præterierint, homines enim sumus: &c. Ut parum Plinij manibus gratificari uideantur, qui adeo hominem eum fuisse, hoc errare potuisse dissimulat. Præterea ubi in tertij libri præfatione in hæc uerba tradidit: Authorem neminem unum sequar, sed ut quemque uerissimum in hac parte arbitror, &c., putas ne Plinium ita in insigni scriptorum delectu feriatum fuisse, ut iudicium nusquam adhibuerit? Cur igitur non potius fatear, in paucis lapsum esse Plinium, in pluribus ac ferè omnibus doctissime tradidisse? Equidem, ut dixi, malim in hanc peccare partem, ut C. Plinium nonnulla præterisse dicerem, quam in has salebras impingere, ut ingenij acrimonia posthabita, à qua tamen Plinium commendari à doctissimis uideo, à lectione tantum perpetua, ab artifice ordine, à conscribendi labore, quo tamen linguam latinam haud parum iuuerit, Plinij conatum commendabilem dicere, cætera captus & industriæ gloria priuare uiderer: præsertim quod multis in locis deligere eum quod affirmet & sequatur, rursus coarguere, & præsidente libertate taxare, præterea non raro in alterutram sententiam pedibus ire constat. His accedit quod quædam apud se nata in medium affert, nominatim admonens ueteribus ea ceu accepta non referenda: uelut decimo sexto cap. secundij libri, in fine, ubi de errantium siderum absidibus locutus, hæc est, inquit, superiorum stellarum ratio difficilior reliquarum, & à nullo ante nos reddita, &c. Hoc ueluti Parergon me attulisse sit satis, ne quis me solum Plinio obijcere existimet, quod candide obijcio: si quando ita in meis fors tulerit, ut Plinij errata dicam, ac non potius in Plinio quæ legantur, errata indicem. Hoc mirari me iure posse candidus fortasse lector non inficiabitur, quod cū alia literatorum cohors frequentissime hæc uerba in ore, inque calamo habeat, Plinij locus explicatus, Plinius à calumniis defensus, Doctissime sentit Plinius, Vbi Plinius bene, ibi nemo melius, Plinius hoc ignorauit, Illud Plinium præterijt. Item, Aliud erratum Plinij, Miror cur illud Plinius non animaduertit. Porro & hæc amarulenta: Vnā tam Græce quam latine calluisset Plinius, Pleraque græca uocabula quid significaret Plinius ignorauit, Ita quidē sentit Plinius, sed male. Id genus sexcenta leguntur, æquo animo doctorum iudicio hæcenus admissa. In solo Vadiano religio sit, idque censente Camerte, dicere ex sua sententia Plinium dixisse uideri, aut locos manifestissime falsos in Plinio indicare: siue horum saltem meminisse, quæ iustissimis de causis in quæstionē uenire quirent.

Decipi humanum est.

Multa de suo Plinius edidit.

Camerts Vadiano præmolestus.

Diuinare mihi non licet: ac ne si liceret quidem, hoc in loco uellem. Fateor interim
 nescire me unde illud odium mei proficiscatur. In me culpam Camers quod in alijs
 permittit irreprehensum: cumque modestius alijs egerim, sit tamen ut culpae in me no-
 men habeat, quod magna in alijs gloriae tribuitur. Praeceptor fuit olim Camers: fa-
 uere discipulo nihil committenti debebat, in errore praesertim quem indico adeo
 manifesto confessoque: maxime uero quod antea sic Plinium aut Solinum credere
 non dixissem, etiam si iam dicam argumentis paulo infra reddendis. Amicus est Ca-
 mers: Amicitiae fuisset monere saltem, & quo in Plinium animo forem, coram ut
 potuisset, aut literis expiscari. Quod si illud molestum est, quod homo sum Germa-
 nus ex Heluetijs: aut si imperitiosam me putat, quam ut cum ueteribus agere mihi
 ex officio non licuerit, rem ipsam, non hominem aestimare oportebat: quando non
 ei solum, de cuius tamen iudicij aequitate nihil mihi non pollicebar, sed optimis &
 doctissimis quibusque intra extraque Italiam uiris, de Scholijs nostris ante aeditis nimi-
 rum copiam fecerim iudicandi: hac tantum adiecta conditione, si iuuentuti me, nec
 sane omni, sed paulo rudiori, hoc est Germanicae laborasse, idque tumultuaria lucu-
 bratione meminissent. Et eram culpam fasturus, sicubi illi mihi citra calumniam ex-
 ratum indicassent, suisque confodissent rationibus: quod ipsum quoniam suis in enar-
 rationibus non fecisse mihi uidebatur, ea modestia respondere uolui, ut nihil mihi
 tribuerem, sed plane optimi & doctissimi cuiusque literarum, & Cosmographiae
 professoris iudicio relinquerem, aequum ne an inique nostra ille incesserit. Sed annosi
 fortassis aui praerogatiuam secutus Camers, eam uetustati Asylia statuit, ex qua
 non modo iure ut ue non trahi ueteres illi Scriptores, sed ne indicari quidem sicubi
 peccauissent, aut publici commodi gratia leuiter reprehendi debeant. Id si ita est, ut
 certe de quouis alio citius mihi quam de Camerte persuaserim, uiro omnibus mo-
 dis erudito, non alia quam Budaei longe uerissima plenaque candoris sententia di-
 luere libet. Huius de ueterum autoritate doctissime differentis, lib. de Asse & part.
 primo, haec ferè longiuscula quidem, sed mire tamen ad rem attinentia uerba sunt.
 Ego, quod ad me attinet, non usque adeo sacrosanctam Plinij auctoritatem, ac ne
 cuiusquam antiquorum debere esse censeo, ut non praesentissimum ueritatis nu-
 mem fuisse semper apud aequos bonosque iudices meminerimus: cuius ut sacerdo-
 tes multi olim fuerunt, sic Plinius ipse antistes mihi fuisse uidetur. Non enim tantum
 maioribus ipse tribuisse uidetur, ut eorum quaque in parte culpam obruendam si-
 lentio censuerit posteritati dispendioso, nedum ut cuiusque errata quo iure, qua ue
 iniuria tueri insisterit. In quo mihi, inquit, nostrae memoriae homines doctissimi ab-
 surdula quadam religione obstrinxisse aequalium suorum, & posterorum iudicia
 uidentur, qui quidem eorum exemplo antiquitatis nomen nudum uenerandum esse
 numinis instar putant. Ego antiquos quoque illos homines fuisse ut nos puto, &
 aliqua etiam scripserunt, quae parum intelligerent. Nec ita annosi aui praerogatiuam
 sequor, ut non in opus hoc Plinianum eximium omnino, & rerum propè omni-
 um ut digestionem confertum, sic uarietate distinctum, errores quosdam irrepisse
 affirmare praesidenter ausim: quos nemo: quantumuis acer, modo non impudens
 sit, defendendos recipere uelit. Haecenus Budaeus, qui candide, ut solet, hominem
 fuisse Plinium agnoscit: huius nomen tamen nunquam ita superstitiose amplexu-
 rus, ut oracula esse putare uelit, quae ille ex sua etiam sententia posteris tradidisset. Sed
 ut euagatus longiuscule, me tandem cohibeam, adque ea reuertar, quae ad institutum
 attinent: nostra interfuerit Plinij uerba ex. xij. cap. quarti libri huc adducere, ut liquido
 constet, sua ne an, quod Camers mihi obtendit, aliorum sententia ita perdidit. Plinij uer-
 ba haec sunt: Ibi credunt esse cardines mundi, extremisque siderum ambitus, semestri luce,

Vadiani modestia.

Budaeus.

Plinius excus-
sus.

& una die solis auersi, nō (ut imperiti dixere) ab æquinoctio uerno in Autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur his soles, brumæq; semel occidit. & c. Sic habet lectio frequens, agnoscante eam Hermolao. Cæterum te compello doctissime Faber, an non pro sua sententia ita tradidisse Plinius uideri debeat: qui iudicio interposito, & diuersis sententijs collatis, nō ut imperiti dixere, ait, tanquam peritius ipse tradat, quem indubium fuerit legisse cum alios diuersum sentientes, tum ipsum Pomponium: cuius auctoritatem ita alioqui ueneratus est, ut totos eius uersus in sua transtulerit: maluisse autem in hanc sententiam pronuntiare, quàm cum Pomponio, & ipsa ueritate sentire. magna nimirum incuria, si modo hæc nubes Plinium commentantem, ac non potius amanuenses obruit, quanquam hæc uerba, non ut imperiti dixerent, Plinij esse planè uideantur. Demus autem, ut iam citatum locum ex alio quopiam scriptore transumpserit: quo tandem lenocinio aut iudicij, aut doctrinæ, illam oscitantiam uesties: quod Melæ sententiam adeo consciam ueri, ut sphericæ rationis rudimenta edocti negare nullo modo possint, auersari uoluerit, iudiciumq; paulo acrius sine ulla animi intentione aut labore promendum, adeo insigniter sese ingerenti ueritati non adhibere, qui toties antea adhibuisset. Hæc autem uerba, non ut imperiti dixere, doctissimi literarum professores ita Plinio tribuunt (ne meum hoc glossema Camers esse putet) ut nō dubitent diuersam sententiam ab eo reprehensam, & Pomponium inter illos taxatum, qui Plinio censente, Sphericæ rationis ignari fuerint. Mihi autem, quo minus à Camerte acris oculis captarer, non profuit, quod Plinio patrocinatorum aliam lectionem non admodum alienam indicauit: talem tamen fateor, ut ad priorē collata, torta coactaq; uideri queat, & à genuino sensu deflectere. Quæ de re non sum magnopere restitutus, si quis ita æstimet, quod indicare tantum ueritatis iuuandæ occasione, non etiam confirmare aut asserere uoluerim. Mouit me, fateor, ut ita proderem, codex impressus Plinij, à Ioanne Mario Norlingano, contubernali olim nostro, doctissimo uiro, à quodam, qui bonis in literis in Italia promouisset, emptus: in cuius margine uiri, existimo, non indocti manus, ut non imperiti, pro eo quod legitur, non ut imperiti, uerbis in contextu expunctis emendauerat. Quæ lectio arridebat, cum quod tanti uiri doctrinæ cōsentanea, tum etiã quod à Mela Pomponio, quem diligenter à Plinio obseruatum multis argumentis constat, transumpta uidebatur: postremo quod lectio nihil minus tersa & integra uideretur, modo solstitij & Brumæ uocabula non rigide, aut proprie nimis interpretaremur, eo maxime modo quo indicauit. Quo minus autem hac leuis testimonij coniectura fidam diuersa facit eruditorum sententia, à qua dissensisse ut impudens fortasse fuerit, ita nō adeo reprehensum iri me sperabam, quod hanc monendi occasionem in errato, præsertim adeo insigni non præterierim. Eodem uero loco de Hyperboreis tradens Plinius in hæc uerba inquit: Alij medios fecere eos inter utrunq; solem Antipodum occasum, ex orientemq; nostrum: quod fieri nullo modo potest constare, tam uasto mari interueniente, & c. Cui loco næuum inesse dixi, nec sententiam mutauit: cum id non solū rationibus suaderi, sed demonstrari etiam sphericorum instrumentorum fide queat. At aliorum hæc sententia fuit, non sua. Ita ne? Demus igitur. Atqui si damus, nihil minus fatearis necesse est, ex sua, non aliorum tantum sententia, quod ueteres illi recte affirmassent Plinium reprehendisse, quando dicit, quod fieri nullo modo potest constare, & c. rem ueram, aut uero certe similem, falsa nec attinente ratione confutantem. Vt mirari satis non possim, quidnam Plinio hæc scribenti in mentem uenerit, ut non à Mela solum uerissime tradente, sed ab illis etiam uetustioribus, qui inter Antipodum occasum, & nostrum ex orientem Hyperboreos statuunt, ex diametro (quod aiunt) dissentire uoluerit: & constet tamen Antipodum.

Plinius Melam legit.

Vadianus Plinium iuuare conatus.

Ioannes Marius.

Alius Plinij locus.

utuncq; statuatur, modo Antipodes sint, unum eundemq; finitorem esse, nō diuersos, quod Plinio placuit, tantum mare interuenire arbitrato. Præterea demonstrari posse Antipodes esse, ad quorum horizontem frequens longe lateq; mortalium habitatio existat: quod tamē nullo modo fieri posse Plinius ait. Quem profecto uellem pari cum Camerte uoto ex aliorum magis, quam sua sententiā tradidisse: ne quis antiquitatis præco deprehendere in loco posset, quo iure (sic Budæus ait) quæue iniuria priores se aut tueri, aut incessere uoluerit. Ex his hæcenus per me allatis in mediū candidus putō lector, tuq; ante alios doctissime Faber non difficile accipietis, quàm belle Pomponium exponenti mihi scopum attingere licuisset, si modo eo collimasset, ut ex sua magis his de rebus, quam aliorum sententiā Plinium tradidisse senserim, quod ipsum tamen, etiā si obtrudit Camers, non feci: miratus tantū, quod multis in locis, in quibus æstimandis exactius iudicium adhibere potuisset, authorum se fide tutari maluerit. Iam tertius locus eodem in capite, in Commentarijs meis silentio obrutus, huc afferendus est: hæc solum causā, ne quæ præcedunt, quæ ue sequuntur uerba apud Plinium parum attente legisse me quis suspicetur. Plinij uerba inibi hæc sunt: Qui alibi quàm in semestri luce constituere eos, serere matutinis, meridiæ metere, occidente sole foetus arborum decerpere, noctibus in specus condidit derunt. &c. Demus ut ita tradiderint aliqui, quemadmodum Plinius indicat: id tamen obiter monendum, nullis magis hanc operæ partitio conuenire, quàm illis qui semestrem lucem una die habent, temporis ratione per omnia quadrante. Nam cum sex plus minus mensibus noctem & hyemem habeant, Sole demum in arietem regresso, primum ipsis Sol oritur, & ad felicem cœli temperiem uerni temporis accedere tepor incipit. Matutino igitur semestris diei ortui Arietem & Taurū dabimus, meridiei Geminos & Cancrum, uesperis & occasu Leonem & Virginem. ita fiet, ut quod nobis sex mensium mora perficitur, id ipsis pari temporis, sed uno tantum diurnæ lucis spacio contingat. Verno tempore serimus nos & plantamus, Arietem & Taurum Sole permeante: In æstate, hoc est in Geminis & Cancro meante Sole, metimus, illos interim Sole altissime ambiente. In Leone & Virgine illi autumnum habent, nos tardius quidem, quippe quibus nulla nox in Libra obtingat. foetus tamē arborum, Leonem & Virginem Sole tenente communi cum illis labore decerpimus, uuas legimus, uinum cōdimus, tempore pro regionum situ paulum uariante. Habent igitur illi in ortu Solis Ver, in meridie æstatem, in occasu Autumnum, reliquis sex mensibus signisq; noctem: ita tamen ut in aliquot Libræ partibus diem habeant, sicut & in ultimis piscium gradibus, Sole etiam sub horizontemmerso: quomodo nos ante Solis ortum, & post eius occasum, liquidum diem habemus. Ita uerisimile foret, ut Sole in piscibus ad horizontem approximante, necdum orto, illi sese ad uernam operam accingerent: finito uero autumno suo, Sole iam occaso, fruges nondum defecta in uniuersum die, intra specus conderent: quam operam in noctes identidem referre possent. Quæ fabulosa uideri sibi paulo ante Plinius magno eruditorem consensu indicat: Horum ratione à nobis perinde reddita atque Aristoteles de uacuo in Physico auscultatu, deque infinito differit: cum uacuum nusquam sit, nec usquam infinitum habeat locum. Quanquam (quod pro Aristotele dixerim) magnæ doctrinæ est, uel de his apte quærere, quæ aut non sunt, aut esse non possunt: ut aut non esse intelligamus, aut discamus qualia aut quo itidem modo forent, si ita caderet, ut alicubi gentium extarent. Postremo Camers noster (cur enim non nostrum dicam, quo cum plus decem annis in clarissima Viennensi Academia adeo amice, familiariterq; atque inoffense uixi) Albertum mihi Germanum obijcit, clauum putō trusurus clauo: eoque ipso indignatus, quod paulo

Locus Plinij.

Camers Vadiā
no Albertum
obtenidit.

Solinus ingratus. acerbius quàm deceret, Solinum à me tractatum esse iudicasset. Ego Solinum excusari posse docui, non alio magis quàm imitationis prætextu: quam tamen postergata candidi officij ratione ita usurpauit, ut non potuerit uel ab Hermolao ingratitude non accusari, Plinio ferè ad uerbum transcripto, & suppressa authoris, à quo fœneratus esset, mentione. quod ipsum an incolumi candoris nomine licuerit, eliminari epistola doctoris sui intelligere debuit: quanquam ne hoc quidem uspiam, quod sciam, in Commentarijs meis opprobraui. Porro quod Simiam uocaui, doctissimorum exemplo feci, toties illis Plinianam Simiam Solinum nominantibus. Si uero acerbius à me dictum existimas, suscipere deceptulero, dum uideam leuius crimen esse imitationis accusari quàm ingratitude, quandoquidem non raro seruile hoc, illud etiam in genuum fuerit. Quod ad Albertum attinet, fateor me grauissimum authorem magno æstimare: idcirco non Germaniæ solum exemplo, sed & Italiæ. Nemo tamen adeo stupidum esse me sibi persuadeat, ut in manifestis erratis ueniam ei tot iustam nominibus non precari malim quàm culpam deprecari. Germanus fuit: non aliud credemanes sui (si modo is affectus manes habet) orant, iubent, efflagitant, quàm ut Germanice, hoc est candide de suis æstimemus. Homo fuit, labi potuit. Nec alio consilio lucubrassè eum putamus, quàm ut gratia apud posteros adiutæ, aut saltem indicatæ ueritatis studio inita, tum demum digna Cedro locutus uideri debeat, si ea tradiderit quæ aut recepta ueterum autoritas, aut ratio euidens uerisimilis ue tueri possit. De uoculis corruptis toties, & in hoc authore deprauatis nihil dico: tantumque abest, ut harum uel acrem annotationem Camerti inuideamus, ut summopere etiam sim posteritati congratulaturus, si quando sua opera, grandiora scriptorum errata iustis confutata rationibus, in manibus habitura sit: cum idipsum & nos longe impares, in Pomponianis Commentarijs citra calumniam passim præstiterimus. Porro ubi ita ausum esse Albertum constiterit, ut aut temere & fidentius carpsit, quæ carpi non debebant, aut falsa esse contenderit, quæ uera sunt, quantumlibet receptæ auctoritatis magis, quàm aut rationi aut demonstrationi acquiescentem, siue pertinaci fastu, obturatis ad quaslibet persuasiones auribus, persistentem, ita me in aciem ulciscendæ frontis accingam, ut nemini magis hosti quàm Alberto, Germano etiam bellum indicurus sim. Tantum abest, ut me aut meorum fauore, aut exterorū, odio ueritatis, neglecta occasione, præuaricari uoluissè suspicari quisquam debeat.

7 Apud Pomponium lib. primo ubi de minori, hoc est ea quæ proprie Africa dicitur, mentio fit, dixi Plinium nescio quomodo connixisse, quod Africam quarto capite quinti libri à Tusca fluuio orsus cum esset, mox tãquam priorum oblitus in hæc uerba scripserit: Ad hunc finem Africa à fluuio Ampsaga, populos uiginti quinque habet. Quibus sanè uerbis non à Tusca, sicut prius, sed ab Ampsaga cum Pomponio quem frequentissime imitatus est, Africæ principium ab occasu sumpsisse uidetur. Cui sententiæ Camers apud Solinum. xl. capite refragatus, cum multa in Plinij defensionem adduxisset, in hæc tandem uerba inquit: Asscripsi hæc, ne quis existimet Plinium connuere, cum inquit: Ad hunc finem Africa. & c. Fit enim, ait, plerumque à nobiliori denominatio. Equidem C. Plinium connuere dixi, non quod adeo labi, aut falsum mihi dicere uisus esset, quando & Ptolemæus & Pomponius ab Ampsaga minoris Africæ initium sumunt, cum quibus Plinio optime cõueniebat: Sed ea causa, quod cum Tusca fluuio, qui ultra Ampsagam est in ortum, Africam finisset ab occasu: eodem in capite uerbis iam nunc citatis, in enumeratione populorum à præscripto limite, hoc est à Tusca amplius terris extensis, ad Ampsagam declinarit, uelut cū Pomponio sensurus. Sentiant autem alij quod uelint, ego in priori sententiæ persto, nihil nostra offendentibus quæ in medium Camers attulit. Dixi enim à Ptolemæo ea loca

ea loca, quæ in Numidiæ parte Pomponius censet, in Cæsariensi prouincia ferè, à Plinio autem in descriptione Tingitanæ numerari. Nec aliam Numidiã Ptolemæus fecit, quàm nouam cognominatã, quæ minoris Africæ sit pars, statim ab Ampsaga coeptam. Plinius autem à Pomponio & Ptolemæo diuersus, non ab Ampsaga, sed à Tusca Africam orditur, Numidiã inter hunc & Ampsagam memorata, quæ ab Africa omnino alia sit, ideoq; proprio in capite ab eodem relata Plinij uerba in. iij. capite quinti libri hæc sunt: Ab Ampsaga Numidiã est, Masinissæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata. & c. Ab Ampsaga, id est supra Ampsagam in ortum uersus, ubi minoriam Africa Ptolemæo incipitur, & Pomponio Numidiã finitur. nam lib. primo hic, Ab eo, inquit, Mulucham intelligens, Numidiã ad ripas exposita fluminis Ampsagæ. & c. Iterum Plinius eodem capite, Tusca, inquit, fluuius, Numidiæ finis. & c. & mox à principio quarti capitis, A Tusca, ait, regio Zeugitana, & quæ proprie uocetur Africa est. Quibus uerbis facile intelliget fidus lector, quàm accurate suis terminis hos tractus Plinius clausit, quàm manifeste minorem Africam à Numidiã seiunxerit. At uero paulo inferius de eadem Africa locutus, Ad hunc finem Africa, inquit, à fluuiò Ampsaga. xxv. populos habet. Quæ uerba si non urgemus, nec oblique interpretamur, Ampsaga claudunt Africam. Quid si, ut ego quoque semel diuinem, de industria coniuere Plinius uoluit? ut incertos eius oræ limites esse lectorem moneret, interim Tuscam, interim Ampsagam nominans. *Vi- Plinius à Pomponio diuersus.* deo enim in alio nimirum insignius dissentire Plinium & Pomponium, tanquam planè ignoratis limitibus, aut huic, aut illi culpa non possit non irrogari. Nam ultra Ampsagam, Sittianorum Cirtam in ortum Solis Plinius statuit, Pomponius citra occasum uersus: quanquam uideo Plinio cum Ptolemæo cõuenire. Quod si qui sunt, quibus uerisimile esse potest, à nobiliori factam esse denominationem, ut hoc modo & Numidiæ populi sub Africæ nomine censi potuerint, nihil refragor: nec mea sanè interfuerit, quam quis sententiam sequatur, modo meæ non iniquus nimium esse pergat. Natiuum enim lectionis & sponte sese offerentem sensum, illæsa Plinij autoritate secutus sum, tutius fortasse, nec temere: qua de re uelim interim candidus lector cognoscat.

Apud Pomponium libro primo, ubi de Mauritania, scripsi spacium freti à Bello ne Hispaniæ oppido ad Tingi Mauritanæ Plinium. xxx. milibus passuum mensum: eoq; modo in Solino legendum, in quo auctior extaret numerus: Camers indicauit à Solini sententiã Capellam esse, ideoq; Solini lectionem emendatiorem quàm Plinij uideri. Primum Plinij uerba caste atque emendate legi: cum commentarer, mihi persuadebam, cum quod Barbarus ea recepisset, tum etiam quod pleriq; docti uiri in hunc modum citassent. Quod si cuiquam cū Camerte suspectus est Plinij locus, nihil refragor: præsertim quod notas numerorum in Plinio fluxæ fidei esse magni aucthores produnt. Spero interim mihi, qui Plinij lectionem uereri uolui, gratiam à studiis habitum iri, quod locum fideliter indicarim. Verba autem nostra in Scholijs recognitis emolliui paululum, ne cui duriora uiderentur: idq; iure quodam meo feci, *Numerorū characteres fluxæ apud Plinium sicuti.* qui secundam æditionem adeo cõstanter fuerim pollicitus, nec tertiam etiã aut quartam retractem, modo uitam mihi longiorem fata uelint: ne quis obiter arrogantia tribuat in nostris, quod diligentia debebatur: aut peruicacia accuset, quem tam facile meliora certiora uè tradentibus cessurum intelligit. Ut autem fatear Iulium Solinum *Locus Plinij.* ipsumq; Capellam, qui non pauca ad uerbum ex Plinio transcripserunt, uiam mihi Plinianæ lectionis indicasse, locum Plinij ex cap. xij. libri quarti de Istri ortu huc adducam, qui in hæc uerba habet: Ortus hic in Germaniæ iugis, montis Arnobæ ex aduerso Taurici Galliæ oppidi. & c. Quem ex uini Solini lectione in Scholijs nostris

*Camers ab
Hermolao dis-
sentit.*

alicubi emendari posse rebar. Quandoquidem Rauricos Solinus, non Tauricos nominauit, ut ueterum quoque exemplarium fides testatur, à cuius lectione & Marcelinus est, quem solum tum citabam, Rauracos tantum mutata litera uocans, quemadmodum & Cæsar R. litera incolumi. Proximis diebus cū obseruassẽ Camertem nostrum Taurici uocabulum in Solino, Plinio, & Ptolemæo præsidenter defendere, ueritus ne in celeri, ut sit, scripture lapsus essem, Hermolaum consulo, idq; eum ante egisse reperio, quod tum solus agere mihi uidebar. Sed Hermolai uerba citare libet, quæ super. xvij. capite quarti libri Plinij sic habent: Ptolemæus quidem Raurici & Raurica, item supra Plinius hoc libro, Ex aduerso, inquit, Raurici Gallia oppidi. & c. Cæsar tamen Rauracum uocauit, & municipes eius Rauracos, itemq; Amianus Antoninusq; hæcenus Hermolaus, cuius equidem loci cū illa scriberem, non uacabat meminisse, tantum monebat C. Solinus. Quapropter coniecturæ Camertis de Plinij numeris ob consentaneum præsertim Capellæ locum, minime refragandum duximus.

- 9 Apud Pomponium libro primò in Africa minoris descriptione, dixi Solinum in enumeratione trium promontiorum, Candidi, Apollinis, & Mercurij, à Plinio atq; Pomponio diuersum, Candidum orientale putasse uideri. Quod Plinius & Mela primum in eo litore ab occasu statuerunt. Camers negat se uidere quomodo aut Plinio aut Melæ contrarius sit Solinus, etiam si alio quàm illi ordine iam dicta promontoria censuit. Ego sanè non pronuntiaui, sed modestius, ita mihi uideri dixi: Primo, quod hic in Libyci litoris enumerandis locis cum Plinio cumq; Pomponio ab occasu ortum uersus progressus est: eaq; in re cum constantem alioqui ordinem cum illis seruauerit, quis non uideat incuriæ tribuendum, quod in enumerandis promontorijs diuersum ab utroque seruauit ordinem, cum utrunq; tamen ad manum haberet, & sequi recte potuisset: iam illud in Solino nouum non est, Plinianam lectionem inuertere aliterq; putare, ac ille tradidisset, id quod ante allatis in medium exemplis docuimus. Ne quis frontem perisse de rebus clamet, quod hoc in loco nõ ordine tantum uocabulorum, sed re ipsa sensuq; alio, diuersum à Plinio suo & Mela nostro credamus: sustinentes interim ut libere quisq; quod uelit sentiat: tantum molestum nõ sit hoc in loco argumenta, quæ me sibi deuinxerunt, prodidisse. Post Mauritaniam primam ab occasu Africae prouinciam, mox Numidiam redditam, eo ordine quo Plinius, illam quæ proprie Africa est describere, locis dignis memoratu enarratis Solinus cœpit. Vbi illud obseruandum, prius eum Numidiæ proxima, mox Cyrenaicam uersus, in Aegyptum expasum litus legisse, ac primum quidem. Omnis, inquit, Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardinia controuersa. & c. At Plinius capite quarto quinti libri sic. A Tusca Zeugitana regio, & quæ proprie uocetur Africa est: Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sardinia, Mercurij aduersum Sicilia in altum procurrentia. & c. Vides Plinium cum Pomponio primum candidum statuere: cum dicat: Mox Apollinis, & c. ut hoc secundum sit, tertium uero extremumq; in ortum Mercurij, id quod ex Plinij uerbis quæ sequunt, euidentissime deprehenditur: Subdit uero Solinus promontorio Mercurij procedens in frontem siccanam. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera Candidum dicitur, altera quæ est in Cyrenaica regione Phycuntem uocant, & c. Quorū uerborum nimirum natiuus hic apertusq; sensus est, quod Africa (hoc autem nomine & Cyrenaicam ambit) post Mercurij promontorium extenta, duas prominentias habeat, alteram citeriorem in Candido, ulteriorem Catabathmon uersus in Phycun-

*Error Solini
conuincitur.*

Age probemus. Cl. Ptolemæus libro Cosmographia quarto in descriptione paral-

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

lelorum latitudinis demonstrat Africum litus nostri maris nusquam latius cōtra Europam extendi & prominere, quàm in Mercurij promontorio: quod ipse sicut Strabo Hermean uocat à Mercurio, qui Græcis Ἡρμῆς dicitur: sicut illud quod Plinius & Mela Candidum dixerunt, ipse Hippipromontorium uocat, à quo Hipponensi sinui nomen est Plinio: secundo autem loco Phycuntem prominere maxime, ut hæc duo promontoria doctissimis quibusq; non possint cū Solino inter memoratas Africæ prominentias non censerent. A Mercurij em̄ promontorio sensim sese litora in Syrtes retrahunt, quæ à Philenorum aris, & principio Cyrenaicæ mox reflexa, in Boriſon & Phycuntem abeunt, inibi rursum maxime prominentia, & in Creticum expāsa mare, cætera ferè usq; in Aegyptum plana, id quod præter Plinij & Melæ traditionem, ex secundæ & tertię tabulæ Africæ pictura deprehenditur: minime uana illa nec oblectationis tantum gratia inuenta, sed Ptolemæi traditione in longitudine & latitudine locorum obseruata, congrua. Ex Solini autē lectione dubium esse nequit, quin post Apollinis & Mercurij promontorium ipse alteram prominentiarum censere uoluerit, modo uerum & sponte sese offerentem sensum non urgeamus. Ut apud me dubium non sit eo loci sul. Solinum Candidum statuuisse, ubi Plinius, Mela, Strabo, & Ptolemæus Mercurij promontorium statuere, ubi Clypea illa est, Aspis ante Siculis dicta, cuius Solinus in trāscursu meminit. Quod si quis uocabulū, proinde, apud Solinū nō accipit pro eo quod est, deinde, uel sequente loco, sed pro ideocq; siue propterea (hoc enim lenocinio eludere aliquis posset) ut à Candido tāquam primo horum, non postremo promontorio alteram prominentiam indicare uoluerit: maiori errato Solinum implicat, cum uel Apollinis promontorium altius emineat quàm Candidum, litore illo à Numidia sensim se, omnium testimonio, in altum fastigiante. Ex his igitur paucis, quæ leuiculo in negotio fusius Herce quàm uolebam, afferre coactus sum, existimo candidum lectorem uidere posse, quàm non arroganter natiuam lectionem secutus Solino incuriam obijcere potuissim, qui cōsuetam modestia tamen malui dicere, ita mihi uideri, quàm ita esse pronunciare. Ut interim non *Vadiani modē-* dicam quanta facilitate totum illud Solini de Africa principium transmiserim in *ex-stia.* cussum, in quo non solum perplexe pleraq; tradidit usq; ad Syrtium explicationem, uerum etiam Cyrenaicam ab Africa contra sui Plinij diligentiam nō seiunxit, in qua quidem re parua culpa fuisset, nisi sibi demum hoc ipsum placuisset, ut inter duas Syrtes Cyrenaicam statueret, à suo Plinio, nec eo solum, sed à Ptolemæo, Strabone, & Pomponio, ut hos interim solos nominem, diuersus. Quod Camers si non uidit, nō admodum intendit animum: si uidit, dissimulare uoluit, candidi interpretis officium esse ratus, authori quem exponendum suscepit, priuati honoris gratia parcere.

In Pomponij libro primo, ubi de Oea Africæ oppido, dixi Tripolim Africanam à *18* trium urbium numero dictam Solino, Oeæ uidelicet Taphræ, & Leptis magnæ, mox subiunxi quosdam Abrotanum in his numerasse, sed falsò, Camers mihi non lectionem solum, sed & iudicium & authoritatem Hermolai obijcit, qui super capite iiii. quinti libri Plinij, in hæc uerba Solinum citat. Achei Tripolim sua lingua signant de trium urbium numero, Taphræ, Abrotani, Leptis magnæ. & c. Quo loco nō admonet Hermolaus, nec censet adeo ita legendum, sed tantum Solini locū in hæc uerba citat: ne quis ex Camertis traditione Hermolaum ita legendū contendisse, aut monuisse arbitretur. Porro uetusti codices Soliniani, & simul recens æditi libri Oeam retinent, Abrotani nulla mentione facta, hoc modo codex, quem uenerandæ uetustatis nuper ex Bibliotheca Sanctogallensi impetraui, qui titulo indicante ex archetypo Solini recognito transcriptus uidetur, Oeam habet. Quanquam sint uolumina quæ pro Taphræ Sabatræ nomē præferunt, uidere tamen mihi nō contigit, qui pro Oea

Abrotanum habuerint, Equidem uideo non dubitasse Hermolaum de Abrotano, nihilominus autem de Oea contendentibus reliquisse locum, quando nullam lectionis rationem studiosis hac nuda citatione præscripsit, & aliud sit ita legere, aliud ita legendum pronunciare seu contendere. Præterea cum uiderem Pomponij lectionem Abrotani uocabulo, quod in tripoli censeretur, non parum patrocinari, malui tamen cõmuni exemplarium fide periclitari, quàm Pomponianæ lectionis occasione, Oea expuncta Abrotanum substituere: præsertim quod obseruassem à Ptolemæo proximam Taphris, siue, ut ipse nominat, Taphruræ Oeam locari. Vtcunq; id me egisse puto, ut temere me apud Solinum Oeam pro Abrotano substituisse calumniari nemo queat. Absit autem ut Hermolaum falso Abrotanum adnumerasse Tripoli unquam dicam, cuius lectionis cum commentarer, Hercle non succurrebat. Illos notare libebat, qui Hermolaum fortasse secuti Abrotani meminere, qui tum mihi minime recte id facere uidebantur, nulla aut ueterum autoritate, & ratione quæ id suaderet, in medium allata: refragante, deniq; ut dixi, exemplariū fide. Porrò, illud, falso, quod Camerti adeo stomachum mouit, confestim expunxi, ne quod in celeri commentatione obiter iustissimis causis motus asseruissem. Liuiduli censores sinistram in partem interpretati, Hermolai me autoritati, quam ubique in Scholijs meis tantum non adorauit, obtexisse suspicari possent. Iam autem meo quodam iure mihi licuit, qui secundam æditionem adeo candidè pollicitus fuerim, haud nescius inesse meis quæ aut mutanda, aut de medio tollenda posterior diligentiā iudicaret. Quanquã quod ad Oeam attinet, hodieq; in priori sententiã maneam, donec futurus sit, qui non Oeam, sed Abrotanum legendum, apicum saltem literarum, quæ in Solini ueteribus libris extant, argumento comprobet. Porrò quæ affinitas Oeæ sit cum Abrotano, si forte à librarijs uitiatam lectionem hac occasione corruptam suspiceris, non uideo. Profecto Abrotani nulla uestigia superant in impressis scriptisq; quod uiderim, codicibus. Silius autem lib. iij. Oeæ commemorat, & Lepti connumerat. Et inter Tripolis oppida Isidorus lib. xiiij. censet. quanquam huius autoritate parum niterer, nisi à Camerte adductam uidissem, qui secundæ æditione nostra non expectata, tutius interim arbitratur errare cum Hermolao, quàm cū eo inferioribus uerum dicere. Acri certe nec ineleganti iocatus ironia: quando minime aut tutum sit aut decorum errare. Ego uero extra iocum, quod candidè dixerim, cum Camerte bene sentire malo, quàm errare cum Hermolao, sicubi errasse Hermolaum, quem & ipsum hominem fuisse scimus, constiterit. Quanquam non possim illud non satis admirari, quomodo acciderit, ut huius consilij sui tenore constanter non seruato in Raurici Gallia oppidi uocabulo, quod apud Plinium de Danubij ortu, & apud Ptolemæum Hermolaus agnoscit, Camers suo Marte uerum dicere maluerit, quàm cū Hermolao ac propè omnibus quos legerim errare: ipsum etiam Solinum Tauricos uocasse contra ueterum exemplarium fidem arbitratus. Præterea tot insignibus locis magno iudicio, & singulari ingenij acrimonia ab Hermolao illo adnotatis, & obelo confossis: quoduīs excogitare & prætexere malle, ne errasse Solinum credas, quàm cum Hermolao tutius errare. Rursus ægerrime ferre quod Seruium taxauerit in septenario Aeoliarum numero, tanti uiri doctrina ad Seruianam umbram uix collata. Item in Hermolai de Oaxe traditione post Politianum etiam ædita, non quiescere magis, quàm tutius cum Hermolao errare. Postremo cum in Iassi situ lapsum esse Solinum constanter & omnium eruditorum hæcenus consensu pronunciarit Hermolaus, Camers tanti uiri autoritate posthabita, Babylonæ uoculam ut subditiã & adulterinã suspicari maluit: illud addens, Plinium Babylonæ in illa pueri historia non meminisse. quo tamē in loco tutius multo meã quidem sententiã cum Hermolao errare potuisset, quàm suo

*Camers ab
Hermolao dis-
sentit.*

indulgere iudicio. Eo tantum loco quo mei puto taxandi captata occasio est: errare cum Hermolao tutius duxit, quam cum eo inferioribus uerum dicere: censuram seculi, quæ nusquam extat, cum tantum ita legat Hermolaus, nō etiam ita legendum censeat. Quod ipsum tantum abest ut culpam, ut gratiam etiam Camerti habeam, quod sponte currentem illo urgere calcari uoluit, ne in alijs iuxta obseruandis, si paulo negligentior futurus sim, acerbis me obtrectatorum oculis carere posse sperarem.

Apud Pomponium libro primo, ubi de Cyrenaica Solini sententiam de condita Cyrene, cum ab Eusebij traditione omnibus modis diuersam obseruassent, adnotare placuit: neque id alio modo quam quod ei cum Eusebio nō conuenire lectorem monerem. Hic enim quanquam diuersa de Cyrenes origine pro uariorum puto authorum sententia tradat, nusquam tamen sibi cum Solino conuenit. Et in proximo quidem supputationum confinio Eusebius quadagesimam Olympiadem, eamque solā complexisse ætate sua Ancum, nec amplius tradit. Quando & Halicarnasseus Dionysius, quem Camers citat, anno secundo quadagesimæ primæ Olympiados obiisse Ancum scribat: ut dubium non sit, quartum annum quadagesimæ primæ Olympiados Ancum Martium non uidisse. At Solinus, quinta & quadagesima Olympiade Ancum res Romanas tenuisse ait. Obsecro te docte Faber, diligentis ne, an curiosi magis uideri debeat isthæc annotasse. Porro quod Eusebius à se dissentit, nihil ad me hoc tantum mihi detur, quod omnibus modis à Solino dissentit, cum in tempore conditæ Cyrenes, tum etiā in annis Anci Martij. Sed Camers propter curiosos, inquit, aduertendum fieri potuisse, ut Ancō Martio res Romanas tenente Cyrenæ coeptæ fuerint ædificari, licet post huius regis obitū sinem acceperint. Ego an ita factum sit, *Nota.* nescio, nec diuinare mihi tum licebat: nec quicquam Camers probat, sed ita fieri potuisse indicat æque, atque ego sum an ita ceciderit dubius. Quod si ueterum scriptorum per incuriam aut celerem scriptionem admissos lapsus his coniecturarum lenocinijs obumbrare, eoque modo autoritatem uindicare licet, nullum adeo grande crudum ue in aliquo authore ulcus erroris fuerit, quod non illico (quanquam haud magna lectorum fruge) id genus Medico splenio, si non curari, obduci tamen & foueri possit. At ꝑo Pliniana ualitudinis Aesculapius ille Hermolaus Barbarus, magna *Hermolai laus.* eruditione & acerrimo uir iudicio, qui exemplum esse alijs nō leui præiudicio meretur, cum anxie plerumque medeatur, & ad temperandum pharmacum nullas nō pyxides excutiat, omnia accuratissime collibrando, illo tamen malagmate rarissime quidem uti consueuit: coniecturam leuiusculam non admittens, nisi morbo ex corruptissima lectione ita in crude scente, ut aliorum etiam cōsilijs ad medelam excogitandam admissis ipse de salute polliceri nō audeat. Proinde ubi sanum lectionis corpus (ut sic dicam) fuerit, & genuina passim uitia prominent, quæ à genitura indita altius iecere radices, quam ut curam facilem recipiant, indecora fateri mauult quam ulla Calcythe, ut eximantur inurere, siue mox malagmate fouere insalubri, quando multa sunt id genus errata, quæ morbum exprimant, nō ægritudinem, quæ curari possit, nec infestent malicia, sed specie tantum, & situ dehonestent. Camers autem ut Solino suo more patrocinetur, & curiositatis notet diuersa sentientes, ex Cincij traditione & annis regnorum, Romuli, Numæ, Tulli, Anci Martij supputatione facta, Ancū Martium Olympiade. xlvj. mori potuisse colligit. Quod si permittatur, dubium non fuerit, Ancum Martium Olympiade. xlv. res Romanas tenuisse, id quod Solinus tradit. Ego uero calculo, ne quid temere committerem, repetito, reperio ex Cincij traditione, & illis quatuor regum annis in trigessimam nonam Olympiadem durasse Ancū, nec multo amplius: præterea magis à Solino dissentire Cincium quam Eusebiū deprehendo, Camertis coniectura non consistente. Quandoquidē anni. cxxxvi. Olym

Quomō Olympiades .xxvij. efficiunt, uno die reliquo: quibus si duodecim Olympiadas addis, una summa .xxxix. efficias, die uno residuo. In supputandis enim temporibus Olympiadi annos quinque tribuimus, id quod notius est quā ut multis hoc loco explicari debeat, quanquam Camers quatuor tantum annos Olympiadi reliquit: quippe qui anni s. cxxxvi. Olympiadas trigintaquatuor conflauerit: quod si permitteremus, quatuor agones Gymnici, qui spatium uiginti annorum amplectuntur, sedecim nō amplius annos haberent, quatuor annis pessum elabentibus: quod ipsum quantum annorum dispendium in longa Olympiadum supputatione pareret, nemo non nouerit, pereuntibus nimirum ipsis Agonum annis, hoc est Olympiadum certaminibus, quæ Camers unā cum suis annis in calculo suo præterijt. Agon enim Gymnicus annum habet nimirum quo peragitur, isq; Olympiadis initium facit, mox secundum numeramus, dein tertium, postremo quartum: ut gratia exempli, Olympiadis primæ anno secundo, Olympiadis primæ anno tertio, quartoque, id est ultimo. & c. Incunte enim Olympiade, id est anno certaminis prioris Olympiadem finitam esse intelligimus. Vbi autem seorsum Olympiadem ponimus, ipsum agonis Gymnici annum indicamus, qui nō à numero primus, sed ab Agone Olympiadis tantum uocabulo censetur: quanquam constet inter Olympiadem & Olympiadem quatuor non amplius annos interuenire, quos si solos supputando colligis, non Olympiadas, sed Olympiadum interualla numerasti, ipsis Agonum annis effluentibus. Porro & Grammatici Olympiada dicunt id Græcis spatium esse, quod Latini Lustrum uocent, quinque annis comprehensum. Proinde Pausanias tradit Herculem Olympiadem instituisse quinquenniij spatio ob quatuor fratres suos, Pœoneum, Epimenidem, Iasium, & Idam: quibus ipse connumeratus quinarium compleisset numerum. Hoc Camertem nesciisse credam: minime. Quid igitur? Dum in Solino ab incuria uindicando, & me capiendo, ne dicam carpando, paulo curiosius occupatur, tantilla incuria labitur, quod humanum cum sit, condonari debet. Hoc miror Camertem in supputato annorum conditæ Romæ numero fateri uoluisse, firmiorem Dionysij supputationem esse quā Solini: hoc uero, cuius iam memini loco, donare mihi noluisse, quod pari candore, nec minus uere quā candide Solinum ab Eusebij traditione dissentire affirmauit, idq; ea modestia, ut dicerem, non quidem errasse Solinum, sed apud alterutrum in supputando erratum esse suspicari me ostenderem: cum tamen Eusebij loco quem citauit, Cinciana supputatio suffragetur, nemine, quod equidem sciam, Solinianam assertionem iuuante.

Olympias.

Camers labitur

- 12 In Pomponij libro tertio, ubi de India paulo fusius ob fideliter instituendam iuuentutem de umbris disserui, quod eam rem à Grammaticis passim commentantibus, rarius pro fide, proque rei dignitate & utilitate traditam obseruassem. Interq; alia, quoniam ita incidisset, Lucani loci memini ex libro tertio, eumque obiter in transcurso sum interpretatus. Non Hercle ea gratia quod nodum inesse loco arbitraretur: quis enim rudimentorum Sphæricæ rationis peritus, hoc est tantum non Astronomiæ principiorum ignarus, inibi nodum tanquam in scirpo quærat? Sed magis ne quis occultiozem quandam doctrinam inesse ei suspicaretur, adeo facile capiendo, si paulo accuratior interpretatio adhibeatur. Tantum aberat, ut gloriari mihi libuerit nodum me, quem non offenderim, sustulisse. Porro sicco pede præteritum ab expositoribus dixi, non quod siluisse adeo, aut falsa tradidisse putauerim, sed magis quod ieiune, nec satis explicite quædam adduxerint. Id quod adeo mecum Camers fateri uoluit, ut occultiozem etiam doctrinam rimatus, multis eum locum ex Macrobio, Cleomede, Aristotele, & Seruio magnis authoribus, quibus

cum

cum belle mihi conuenit, enodare uoluerit, additis quæ me non præterierant, ipse tantum præterij, iam quod Lucanus sinistrarum meminisset, quis neget attinuisse? ut uterque paulo fufius, cur sinistras umbras Lucanus nominarit, quò ue modo, aut cuius positionis respectu sinistrae dicerentur, differuissent: aut saltem alteruter id lectori explicuisset, quod sinistrae forent quæ in meridiem cadunt, dextræ quæ in Septentrionem: quod tamen uterque præterijt. An non igitur ieiune interpretatos dicam, qui in umbrarum ratione indicanda, ne hoc quidem attigissent, sine quo reliqua sciri non possent? Sulpitius Solinum citans, Umbrae, inquit, quæ nobis ad Occidentem conuersis dextræ sunt illis sinistrae: mox Iani de sacro Busto uerba in medium affert, quibus hoc tamen non agebat Ianus, ut dextri & sinistri rationem redderet, qui indicare tantum uoluit ex autoritate Lucani, inter æquatores & tropicum habitantes, quorum in numero bona Arabum pars foret, duplex umbræ meridianæ genus habere. Porro neque hoc dictum, ad cuius umbræ proiectum isthæc dextri & sinistri ratio potissime referenda, Orientis ne solis, an Occidentis. Atqui constat plerosq; ex nobis, qui ad Arctum habitamus, paulo grandiori latitudine, cum in Cancro sol est, umbram habere ad meridiem, hoc est in sinistram inclinantem, sicut & Arabes, sole scilicet oriente aut occidente, quod cum demonstrari possit, multis probandum non est. Ad solam igitur meridiei umbram Poëtam respexisse docere debebant: quam aut in meridiem aut Septentrionem uergere, si catheto non incidit, necesse est: cum interim Orientis & Occidentis umbra non raro ita incidat, ut nec dextra sit nec sinistra, quando super illorum uertices siue Zenith sol meat: & ut dixi, ad Septentrionem etiam remotis, non solum Arabibus sinistra esse possit. Quæ nouisse interim mire referebat ad Lucani uersiculum doctè explicandum. Camers priorem Sulpitij expositionem tum ueram esse, tum Poëtæ sensui plurimum consonam ait, quod si permitto, hoc consequens non est, ut Poëtæ sensum accurate explicet, ut ne dicam interim, quàm lubrica sit Soliniana lectio, quod mox docebo. Omnibonum audiamus, qui sic inquit. Nam his qui habitant in Oriente, cum sol ad occasum tendit, umbra sinistrorsum uergitur: sed habitantibus in Occidente, sicut nos, cum sol tendit ad Occasum, umbra dextrorsum uergitur, sicut apud Indos, ubi dicitur Maleum montem sex mensibus in Austrum, id est in dextram partem uergere umbram, & totidem mensibus in Septentrionem. & c. Vides lector optime, qua moderatione animi dixerim, sicco pede hunc Lucani locum ab interpretibus præteritum: cum dicere potuissem non sicco tantum, sed luxu etiam & uaro pressum. Umbra hic Austrinam dextram uocat, Borealem sinistram, contra Lucani sententiam, præterea Orientem & Occidentem ita inculcat, tanquam Occidente Arabes, nos Oriente careamus, quasi uero referat in Occasum ne an in ortum abeas, umbram mutaturus: cum latitudo, hoc est abscessus à Tropicis in alterutrum latus hoc umbrarum genus, dextri scilicet & sinistri uariet, non autem Oriens aut Occidens, quorum utrunque Arabes cernunt. Nam qui extra Tropicos, habent alterum umbræ genus: qui intra Tropicos, utrunque uident. Præterea Arabes, inquit, populi sunt Orientis: qui quia habitant in Oriente, ideo admirati sunt cum uenissent in Occidentem. & c. Fateor Arabiam non paulo magis Orientalem esse quàm minor Asia aut Thessalia sit, in quâ Arabes uenisse Lucanus scribit. Constat tñ hos alterum umbræ genus habere nō potuisse, nō ea causa qd in occasum, sed qd in Septentrionē abiissent. Neq; nostris in locis tantum qui in occasum uergunt, sed apud Syros, Medos, Bactros, quiq; magis in Orientē, pmiuent Indos, idē Arabibus uisuenire poterat: cū bona etiā Arabiæ pars nostrā tantum, hoc est dextrā umbrā habeat. Adeo nihil ad hanc umbræ dextræ sinistrae ue rationem.

Omnibonum.

respectus orientis aut occidētis facit. Porro si quis intra Cancrī tropicū maneat, & ex Arabia in Atlanticū, in extimos Aethiōpas, qui ab occasus latere Hesperij dicti sunt, abeat, nihil ille umbræ rationē mutauerit. Nimirum qd' longitudinis uariatio nihil attineat: sed sola, ut diximus, latitudinis. Quid igitur oportebat occidentem inculcare, ubi Septentrionis rectius memineris. Sed de his olim fortasse nobis seorsum differēdi occasio dabitur: tantum ita fors ferat, ut ociari à professionis molestia, & tantisper ad literas reuerti occupatissimo mihi liceat. De Solino uideamus, cuius de umbris locum docte à Camerte explicatum lubrica fidei suspicatus sum, & dubium esse dixi quod ille tradidit, non etiā incuriā notauī. Umbrae autem quæ nobis dextræ sunt, illis quoque dextræ sunt, & sinistrae esse non possunt. Est enim omnino diuersum umbrarum genus, quod in Boream cadit: ab illo quod in Austrum proijcitur, & umbrae quas ipsi sinistrae habent, tales sunt ut dextræ esse nequeant: quanquam & dextras habent, tamē alio tempore habēt, & diuerso solis positu. Huc accedit quod sinistrae umbrarum ita meminit Solinus, ut putare possis non aliud Arabes umbræ genus quàm sinistrum habere, cum nobis dextras tribuat, nec aliud interim innuat. Quod si Solini uerba hoc sensu accipimus, ut sole nobis sinistro, illis interim dextras umbras ipsi suas in Austrum uergentes habeant, nostris eodem tempore in Septentrionem abeuntibus, quis non uideat uere dictum: ita tamen ut diligentia sit, non curiositatis lectorem monuisse, ne aliud sibi ex Solini uerbis obiter persuadeat: quando in clariori Lucani loco Omnibonus, doctissimus alioqui interpres, longe à scopo aberrauerit. Proinde in Seruij loco, quem Camers citat, idem moneo. Sunt enim nobis cœlum intuentibus sinistra, quæ & ipsi sinistra: rursum dextra illis, quæ & nobis dextra: ut simpliciter ille locus, nec accipi recte nec intelligi queat, sicut & illud Macrobij lib. de Somnio scipionis secundo, ubi ait, nunquam uere solem fenestram Septentrionis admittere. Sunt enim in nostro latere ad Septentrionem remoti, qui uiginti quatuor horarum spacio elabente Orientalem & Occidentalem umbram, tum & dextram Septentrionis & sinistram Austrinam habent: ad quos si Arabes illi Pompeiani peruenissent, dextras umbras in ignoto orbe agnouissent: quanquam impossibile Macrobius autumat. Ego ad demonstrandum id ipsum dubitantibus me offero, nec multis opus est, res ipsa certissima est & cognitu facillima. Primum omnium hi quibus aliquot saltem gradus Cancrī sub horizontem non merguntur, latitudine ultra sexagesimumseptimum gradum expansa, spatio minimum uiginti quatuor horarum præsente sole fruuntur, nulla prorsus ingruente nocte. quo spacio uolente sole, cum nobis mediæ noctis horam efficit, apud illos supra horizontem extans, umbram proijcit in meridiem: estq; ea uere sinistra umbra, quam frequentius habent, quibus multi dies nulla nocte intercepti, luce coherent. Velut hodie de his qui ultra parallelum Arcticum summouentur, experientia deprehensum est. Cæterum illud umbræ genus quod sinistrum est, à sole meridiano, hoc est ab eo puncto meridiano in quo si sol ipsis occideret, meridiem metirentur, habere nequaquam possunt: cum eo tempore nostrum latus terræ solem semper à sinistris habeat: eoque modo Macrobius intellexisse existimandum est. Libuit hæc adscribere, prolixa fateor, sed attentionia tamen, ne quis existimaret me sine causa Lucani expositorum meminisse. Simul ut candidus lector cognosceret, quarum rerum apparatu me ad Lucani locum interpretandum accingere potuissem, si is mihi animus fuisset, ut de re tantilla gloriam unquam duxerim, obseruatione præsertim sinistrae umbrarum ab ignoto Arabibus orbe in medium producta, de qua equidem dicere ausim, ante me neminem recentiorum mansuetiores literas professum, quem quidem legerim, indicasse tradidisseq;.

Seruius.

Nota.

Apud Pomponium libro. iij. ubi de Tygri & Euphrate inter alia fit mentio, Soli- 13
 ni locum de fertili ad modum Nili Euphratis rigatione ex Gnomonicorum senten-
 tia in medium attuli, primū, quod dignissimus mihi animaduersione uidebatur: mox
 etiam quod nec attinentem, nec ueram iudicabam: ita tamen egi, ut pro solita mode-
 stia mea, eius rei peritis, hoc est Cosmographis iudicij copiam non detrectarim: quo-
 rum sententia, si unquam à nostra illa diuersa futura est, non grauabor ita cedere, ut
 gratiam etiam habiturus sim meliora docentibus, eoq; me scrupo liberantibus: tan-
 tum id non friuolis, sed suis; hoc est dignis fide rationibus agant. Eo loci Camers cū
 Solinum premi iudicasset, non hoc asseruisse Solinum, sed id Gnomonicos contem-
 disse ait, satis his uerbis testatus quid rationi illi tribuat, quādo in Gnomonicos quā-
 Solinum culpam referri mauult. Equidem non nesciebam ita Gnomonicos contem-
 disse. Caterum dignam fide esse Gnomonicorum rationem Solinus crediderit nec
 ne, id in quæstionem uocamus: quod si tribuisse quicquam ei uidebitur, & sit qui fal-
 sam esse conuincere queat: communi certe aut incuriæ aut ignorantia culpa non ua-
 cabit: de qua tamen præfidenter nihil pronunciaui, nedum ut Solino eam ceu com-
 pertam usquam obijcere uoluerim. Age quādo Camers noster ex Plinij, cui fidit, sen- *Simile.*
 tentia alicubi dixit, experientia constare, ut ubi in die umbræ non sint, ibi Septentrio-
 nem non conspici. Probari autem uel Plinij autoritate, demū & demonstrari que-
 at falsum esse, quod Camers ex Plinio prodidit, putas ne, in solum Plinium errati cul-
 pam, ac non in Camertem etiam, qui id aut non uiderit, aut certe uidere præ fauore
 noluerit, reijciendam: quanquam illum incuriæ, hunc etiam fidentia accusare possis,
 qui refragante ueritate, à Plinij sententia uelis, nolis, stare uelit, quicquid tandem aut
 rationes aut demonstrationes occlamarint. Demus autem, ut Gnomonicorum ratio-
 ni nihil tribuisse Solinū uerisimile sit: nihil oscius mea referebat, ut quæ ille ex Gno-
 monicorum sententia tradidisset, propter iam dictas causas in quæstionem uocarem.
 Caterum si hoc modo culpæ eximere Solinum libet, cū propè omnia ex Plinio mu-
 tuatus sit: non uideo quantum illi scriptori posteritas debeat, extante præsertim Plinij
 opere: nisi bonam eum partem probasse, & pro sua quoq; sententia aliunde de-
 sumpta adhibito iudicio posteritati relinquere uoluisset fatearis. Mihi certe nemo per-
 suaserit ut credam, admiratorem illum Plinianæ doctrinæ, tot efficacissimis rationi-
 bus præteritis hanc unam solamq; nec Plinio, nec alijs quos legerim familiarem, ita
 de Euphratis auctu in medium asferre uoluisset, ut de ea tamen tanquam indigna fide
 suspicaretur. Non existimo hunc morem ueteribus scriptoribus fuisse, ut pro certis *Mos ueterum*
 dubia, pro ueris similia uero mandare literis, & posteritati relinquere dignum duxe- *scriptorum.*
 rint: melioribus interim aut cælati inuidia, aut maleuolentia dissimulatis: tanquam il-
 lis hoc modo illudere, nobis ceu falsis imaginibus, ac nō potius syncero iuuandæ ue-
 ritatis studio prodesse libuerit. Quin rectius credimus doctissimum quencq; & opti-
 mum scriptorem in naturæ præsertim historia referenda, uera compertaq; aut ea fal-
 tem, in quæ aut ueterum inclinarit autoritas, aut temporum ratio, quæ artium peri-
 tiam non æqua lance simul aut omnibus distribuit, consenserit, indicare bona fide
 uoluisset. Quanquam uideo plerunque Solinum, & frequentissime C. Plinium, ali- *Nota.*
 osq; non paucos ita solere, ut in causis rerum æstimandis, magis quid alij senserint
 in medium asferant, quàm priuatim de suo quicquam depromant: præsertim ubi
 rei difficultas decernendi fiduciam adimit meditati, aut rationum uerisimilitudo
 dubium suspendit in diuersa tractum: quando in aliorum traditis argutari tutius
 iudicatur, quàm in propria, aut una quapiam sententia confirmanda periclitari.
 Quod ipsum quanquam plenum est uerecundia & modestia, & planè
 Academicum, cum multis ueterum, tum ipsi ante alios Archesilæ attributum,

uitio tamen non caret, & oscitantia cuiusdam non potest non tribui: si illud ita agas, ut sine iudicio & defectu alba, ut dicitur, linea copia quadam affectata, ne quid præterijisse te credamus, quæuis ut obuia fuerint infulseris, nec priuatim quædam eruditiorum obseruatione fretus, ut manifeste falsa coarguis, quædam autem ut frigide & ieiune dicta conuellis, aut ut non attinentia reijcis. Quam rationem inter nostros seuerissime custodijt diuus Hieronymus, acuratissime præstitit Augustinus, constanter retinuit Ambrosius, & mira sequutus est felicitate Cyprianus. Nec sanè deserit

Lactantius. Lactantius, nisi quod hic author, amore credo iuuadae religionis, ueterum sapientia non iustis semper causis refragari uoluit. Ex ueteribus autem naturæ interpretibus,

Aristotelis fiducia. Aristoteles princeps & ipse philosophus, magna fiducia & minime infelici libertate, tantum semper præsentissimo ueritatis numini tribuit, ut eximiam ueterum doctrinam, & seculis etiam adornatam auctoritatem contemnere maluerit, quam sua negligere, si quando attingere (quod aiunt) scopum, suisq; consistere rationibus uiderentur, pro his cum suo Platone, immo cum suo quoque seculo depugnare paratus. Ac illis quidem hac tantum re fauet, quod uestiganda ueritatis uiam sibi fecissent. His etiam risu molestus est, quod aliud sentire auderent, quam ipse opinaretur. Nunc ut ad institutum reuertamur. Qui sciamus peritissime Faber, cum Gnomonicis Solinū non sensisse: ac planè nō credidisse quod illi tradidissent de Euphratis auctu, propterea quod illos ita contendisse ait: cum solam tamen hanc rationem adducat, nec reijciat nominatim. Porro si uarias causas attulisset, nec indicasset quam præcipue probandam existimaret, dubitare de Solini sententia iuste potuissemus: iam quod hanc solā attulit, quid dubites uerisimilem sibi uisam esse? Doce autem quo sensu hæc eius uerba accipere debeam: Vnde apparet ista duo flumina. & c. Ego uerbum apparet, pro eo accipio quod est, uideatur, siue uerisimile est: nec uideo quid aliud indicet: ut minime temere dixisse uideri debeam ita credidisse Solinum. Quod si Camers non est daturus nobis, & putat conuincere me non posse, ut eo modo Solinum sensisse existimemus: id credo dabit quod ostendere ipse nō possit, C. Solinum Gnomonicorum sententiæ non accessisse. Igitur ne uerba perdamus amplius, ut iudicij mei rationem reddam studiosis, & illam temeritatis suspicionem amoliar, simulq; Solini locum à

Locus Solini obscurus explicatus. Camerte in meis reuellendis occupato præteritum explicem, Solini uerba ex capite quinquagesimo afferam, quæ in hunc fermè modum habent: Mesopotamiam Euphrates opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Aegypti amnis terris suffusus, inuecta soli fecunditate isdem fermè temporibus quibus Nilus exit, Sole scilicet in parte Cancris uigesima constituto, tenuatur cum iam Leone decurso ad extrema Virginis facit transitum, quod Gnomonici similibus parallelis accidere contendunt, quos pares & cœli & terrarum positione æqualitas normalis efficit lineæ: unde apparet ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculari constituta. Hactenus Solinus. Quorum sensum ut obiter reddamus, satis fuerit illud nouisse à Græcis τῶν γνομονικῶν doctos siue scientes appellari, non raro quando τὴν γνώμην & scientiā & consiliū uocent. Sed à Solino hoc uocabulo census uideri, quos recentiores Cosmographos frequentius nominant, descriptis terrarū locis cœli etiā positū ad exactā parallelorū longitudinis latitudinisq; obseruationē accōmodantes, cum explicatione quantitatis lucis, hoc est diei, & umbrarum meridiei, quas diuersa ad Gnomonē proportionē longiores breuioresq; esse cōtingit, prout longius ab æquatore abscesserint siue à loco Solis abfuerint paralleli. His autē nomē est ἀπὸ τοῦ γνώμονος, hoc est à Gnomone, quo Græci stylū etiā horas indicantē appellāt, à ᾧ Gnomonice ipsa ars & ratio solariorū dicit. Proinde Gnomon & umbilicus solis uocatus, quoniā in umbræ quantitate metienda summitas eius umbilico, id est centro Solis respondet, quando quidē

Gnomonici. γνομονικῶν doctos siue scientes appellari, non raro quando τὴν γνώμην & scientiā & consiliū uocent. Sed à Solino hoc uocabulo census uideri, quos recentiores Cosmographos frequentius nominant, descriptis terrarū locis cœli etiā positū ad exactā parallelorū longitudinis latitudinisq; obseruationē accōmodantes, cum explicatione quantitatis lucis, hoc est diei, & umbrarum meridiei, quas diuersa ad Gnomonē proportionē longiores breuioresq; esse cōtingit, prout longius ab æquatore abscesserint siue à loco Solis abfuerint paralleli. His autē nomē est ἀπὸ τοῦ γνώμονος, hoc est à Gnomone, quo Græci stylū etiā horas indicantē appellāt, à ᾧ Gnomonice ipsa ars & ratio solariorū dicit. Proinde Gnomon & umbilicus solis uocatus, quoniā in umbræ quantitate metienda summitas eius umbilico, id est centro Solis respondet, quando quidē

Gnomon quid.

centri terræ summitas illa uicē gerit. De hoc Plinius. lxxiiij. capite secūdi ubi de Gnomonica. Solis itaq; umbilici, quem Gnomonem appellāt, umbra in Aegypto, meridiano tempore, æquinoctij die, paulo plus quàm dimidiam Gnomonis mensuram efficit. Idem libri. vi. ultimo capite. In hoc cœli complexu æquinoctij die media, umbilicus, quem Gnomonem uocant. viij. pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. De eodem Vitruuius libri noni capite. viij. Namq; inquit, Sol æquinoctiali tempore Ariete Libraq; uersando, quas ex Gnomone partes habet nouem, eas umbra facit octo in declinatōe cœli, quæ est Romæ. & c. Quia uero Gnomon umbrarum, siue in planiciem horizontis, siue in superficiē Zenith (ut Gnomonici hodie uocant) infigitur semper cum umbra à se proiecta rectangulum facit, eo nimirum ad perpendicularum directo: factum est ut à Geometricis & Architectonicis instrumentum, quo recti anguli deprehenduntur, ad perpendiculares lineas exactum græcis Gnomon dictus sit. Latini ueteres normam uocarunt, tribus rectis re-

Norma quid.

gulis siue lineis trianguli forma cœuntibus, quarum una cubitos tris, altera quatuor, tertia cubitos quinque longa fuisset, uelut libro. ix. tradit Vitruuius. Non refert autem utcūq; dispares sint longitudine regulæ, modo duarum regularum ancones ita cœant, ut perpendicularo decursus marginum respondeat. Gnomon uero absolutus ea linearum paritate constabat, ut quadratum perfectum duobus Gnomonibus, siue qd' idem est, duabus Normis cōsisteretur. Hic est Gnomon cuius in prædicamentis Aristoteles meminit, quadrangulo additum, eum angeri quidem quadratum asserens, uerum nihil aliud fieri à quadrangulo. A Norma illa linea normalis, cuius meminit

Linea Normalis.

Solinus, dicta est assiduis authoribus pro ea quam alij perpendicularem siue perpendiculararem, græci Catheton uocant, rectum seu rectos angulos cum linea recta, in quâ incidit, constituentem. Proinde Quintilianus lib. xi. Normalem angulum dixit, quem aliàs rectum uocant. & Censorinus in libello de die natali normalem eo modo lineam nominauit, ut alicubi doctissime decus illud literarum postliminio reuersarū Guilielmus Budæus prodidit. Aliud autem est perpendicularum, aliud norma: ne quis idē significare autumet, quanquam normale à perpendiculari non differat. Norma em̄ ut ad angulorum rectorum rationem exigendam utimur, ita perpendicularum ad altitudinum æquatarum obseruationem accommodum est, quemadmodum longitudines regula metiri Architectonici solent. Vitruuius libro de Architectura septimo: Longitudines, inquit, ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentes exigantur. & c. Est igitur uerborum Solini sensus Gnomonicos contendisse horum amnium defluxum ita controuersa positione æquari, ut quantum Euphrates in Septentrionem à meridie, & austro à parallelo solstitiali seu Cancri tropico, ad quem auctus Nilii fieri solet, recedit, tantum alueo suo Nilus opposito latere à Septentrione & Borea in meridiem & Austrum sese retrahat: eoque modo fontes amnium parallelis subesse similibus, id est pari distantia à loco Solis diuersis, easdem incrementi causas propter parem declinationem habere: ut gratia exempli, parallelum. xv. gradus declinationis Borealis similem esse dicimus parallelo quindecimi gradus Austrinæ declinationis: à quorum medio, hoc est puncto meridiano æquatoris, si perpendicularem demitti super axe mundi imaginariis, erunt anguli recti pares: & ut Solini uerbis utar, modulus eiusdem perpendiculari pares habebit hinc & inde ad parallelas procurrentes lineas, conformi Gnomonis ratione, & umbra æquinoctialis pari quantitate, licet diuersi sint, id est contrapositioni paralleli: qui pares tamen dici possent tum propter æquidistantiam & magnitudinem, tum etiam quod pariter habent quæ iam diximus, Sole æquinoctium faciente. Ad Euphratem autem & Nilum si respicis, inuenies plus minus uiginti tribus gradibus Euphratis

Perpendicularū.

fontes à Tropico abesse Cancrī, Ptolemæo : rursus Nilum ubi iam Nilus est & dicitur, hoc est iuxta Meroëm, ubi Astapus & Astaboras eidem authori corruant, prope tantundem à tropico distare, ut similibus hoc modo parallelis subesse uideri queant hi amnes. Sed non exacte satis hoc quadrare indicat, quod non à fontibus, sed manifesto amnis Nili de fluxu hæc distantia ratio sumitur, undecunque tandem Nilum manare putes: quanquam Solinum non fontium, sed amnium meminisse uidemus. Quod si quibus sententia Camertis arridet, ut per similes parallelos eosdem quibus hi fluuij alicubi subsunt, intelligamus, quemadmodum & ego intelligi posse in Scholijs obiter innuebam, nihil proprium Euphrati illi tribuent: quandoquidem & Ganges & Indus, simulque Tygris in Asia, in Africa autem Cyniphs, Bragada & Ampfaga, ut alios interim his non minores prætereamus, id ipsum cum Nilo cumque Euphrate commune habent: ut necesse sit opinantem, aut ab isthac sententia cadere, aut

Camers Persicum sinum à rubro mari separat.

mittere, ut amnes iam nunc à me recensenti pari cum Nilo auctu redundent, sitque uulgare pluribus fluminibus, quod hætenus in paucis amnibus uetustas mirata est. Porro ut dubitari nequit contrario fluxu contra se tendere Nilum & Euphratem, hoc in Meridiem, illo in Aquilonem abeunte, ita certe ex Ptolemæi traditione constare potest, eorundem longitudinem longo interuallo secerni, ut ne hoc quidem modo perpendiculo contrarij incessus respondeant, & longe remotos habeant circulos meridianos, illo demum in nostrum mare, hoc in rubrum mare, hoc est sinum Persicum exeunte. Quo in loco (quemadmodum ita incidit) fateor mirari me Camertis nostri opinionem, mare rubrum à sinu Persico ita separantis, ut Hieronymi & Iosephi de Euphratis exitu, itemque Herodoti, Curtij & Diodori sententiam, Plinij, Solini, & Ptolemæi contrauenire traditioni existimauerit. Dicit enim apud Solinum cap. xlix. Diuus Hieronymus, Iosephus cap. ij. primi antiquitatum, & plures alij asserunt Tygrim amnem non in sinu Persicum, sed in mare rubrum inferri, &c. Quum hi tamen sola nomenclatura diuersi eundem sinum intelligant: est enim rubri maris pars sinus Persicus, quemadmodum & Arabicus, id quod Plinius, & Pomponius docent, & .xiiij. libro præclarus author Strabo testatur. Herodotus quoque lib. iij. sinum Persicum rubrum mare uocans, Altera, inquit, ora à Persis incipiens porrigitur ad rubrum mare, quod & Persicum uocatur, dein gradatim Assyria atque inde Arabia, definitque in sinu Arabico. Plinius lib. ix. de uisionibus: Præcipue autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri, &c. Est ergo rubri maris uocabulum generale Persico & Arabico sinui, ipsique utrunque sinu fundenti Oceano, quo felix Arabia clauduntur, quod uidere Camers potuisset, si tantisper tabularum pictura sese oblectare uoluisset. Isthac autem persequi iam nunc non uacat, ac ne si uacaret quidem, liberet: tantillum enim ocij quod in præsentia dabatur, in nostris explicandis magis quam alienis annotandis infumendum ducebamus, atque utinam ferari nobis in uniuersum Camertis æquanimitate licuisset, sed de hoc suo loco. Nunc dico me non uidere, quomodo ex parallelorum obseruasse ista, qua Gnomonicorum ratio, & Solini sententia nituntur, auctus aut Nili aut Euphratis deprehendi queat. Nec dubito (quod citra arrogantiam dictum uolo) deceptos esse & Gnomonicos & Solinum, eoque modo libenter periclitor, donec extent, quibus gratiam habere possim, hoc est qui his nostris certiora dicturi me hallucinatum, non friuolis coniecturis, sed attinentibus argumentis conuincant: Ne quis obiter gloriatur causam se incrementi Nili aut Euphratis reddidisse, quod Mosis testimonio producto, eodem illos principio, hoc est eodem Paradisi fonte oriri amnes contendat, ac propterea eos sub uno aliquo perpendiculo constitutos uideri uelit. Hoc enim si est, ab una eademque plaga fluere eos dicemus, non diuersis plagis, uelut Solinus ait: rursus uni à fonte parallelo subesse.

Mare rubrum.

esse, nō similibus: hoc sensu cum Solini lectione se collidente. Fatcor autem nuncq̄ me in Mosis testimonio dubitasse. Cæterū quo minus ab hoc fonte (etiam si hæc parallelorum obseruatio quicquam ad rem attineret) incrementi causam petamus, recentium Theologorum coniecturæ monēt, ad eō nunquam eum uidelicet, aut pluuijs undis, aut niualibus augeri posse tradentiū: quippe qui perpetua serenitate tranquillus maneat, ac ne diluuij quidem undis obrutus fuerit. Et aliās constabat me in explicanda Solini & Gnomonicorum ratione Mosis autoritate non urgeri: quando nec hos, nec quenquam ueterum Ethnicorum fuisse in hanc usque horam legendo, audiēdo uel obseruare potuerim: qui Gangem, Nilum, Tigrim, & Euphratem ex eodem oriri fonte affirmauerint: tantum abest, ut Gnomonicos Mosis autoritate monitos, ita tradere uoluisset credere debeamus, & persuadere nobis Mosis historiam Gnomonicis aut Solino notā fuisse. Quid igitur proderat Camerti nostro, in Solini uindictanda autoritate ad eam rationem confugere, quam pro recenti, præsertim Theologorū opinione, ne Solinus quidem, si reuiuiscat, unquam sit agiturus: nec Gnomonici ut eam admitterent, facile persuaderentur: nisi fide nostra, cuius nullæ in Solino reliquiae extant, hanc scripturæ reuerentiā exhibere didicerint: ut quæ Moses tradidisset, temere negare nō liceret. Dubitamus autem, Iulium Solinum hunc quatuor amnium insignem fontem, in historia rerum in orbe memorabilem præterire potuisse, si unquam legisset fuisse qui ita prodiderint, nedum credidisset: Fuere quidem, sicut Philostratus scribit, qui Indum & Nilum eundem amnē crediderunt: rursus qui Euphratem à Nilo non alium esse uel incrementorum paritate moniti putarint: quos si bene sentire Solinus existimasset, nō paulò minus his, quàm Gnomonicorum sententiæ credo accessisset. Cæterum falsum tradidisse illos ante Strabo monuerat: & Moses monet ne nos eosdē putemus, quos diuersos esse ipse docuit. Constat autem præter Platonem, nō paucos ueterum, si Eusebio credimus, è Mosis historia promouisse: ut mirum sit, si neminem pari sententiā de iam dictis amnibus tradere uoluisset constare queat. Quis autem non uideat, nos qui fidei munere exultamus, hanc ueritatem christianæ religioni debere, occasione nimirum nouæ legis Hebræorum recepta historia, quam toties recipiendam ipse, cui uitā & salutē debemus, Christus monuit: Porro quod dubitare cōtingit de fonte illo uno altius cogitantes, nihil mirum: cum & Ambrosius sola allegoria nitatur, & Augustinus libro super Genesim. viij. de se fateatur fuisse tempus, quo fieri non posse crediderit, ut omnia quæ de Paradiso Moses tradidit, ad historicum sensum referri cōmode possent. Proinde duos cōtra Manichæos de sensu scripturæ libros allegorice tantum interpretatione fulciisse ait, historia posthabita. Sed de Paradiso quatenus ad ea explicanda attinuerit, quæ in commentario Pomponiano descripsi, ne quis aliter atq̄ ego senserim suspicetur, mox referam. Ad Euphratem reuertamur, quem hac quoque ratione, quam Thales prodidit, augeri posse Camers indicat, uētorum impetu suspendente undas, & harenis agitatæ simul ostia obducentibus. Cui equidem ut non accedo, ita sanè homini hac de re molestus non fuerim. Tantum id monere candidum lectorem libuit, Euphratis defluxum ab Etesijs iuari, non suspēdit: simul enim secundo amne in meridiem abeunt. nec uerisimile esse posse, ut quo tempore annui Aquilones Nili decursum contrario flatu suspendere dicuntur in litore nostri maris, eodem tempore Austrini flatus sinum Persicum, & rubrum Oceanū trahant: ut hoc modo uicina amnium ostia diuersis plagis simul egressos uētos uno tempore præcludere uerisimile uideri debeat scilicet. Alioqui qui credas, ipsdē uentis, hoc est Etesijs utriusque amnis undas suspendi, cum hic secundos ille contrarios habeat: rursus ex diametro, quod aiunt, & ad perpēdiculi æquationem, ut Gnomo-

Nota.

Fluxus Ephra-
tis ab Etesijs
impellitur.

nici contenderunt Soliniani, contrapositis illis: ut ne referam interim, quam nō certa Thaletis ratio existat, non temere à Seneca, Herodoto, ipsoq; p̄cipe philosopho Aristotele, sicut alibi indicauimus, reiecta confutataq;. Quod si tabularum picturis sese oblectare Camers noster, & coram uidere uoluisset, quam nihil Euphratis descursui flatus Etesiarum obsit, Thaletis, puto, rationem à Nili ostijs ad Euphratis alueum non transtulisset. His igitur atque alijs hucusque argumentis, ut obiter remissici potui, allatis: facile erit cuius lectori, modo attentius legerit, intelligere quam non arroganter Gnomonicorum sententiam in quaestione uocauerim, deq; ea aesti causa incrementi annuum.

cessum solis ad Cancrī parallelum, & latus nostrum potissimam incrementi causam illis annibus mouere: nec illis tantum, sed alijs pluribus longe citra uniuersae Armeniae limites ad Vrfas remotis, ubi nulla normalis linea aequalitas, praesertim ad Nilum collata, locum habeat, idem praeter: quando diebus aestiuis longissimis, radioq; minus obliquo, nec imbecilli, sole terras nostras proxime altissimeq; illustrante, infimus aeris tractus radorum paulò firmiori reflexione accenditur: eoq; modo pertinnax montium frigus expugnans, in undas niues resoluit, & oppletis fluminū alueis (miram naturae prouidentiam) siccis terris rigum undarum uim elargitur. Quod ipsum terrarū situs peritissimus author Strabo lib. Cosmographiae. xvi. in Euphratis effluuio agnoscens: Exundat, inquit, Euphrates in aestate, à uere incipiēs, cū iam niues in Armenia liquefiunt, ut necesse sit stagnare arua atque obrui, &c. Idem & Nilo geminam ob causam obtingere posse, uerisimili coniectura ex uarijs grauium authorum argumentis in commētario meo Pomponiano non ita pridem disserui.

Rhenus. Et constat experiētia (ut de nostris annibus cōperta referam) Rhenum à fontibus, sole iuxta Cancrī tropicum obuersante, propter Rheticarum alpium liquefactas niues, & anteactae hyemis ratione, plus minus uel accrescere, noxia plerūq; accolis undarum uel longe lateq; intumescēte, maxime ubi hymbrium ubertas effluuium auxerit: proinde Brumae tempore limpīdum tenuemq; patentē in alueo residere, cum nulla nō aestate intumescat. Quod & in Danubio p̄cipe Germanorū fluuio obseruauimus, qui glacie uerno sole dehiscēte, sensim crescit, ad nō raro exūdat, sed aestiuis mensibus frequentissime tamen. Autumni tempore sese in alueo cohibēs; mox nisi pluuiosa obturbet hyems, liquidus perspicuusq; defluens, cū tota aestate cœnoscus ob agitatam herenas, flauusq; descendat. Nec dubium fuerit aestate eū multo maiorem, quam hyeme ferri: quod ipsum Herodotus nesciuit, & contra constantem experiētiam negauit Seneca: iam de Rhodano & Aethesi non attingam. Plinius libro. iij. cap. xvi. Padus, inquit, augetur ad Canis ortus liquatis niuibus, &c. Quibus putas niuibus? nempe in alpinis, quae adeo medijs etiam aestibus lente cedunt, ut in frequentibus Leopōtiarum & Rheticarum alpium iugis perpetuae sint, ne quis putet uerni tantum solis materiem esse alpium niues, quas absumat: atque iisdem causis Euphratem & Nilum ab immanibus Tauri & Atlantidis iugis augeri posse diffidat. Porro quod in Scholijs nostris in horum annuum uestigandis incrementis, ad fontes recurrendum esse dixi: idq; adeo plerūq; falsum Camers affirmat, candidi lectoris iudicio relinquo. Equidem de alijs fluminibus non pronunciauimus, de Nilo tantum & Euphrate memini: quorum alterum augeri undis ab ostijs suspensis Herodotus, Aristoteles, & Seneca, ut dixi, negant. Alterum Etesijs stagnare nō posse demonstraui. Et à fontibus, hoc est defluxus principio Euphratem Armeniae liquatis niuibus Strabo tradit. Sentiant autem alij quod uelint, mihi uerisimile non uidetur, Nili fluentia ulla uentorum uel adeo retroagi posse, ut inundare tantopere hac causam credamus, quando Aethiopiae quoque partem longe ab ostijs remotissimam

longe & late undis obtegat. Neque uero sum nescius aestu maris stagnare amnes, *Aestu maris amnes stagnat.* undis uidelicet ab ostijs regurgitantibus: uelut Bethim Tagumq; in Hispania, Ligerim & Garumnam in Gallia, Rhenum, Amisum, & Albim in Germania, alibique alios: uerum nullis Etesijs, nec planè illo incrementi genere quo Nilus, nec aestate, & sub Cancr ardoribus tantum, denique non nisi Oceani aestu, quantus in nostro mari nullus existat. Quod si sunt qui reciproco procellarum impetu uentorum uiolentia suscitato suspendi defluxus amnium contendant, nihil moror uerisimilem sententiam: modo nequis eò nolentem me adigat, ut hanc unam tantarum inundationum causam esse credere debeam. Scimus enim aliquando non rigasse Nilum, nihil minus interim credo & Etesijs flantibus, & Aegypti litoribus uentis aestibusq; infestatis. In hæc diuertisse candidè lector, molestia ne sit: uberiores em̄, ne dicam loquaciores, ut essemus placuit, non tam ut nostra tueremur, quàm ut omnis consilij nostri, quo illa scripsissemus, ratione p̄dita, benè ne an secus de Solini loco senserimus, intelligere sine labore posses.

Apud Pomponium libro .iij. ubi de Tigri mentio fit, obiter memini nostrorum *14.* sententiæ, qui Mosis auctoritatem secuti, Tigrim, Euphratem, Nilum, & Gangem è Paradiso re ipsa manare confirmant: quod me non uidere dixi, quomodo uerū esse queat, nisi aut allegoriam sequamur, aut terram habitatam Paradisum esse intelligamus. Quo de loco tamen à nemine hæctenus male, quod sciam, audiui, referendum tamen aliquid dignum duxi: ne quis me solam allegoriam sequi suspicaretur, tanq; planè ab historia abhorruerim, & Augustini contempserim auctoritatem. Dixi em̄ Paradisi situm adeo nostris incertum, ut quo loco sit, aut quid sit, ipse nesciã. Quod *Recentiū Theologorum opinionēs.* quidem ut facerem, partim Augustini monuit auctoritas, partim in causa fuere recentium Theologorum frequentissimæ opinionēs: quæ sine scriptura, sine ueterum auctoritate, ita de Paradisi situ decernunt, ut qua fidentia fuerint, qui ita tradidere, uidere quidē possint paulo eruditiores: cæterum quibus causis moti ut ita traderent, nemo facile dixerit. Nisi suspicari licet Aristotelico instituto animatos illos, id sibi persuasisse: ut quæadmodū Aristoteli in naturæ tractatū uarietate pro ueterū Philosophorum reiectis, aut receptis opinionibus, pronuciare libuit contra receptum Academiæ morem, cum ipse Peripateticam instituisset, ita nostris in sacris literis exponendis, ut de multis inuestigare diligentius, ita pronuciare de omnibus contra ueterum scripturæ interpretum modestiam liceat. Cum Augustinus tamen in Paradisi historia *Augustini modestia.* texenda nihil se temere affirmaturum dicat, quin & meliora afferentibus libenter cessurum: frequenter interim monens sine affirmandi temeritate quærēda esse quæ non aperte scriptura loquitur, sicut in Paradisi mentione: quem ut re ipsa esse nō dubitat, ita locum eius ab hominum cognitione remotissimum esse credendum existimat. Et piētissimus ille scripturæ aestimator Ambrosius, in eo libello quem de Paradiso scripsit, rem esse periculo obnoxiam existimat, si quis etiã sciens certusq; de Paradiso indicaret: quapropter in solam allegoriam, & spiritalem captum sisus, locum quidem esse Paradisum non negat: cæterum talem esse indicat, qui spiritu magis certū, dum quæritur, quàm sensibus deprehendi queat. Ego sanè cum Augustino libro *Paradisus terrestri.* super Genesim octauo, non dubitabam Paradisum re ipsa locum esse, terram uidelicet ubi habitaret homo terrenus, locum utique amœnissimum, & fructuosissimum, eundemq; magnum, & magno fundo foecundum, quem Augustinus alicubi latæ regionis terram uocat: non raro admonens non posse eum non spatiosum esse: sicut Iosephus locum uocauit refertum arboribus, uirgultisq; plurimis. Lactantius quoque .xiiij. cap. libri secundi, hortum foecundissimum & amœnissimū, quem Deus in partibus Orientis omni genere ligni arborumque conseruisset. Por

rò Græcis παράδεισος hortus dicitur, Hebræis Ran dictus, teste Hieronymo. Vbi uero ille esset, editò ne in loco, an humili, quàm ampla, quibus terminis, quò ue sub cœlo sita, nesciebam: quippe cum ne quærendum quidem Augustinus existimaret, & coërceret inquirentem religione diuus Ambrosius. Tantum abest ut attigisse hæc tenus scopum credere debeamus, qui inquirere, & pronunciare sunt ausi: adeo diuersa pugnantiæq; commenti, ut nisi quis naso caret, odorari queat, quàm nihil habuerint pensi, quod deprompsissent. Longe illis mea sententia, cum iudicio & eruditione, tum singulari quadam animi moderatione uincantibus, qui in Petri Lombardi libris interpretandis locum illum de situ Paradisi, aut præterierunt inexplicatum, aut leuiter attigerunt. Demus autem ut Peripateticum sit singula excutere, & ubilibet pronunciare, ut planè scire frequenter uideantur qui pronunciant. Pij tamen & eruditi scripturæ interpretis fuerit, ueterum ecclesiæ Doctorum uestigia sequi magis quàm ad Aristotelis diligentiã respicere: præsertim quod nusquam maiori laude ferri queas nescire te quod nescias: & sint quædam quæ nescire præstet, quædam etiam quæ sciri ab homine citra reuelationem nõ possunt. Vt ne dicam interim, quàm

Nota.

foedum istud plerunq; temeritatis, & inscitæ consilium sit, si quis aut uanæ gloriæ studio, aut arrogantis doctrinæ persuasione, scripturæ diuinitatem humanis opinionibus urgendam duxerit: quod ipsum ne quis unquam ineat, non solum Augustini & Ambrosij grauis in primis autoritas iubet, sed publicus etiam studiorum cõsen-

Diuerse de Paradiso sententiæ

sus uetat. Iam, ut ad Paradisum reuertamur, sunt qui sub æquatore illum locent, sunt qui sub Cancrì tropico, quidam interim sub Capricorni sydere, quod ea terræ pars præstantius influenti cœlo subsit: & constat, Aristotele teste uidelicet, polum Austrinum sursum uersus situm esse, nostrum uero, id est arcticum deorsum, ad mundi positionem respiciẽtibus illis. Fuere præterea qui prope fortunatas insulas, rursum qui in Oriente statuerẽt, nulla amplius terræ parte reliqua, in qua illi Paradisi delicias nõ quaesierint. Multis etiam anxie contendentibus, ne credamus ullo in loco arctici lateris sitam esse: etiam si sint, qui Hyperboreis clementissimi cœli auram tribuant. Porro & altissimo in loco situm contendunt, ac ne hoc quidem modo pariter omnes. Sunt enim qui ad globum Lunæ attingere dicant: sunt qui sub æquatore ad initium mediæ regionis aëris statuunt, ut scilicet ex reflexione radiorum adurente, amœni loci delicias eximant. Alij rursum in parte infima supremæ regionis aëris locant: eorū modo factum aiunt, ut nec diluuij undæ attigerint, neque hodie imbres, & reliqua cœli iniuria illis defæuiant. Quibus alijsq; cogitandis sententiã Bedæ presbyteri occasionem, puto, dedit: hic em̄ sine ulla aut scripturæ, aut ueterum autoritate ad Lunarem globum attingere Paradisum credidit. Quod alij ad historiam referentes cõ-

diuus Thomas.

stanter negat: alijs doctius, uelut diuus Thomas primæ partis eius operis, quam summam uocant, secunda & centesima quæstione ex Isidoro, à Beda ita dictum uideri ait: non quidem propter situs eminentiam, sed similitudinem quandam ob perpetuam aëris temperiem, quæ in Paradiso esse credatur. Idem Thomas nihil alioqui de situ aut altitudine ex sua sententiã afferens, tantum ait credendum esse Paradisum in loco temperatissimo constitutum, seclusum etiam à nostra habitatione, aut montium mariūq; obstaculo, aut æstuosæ regionis tractu, quæ pertrāsiri nequeat. Quod ut scripturæ autoritate probare nequit, ita intra coniecturæ limites relinquat necesse est. Memini uero me nõ ita pridem magni nominis Theologū, cuius recentissimi extat in Lombardum commentarij, in ea sententiã deprehendisse, ut diceret Paradisum

Paradisus prope Hierosolyma.

propè Hierosolyma in terra promissionis ad Orientem probabiliter statui: nec esse ut Sanctis aliquot diuersa sententibus fidem adhibeamus, quando sine scripturæ testimonio sua tantum prodiderint, causa etiam, cur ita sentirent, non reddita. Idem pa-

ter, Tigris, Euphratis, Gangis, & Nili nomine, alios quosdam ab his amnibus, quos Augustinus cenfet, intellecturus erat, nisi adeo constantem Sanctorum de predictis amnibus opinionem inualuisse animaduertisset. Quod certe uel hac de causa retulerim, ne quis mihi alicubi dubitanti molestus esse pergat, quando ne huic quidem uel ex professo Theologo grauissima Augustini sententia fatiffecisset. Iam quod ad diluuij undas attinet, non uideo quo scripturae testimonio illud obtineri queat, ut opus habeamus credere diluuij undas Paradisum terrestrem non obtexisse: cum Moses Genes. viij. cap. interprete Hieronymo, in hac uerba referat: Porro arca ferebatur super aquas, & aquae praeualuerunt nimis super terram, apertiq; sunt omnes montes excelsi sub uniuerso coelo, quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. &c. Quibus uerbis uniuersam terram, & omnes montes sub aqua fuisse manifeste indicat, atq; ita sane accipit hunc locum, & defendit ultimo capite decimi quinti de ciuitate Dei diuus Augustinus. Sed ita fieri potuisse ais, ut undaru illuuiem Deus a Paradiso coercuerit? Hoc est coniecturis agere, non scriptura. Deniq; neq; uerax hoc modo Mosis historia fuerit, omnes sub uniuerso coelo montes opertos fuisse asserentis: ut pro scripturae fide propè necesse sit, aut soli allegoriae relinquere locum Paradisum in coelo quaerenti, quo modo fecit Ambrosius, quod certe ab historiae Moisaicae decoro alienum fuerit: aut cum Mose dicere terrestrem Paradisum, hoc est terrae habitatae tractum amplum, qui Adam recens creato ad inhabitandum destinatus fuit, undis diluuij obrutum fuisse. Quid autem obsit quo minus ita sentiamus? quando Adam foedere Paradisi uiolato, omnem hominem eius decore, quem maledictio abstulerat, priuauit: & immortalitatis contempta lege, ac mandati transgressione, spiritalem uoluptatem, quae in obedientis animae beatitudine sita erat, alteram scilicet uoluptatis Paradisi partem amiserat: & graue mortalitatis iugum mundo praeuariat, & carni nobis, qui sua sumus proles, imposuerat. Postremo Cherubin & flammeo illo gladio, ac uersatili inter nos, nimirum a spiritu ad carnem perfugas, ac terrenis illecebris delibutos, & lignum illud communionis uitae aeternae ad custodiam interposito, particeps esse coelestium bonorum amplius non poterat. Ac mihi quidem contemplanti saepe uisum est, eum terrae habitatae locum, in quo Christus saluator homo factus, natus, in quo captus, & pro nobis passus est, qui defixam in uili terra crucem domini, erectamq; salutis mercem pansijs brachijs, & tenso corpore in altissimi mysterij consummatione sustinuit, non paulo sanctiorem, praestantiorem, & memorabiliorem esse eo ipso, in quo Deus Adae, si modo operatus fuisset, & custodisset, incomparabilem Paradisi uoluptatem adparasset. In hoc enim uiolatum praecipitum fuit, in illo consummatum: in hoc peccati catena fabricata per hominis lapsum, in illo rursus alligato serpente, id est Lucifero, Christo nato disrupta est: & in hoc quidem mors falsis consilijs admissa, in illo ueraci repromissione uita instaurata. Porro sicut illic per inobedientiam unius hominis, uelut dixit Paulus, peccatores constituti sunt multi, ita hic per obedientiam unius hominis iusti constituuntur multi. In hoc tantum huic cum illo conuenit, quod ubi semel in primo homine lapsus est omnis homo, nunquam labi & peccare desinimus: neq; unquam tantum uacat, ut carnis & sensus imperio non urgeamur. Hoc solo bono firmiores, quod coelestis Paradisus (solus hic supererat) qui post Adam lapsum clausus erat, Christo moriente & resurgente reclusus est. Et patet hodie peccatori poenitentiam agentis ad felicitatem uia, quae nullis antea uirtutibus, nullis meritis eluctabilis erat. In hanc sententiam pedibus ita diuus Chrysostomus super illo Matthaei. xviij. Domine quoties in me peccabit frater meus, &c. homilia septuagesima quinta, Dei in nos collata beneficia commemorans. Omnia, inquit, propter nos creauit uisibilia, coelum, mare, terram, & quae sunt in eis

Paradisus an
sub undis dilu-
uij fuerit.
Moses.

Coniectura.

Chrysostomus.

omnia animalia, plantas, semina (opus est em succidere propter immensum operum pelagus) immortalem nobis animam uiuentem ex omnibus, quae sunt sup terram, inspirauit: plantauit Paradisum, adiutoriū dedit, omnibus praefecit brutis, gloria coronauit & honore. Mox effectum in benefactorē ingratū maiori dignū munere cēfuit. & c. Et paulo infra: Postq̄ em ex Paradiso, picit, & illis innumeris affecit bonis, & infinitas instituit dispensationes, suūq̄ misit filiū, p affectis beneficio, licet exolis, coelūq̄ nobis aperuit, & ipm patefecit Paradisum, & filios instituit inimicos & ingratos: p pterea nunc opportunū est dicere: O altitudo diuitiarū sapiētiae & sciētiae Dei. Huc usq̄ Chrysostrōmus, manifeste testatus munus redēptionis nulla in parte inferius fuisse munere plantatiōis Paradisi: quinetiā patefaciū Paradisum ait, tanq̄ terrestri illo abdito, coelestē hortū sanguine Christi repastinatū, ad colendū nobis relicū esse intelligere debeamus. Locū aut, quē ad docendū & humanū genus redimendū Christus elegerat, frequentī hominū, atq̄ utinā nō rebellū & Ethnicorū habitatiōe aspersum cū uideamus: quid phibeat & illis homines habitare, ubi terrestris Paradisus à

Nota. mūdi initio plantatus fuit: Est em locus terrenus Paradisus, ceterū talis, ut quae spiritalia fuerunt, & inuisibilia, in eo capiēda longe terrenis antecesserint: sicut in fidei nostrae cardine magis, quae spiritus sunt uoluunt, quam quae carnis aut sensus. Nec sensibus obuia tantū in Mosis historia referunt, sed praeter Allegoriā, coelestia quoq̄ & spiritalia, quae nullus capiat sensus, nedū ut ullo sermone recte accipi queant, nisi spiritalis ille sit, & reuelationis conscius, per quem modestissime tamē indicare Paulus

Augustinus. magis, quam explicare quae uiderat, uoluit. Docēssime igit Augustinus libro super Genesim, viij, cū diuersam esse scriptorū de Paradiso traditionē indicasset, multis corporalē, plerisq̄ spiritalē tantū eam intelligentibus, mox subiungit fuisse, qui Paradisi historiam aliās corporalē, aliās spiritaliter intellexerint: breuiterq̄ inquit, ut dicam, tertiam mihi fateor placere sententiā. Eodem in libro ostendit non parum multa in Paradiso etiam si re ipsa extiterint, magis tamen spiritalis historiae sacramenta quaedam

Lignum uitae. fuisse, uelut lignum uitae in medio Paradisi, quod sapientiā interpretatur: quae utiq̄ uita est amplectentibus eam, ut sapiens dixit. Hoc modo Dauid uirum iustum, sicut diuus Hieronymus interpretat, arbori uitae, quae in Paradiso est, comparans, in ceteras uirtutes hoc etiā intulit: In lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. Quod certe nō inepte quadrat ad hoc quod scriptura dicit, Deum Adā posuisse in Paradiso, ut operaret, & custodiret. Etiā Augustino, qui iam citato libro hoc inter cetera (ne quis male allegoriae fidat) docet, Deū sine mysterijs rerū spiritalium corporalē praesentatis hominem in Paradiso agere noluisse: ut quemadmodū in arboribus ei ceteris alimētū fuerit, ita in illa uita, itemq̄ in alia dinoscētia boni & mali, etiā sacramentū esset. Porro in ligno dinoscētia boni & mali praecēpti transgressionē figuratā fuisse ait, non unquā ligno datā, ut ne de fructu quidē aut pomo quicq̄ huiusce efficaciae fuerit: sed ab ipsa magis re, quae secutura erat, si quis lignū cōtra uetitū tetigisset. Id quod Lombardus distinct. xviij, secundi uariarū sententiarū, ex

Paradisus in noua lege. Augustino mutuatus tradidit. Praeterea uidemus ab initio nouae legis Paradisi mentionē factā quidē à Christo & Paulo, sed spiritalis. Nam qd Christus latroni dixisset: Hodie mecū eris in Paradiso Lucae, xxij, fateē Augustin⁹ uideri sibi latronē de cruce missum in Paradisum spiritalē, longe aliū à terrestri illa mansione, quae Adae praecēptū seruatiuo plantata erat, quanq̄ nō facturus est, uel de corporali negociū: modo quis ostēdere argumētis nō leuibus queat, animas à corpore exutas locis corporalē uisibilib⁹ cōtineri posse: qd adeo ipse cognitu difficile iudicauit, ut pnūciare noluerit. At Origenes homilia, xij, in Ezechielem hunc Lucae locum tractans, terrestris Paradisi non meminuit, Paulus aut cap. xij, posterioris Epistolae ad Corinthios, scribit sese fuisse

fuisse raptū ad tertium cœlum, & in Paradisum, ubi audierit arcana uerba, quæ homi-
 ni profari nō licet. Quæ uerba ad Paradisum spiritalē, hoc est tertium cœlum, & beati-
 tudinis sedem referenda esse, peculiaris hodie Theologorū sententia cōfirmat: etiam
 si diuus Augustinus leui passu per omnē Geneseos interpretationē, nequid temere
 asseruisse posteritati uideret, incedens, decernere noluerit, tertio ne in cœlo Paradi-
 sus à Paulo nominatus existeret, an uerisimile fuerit, prius in tertium cœlum Paulū, mox
 in Paradisum raptū. Quam tamen Augustini diuisionē sunt qui argutiorē esse arbi-
 trent, quàm simplex & aperta Pauli sententia ferat: nec terrestrem, sed spiritalē intel-
 ligant: quod codices tam Græci quàm Latini indicent arcana uerba in Paradiso au-
 disse Paulū, quæ profari nō liceret. Ita diuus Ambrosius Pauli ante citatū locū expo- *Ambrosius.*
 nens, cū eum ultra omnia mundi sydera dubiū in corpore an extra, raptū fuisse dixisset,
 demū sic inquit: Bis se raptū dicit, id est hinc usq; ad tertium cœlum, deinde in Paradi-
 sum cœlestem: in quo latroni dixit dominus, quod futurus esset cum eo in Paradiso
 inquit patris illic, ubi ciuitas dicit, & Hierusalē mater nostra, & c. manifeste indicans
 se in Paradisum terrestrem nō intelligere raptū Paulum. Athanasius quoq; in secundā *Athanasius.*
 ad Corinthios sic de hoc raptu, A tertio, inquit, cœlo in Paradisum sum raptus. Sub-
 latus est igitur in Paradisum, ne in eo fruendo inferior cæteris Apostolis esset, qui cum
 Christo iam uersarent. & c. Ecce Paradisum intelligit, in q̄ Christus agit, apud quē
 nostræ beatitudinis locus erit. Ita sanē & Lactantius Firmian. cap. xij. libri secundi, *Lactantius.*
 Tum Deus, inquit, eiecit hominē de Paradiso, sententia in peccatores lata, ut uictum
 sibi labore cōquirent: ipsumq; Paradisum igne circūuallauit, ne homo posset acce-
 dere, donec summū iudiciū faciat in terra, & iustos uiros cultores suos in eundē locū
 morte sublata reuocet, & c. Constat autē in cœlos nos reuocatum iri, ut nō aliū quàm
 cœlestem Paradisum superesse horū testimonia indicēt. Et Adam è Paradiso eiectū
 hac quoq; parte Lactantius inuuit, qd' cœlestiū rerū cōmunionē priuatus erat, quā
 demū Christo redimente retinuimus. Vt cūq; constat Augustino auctore libro sup *Paradisus multis*
 Gen. xij. uerbo translato omnē spiritalē regionē, ubi animæ bene sit, Paradisum uo- *tioplex.*
 cari posse: ut nō tertium cœlum tantū, quicquid illud est, quod profecto magnū, subli-
 meq; & præclarū est, uerum etiā in ipso homine lætitiā quædā bonæ cōscientiæ Pa-
 radisus sit. Proinde ecclesia, inquit, in Sanctis temperantē, & iuste; ac pie uiuentibus
 Paradisus recte dicit, pollens affluentia gratiarū, castisq; delitijs, in tribulatione glo-
 riā, in patientia gaudiū quærens. Qua de re aliquot adductis scripturæ locis Ambro-
 sius agit ad Sabinū scribens, lib. Epistol. sexto. Et quoniā certo scire nequibat Paulus
 an in corpore, an extra corpus in tertium cœlum raptus esset, nō uideo quid adeo horū *Helias in cœlū*
 sententiā refellat, qui Heliā in cœlū raptū suspicant, sicut quarti regnorū secūdo capi *raptus.*
 te scriptura testat, & quinto cap. Geneseos tradit Moses Enoch à Deo sublatū non *Enoch raptus.*
 apparuisse amplius: nulla aut hic, aut illic terrestris Paradisi, ac ne Paradisi quidē men-
 tione facta, nisi idē cœli & Paradisi nomine intelligēdū esse putamus. Sed obijcis mi-
 hi Ecclesiastici. xliiij. caput, in q̄ dicitur: Enoch placuit deo, & translatus est in Paradi- *Ecclesiasticus.*
 sum, ut det gentibus sapientiā. Rūdeo me locū agnoscere, uerū quem eo ipso in loco
 Paradisum intelligat dubitari posse iustissimis argumētis. Quorū primū est, qd' Eccle-
 siasticū in suis sapientiæ præconijs Mosē imitatū esse cōstat, sicut & regnorū libros,
 & Prophetas nō paucos, ex qbus uelut racematione quadā, sui opis materiā desum-
 psit. At q̄o Mosēs in Enoch historia Paradisi nō meminuit: & capite. ij. quarti regno-
 rū, ubi de Helia, cœli mētio fit, nō Paradisi. Accedit ad hoc, qd' diuus Hieronymus in p̄ *Hieronymus.*
 logo historiae regū, librū Iesu filij Sirach, q̄ hodie Ecclesiasticus appellat, in Canone re-
 ceptæ à ueterib; scripturæ nō esse cōstantē asseuerat. Magis igitur placet, ut ubi transla-
 tiōe in Paradisi uoce locū spiritalē, siue aereū, ubi hoī iustitia delibuto bñ sit, intellexisse

Ecclesiasticum existimemus. Sicut alibi eodē, ut uideēt, tropo usus. xli. capite, Gratia, inquit, sicut Paradisus in bñdictionibus, & misericordia in seculū pmanet. & iterū: Timor Dei sicut Paradisus benedictionis, & ē. uoce ad spiritalia translata. Augustinus autem cap. xix. libri. xv. de ciuitate Dei, scribit in raptu Enoch figurā fuisse resurrectionis Christi & nostrae. Quod si est, à terris eleuatū magis quàm in terrā translatum esse uerisimile fuerit. Porrò sancta Mosis historia, ut Enoch in terrestrem Paradisum translātū intelligamus, nō permittit: nisi impie aliquis manifestū eius sensum detorquere uelit. Omnē em̄ terram tempore diluuij sub undis fuisse Moses asseuerat, & ante diluuiū raptum esse Enoch idem scribit. Proinde libenter fatebor nescire me, quem in locū rapti sint Enoch & Helias, in cōsolationem gentiū & Iudeorum asseruati prophetae, etiā si in Paradisum terrestrem raptos nō existimem: idēq; citra periculum, puto, aut impietatis aut ignorantiae fecero. Nec me offenderit, si constare queat hos sanctos uiros eo tempore, q̄ raperent, coelesti beatitudine prop̄ primi parentis praeuaricationē perfrui nō potuisse. Medius em̄ locus est Augustino, praestantior Paradiso, & coeli mansione inferior, in quem Enoch, & Helias transferri potuerint, Mosis hoc modo historia incolumi. Sed Augustinū adducamus, qui libro super Genesim nono, de loco deliciarū, in quem ut meliorem ē Paradiso homines iusti & innocentes transferri potuerint, aperte testat se non sentire, aut Enoch aut Heliam in terrestrem Paradisum Adae plantatū olim, fuisse translātū. & inter caetera, Neq; em̄ arbitrandum, ait, Heliam uel sic esse iam, sicut erunt sancti, quādo peracto operis die denariū sunt accepturi parit: uel sic quēadmodū sunt homines, qui ex ista uita nondū emigrarunt, de qua ille tamen nō morte, sed translatione migravit, iam utiq; aliquid melius habet quàm in hac uita posset. Haecenus Augustinus: qui nimirum hoc agit, ne credamus Heliam in ea esse felicitatis cōditiōne, in qua sancti futuri sunt, cū accipiūt laborū mercedē. Quam suspitionē facile haud dubie amoliri potuisset, si in eū Paradisum, in quo Adam fuit, translātū Heliam dixisset: quod quia non dixit, ne sensisse quidem eū uerisimile fuerit. Eiusdem libri loco alio clarius, Si Enoch, inquit, & Helias in Adam mortui, mortisq; propaginē in carne gestantes, quod debitū ut soluāt, credunt etiā redituri ad hanc uitam, & quod tamdiu dilatū est, morituri, nunc tamē in alia uita sunt, ubi ante resurrectionē carnis, antequam animale corpus in spiritale mutetur, nec morbo, nec senectute deficiunt: quanto iustius atq; probabilius primis illis hominibus praestaret, sine ullo suo parentumq; peccato uiuentibus, ut in meliōrē aliquem statum filijs genitis cederent, unde seculo finito, cū omni posteritate sanctorum in angelicam formā, nō per carnis mortem, sed per Dei uirtutem multo felicius mutarent. Vident asseuerare Augustinū Enoch & Heliam in loco quodam, ubi eis bene sit, agere credidisse, in qualem & Adam & posteri, si in innocētia perstissent, ē Paradiso terrestri genitis filijs transferri potuissent, atq; inde in fine seculi demū in angelicam formā mutari. Quod si hos in hortū terrestre translatos existimasset, hoc certe Enthymemate usus non fuisset: praeterea breuiter in Paradiso esse eos dixisset, quod nō fecit, etiam si Ecclesiastici more uel hunc locum Paradisi nomine donare potuisset. Porrò, xix. cap. libri de ciuitate Dei, xv. ubi de translatione Enoch, Paradisi nō meminit: sicut nec in Heliae historia penultimo capite uigesimi libri. Et Ambrosius ad Horontianū libro Epistol. sexto, Helias, inquit, in terris uicit, in caelo triūphauit. Qua de re ut impiū fortasse fuerit, liberius affirmare quicq; ita sanē digna ea est, quae p̄ scripturae reuerentia, & absconditissima consiliorū Dei ratione, in dubio relinquat. Nihil enim ad nos, si quos ita manere uoluerit, donec sit uenturus. Ut igitur ad terrenum Paradisum reuertamur, fateor in illa me, cum in Pomponium cōmentarer, de Paradiso nec impia, nec aliena adeo à scripturae sensu sententia fuisse, Paradisum

Nota. rentis praeuaricationē perfrui nō potuisse. Medius em̄ locus est Augustino, praestantior Paradiso, & coeli mansione inferior, in quem Enoch, & Helias transferri potuerint, Mosis hoc modo historia incolumi. Sed Augustinū adducamus, qui libro super

Augustinus. Genesim nono, de loco deliciarū, in quem ut meliorem ē Paradiso homines iusti & innocentes transferri potuerint, aperte testat se non sentire, aut Enoch aut Heliam in terrestrem Paradisum Adae plantatū olim, fuisse translātū. & inter caetera, Neq; em̄ arbitrandum, ait, Heliam uel sic esse iam, sicut erunt sancti, quādo peracto operis die denariū sunt accepturi parit: uel sic quēadmodū sunt homines, qui ex ista uita nondū emigrarunt, de qua ille tamen nō morte, sed translatione migravit, iam utiq; aliquid melius habet quàm in hac uita posset. Haecenus Augustinus: qui nimirum hoc agit, ne credamus Heliam in ea esse felicitatis cōditiōne, in qua sancti futuri sunt, cū accipiūt laborū mercedē. Quam suspitionē facile haud dubie amoliri potuisset, si in eū Paradisum, in quo Adam fuit, translātū Heliam dixisset: quod quia non dixit, ne sensisse quidem eū uerisimile fuerit. Eiusdem libri loco alio clarius, Si Enoch, inquit, & Helias in Adam mortui, mortisq; propaginē in carne gestantes, quod debitū ut soluāt, credunt etiā redituri ad hanc uitam, & quod tamdiu dilatū est, morituri, nunc tamē in alia uita sunt, ubi ante resurrectionē carnis, antequam animale corpus in spiritale mutetur, nec morbo, nec senectute deficiunt: quanto iustius atq; probabilius primis illis hominibus praestaret, sine ullo suo parentumq; peccato uiuentibus, ut in meliōrē aliquem statum filijs genitis cederent, unde seculo finito, cū omni posteritate sanctorum in angelicam formā, nō per carnis mortem, sed per Dei uirtutem multo felicius mutarent. Vident asseuerare Augustinū Enoch & Heliam in loco quodam, ubi eis bene sit, agere credidisse, in qualem & Adam & posteri, si in innocētia perstissent, ē Paradiso terrestri genitis filijs transferri potuissent, atq; inde in fine seculi demū in angelicam formā mutari. Quod si hos in hortū terrestre translatos existimasset, hoc certe Enthymemate usus non fuisset: praeterea breuiter in Paradiso esse eos dixisset, quod nō fecit, etiam si Ecclesiastici more uel hunc locum Paradisi nomine donare potuisset. Porrò, xix. cap. libri de ciuitate Dei, xv. ubi de translatione Enoch, Paradisi nō meminit: sicut nec in Heliae historia penultimo capite uigesimi libri. Et Ambrosius ad Horontianū libro Epistol. sexto, Helias, inquit, in terris uicit, in caelo triūphauit. Qua de re ut impiū fortasse fuerit, liberius affirmare quicq; ita sanē digna ea est, quae p̄ scripturae reuerentia, & absconditissima consiliorū Dei ratione, in dubio relinquat. Nihil enim ad nos, si quos ita manere uoluerit, donec sit uenturus. Ut igitur ad terrenum Paradisum reuertamur, fateor in illa me, cum in Pomponium cōmentarer, de Paradiso nec impia, nec aliena adeo à scripturae sensu sententia fuisse, Paradisum

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

uideri tractum amplissimū, & iustam habitabilis terræ partem, cui à principio Deus *Paradisus qd3*
 benedixisset, & in habitationem selectam in Oriente Adamo de limo terræ forma-
 to reliquisset: in quo quidem priuatim illi lignum ostenderit uitæ, & dinoscenciæ bo-
 ni ac mali, spiritualium bonorum sacramenta, & immortalitatis alimenta quædam
 è cœlo profecta: ac soli innocentia, quam originale iustitiam nostri uocant, planta-
 ta. Minime uero conuenire, ut angustum fuisse intelligeremus, cum Deus (scriptu-
 ra testante) dixerit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &
 præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs, uniuersæq; terræ, omniq; repti-
 li, quod mouetur in terra. Quibus uerbis nondum creato homini, imperium quod-
 dam in mare, terras & animalia à se creata, iam tum Adæ & progeniei suæ, pro in-
 nocentiæ etiam statu, & præcepti reuerentia constituisse Deum conuincitur. unde
 primus homo etiam Ambrosio *κοσμοπολίτης* dictus est, hoc est mundi ciuis. Accedit
 ad hoc quod nomenclaturam omnium animantium terræ & uolatilium cœli Adæ
 in Paradiso uoluptatis posito obtulit Deus: manifesto argumento, quod ea ipsa ho-
 minis causa creasset, quodq; in ea longe lateq; pascencia hominis potestas eximia fu-
 tura esset: non lapsi tantum & inobedientis, cum illa omnia creatorem destinasse scri-
 ptura indicet, antequam Adæ præceptum daretur, sed in innocentia etiam statu po-
 sito, in qua nimirum, si Dei uoluntati magis quam suæ parere uoluisset, perstitisset.
 Bene igitur Augustinus, Sicut, inquit, factus est homo propter Deum, hoc est ut ei *Augustinus.*
 seruiret: ita mundus factus est propter hominem, uidelicet ut ei seruiret, homine hoc
 modo in medio posito, ut & ei seruiret, & ipse seruiret. Idem author libro super *Nota.*
 Genesim nono de iustorū, si perstitissent, propagatione locutus, An uero inquit ita
 quis cæcus est mente, ut non cernat quanto terris ornamento sit genus humanum,
 etiam cum à paucis recte laudabiliterq; uiuatur. & c. Et paulo inferius: Quis autē ita
 sit excors (ait) ut putet eam minus ornari potuisse, si iustis non morientibus implere-
 tur? Ecce fatetur Augustinus etiam iustis innocentia statum seruantibus terram im-
 plendam fuisse. Ita Ambrosius ad Horōtianum libro Epistol. vi. hominem postremo *Ambrosius.*
 creatum scribit, ut subiectas haberet omnes mundi opes, omnia uolatilia, terrestria,
 etiam pisces, & usum maris, tanquam rex elementorum, ac sine labore, sine indigen-
 tia, ad imitationem & similitudinem uenerandi authoris, abundaret omnibus, atq;
 in summa degeret copia, & uias sibi aperiret, gradusq; admoueret, per quos ad cœ-
 li ascenderet regiam, & c. Item Lactantius libro. ij. Deum Adæ scēminā iunxisse scri-
 bit, ut propagata sobole omnem terram multitudine opplerēt. Fuit ergo Paradisus *Lactantius.*
 terrestris nil aliud quam terra longe lateq; homini iusto ad inhabitandum disposita
 in Oriente: ne quis hortulum fuisse Paradisum putet, præcellis munitū mœnibus,
 uelut pictorum tradit licentia, & aniles referunt fabellæ. Proinde quoniam ex fide *Nota.*
 scripturæ possessio terræ, repletio, & subiectio diuino uerbo Adæ & suis promissa
 esset cum benedictione, ut capite primo Genesis legitur: non dubium uidebatur Pa-
 radisum à principio plantatum, eximium quendam locum habitabilis, ut dixi, terræ,
 non angustum, nec difficili secessu secretum, nec adeo eleuatū in aërem, sed loco quo
 piam quo hodie frequens etiam mortalium habitatio existeret, intra quatuor annū,
 quos nominat Moses, capita longe ac late patētem. Idq; ipsum uerisimile fecit, cum
 memorata hodie Syriæ, Indiæ, & Aegypti fertilitas: à qua æstimari etiamnum pos-
 set amœnitas, qua germinauit Paradisus antequam in opere Adam lapsi terram ma-
 ledixisset Deus. Tum uero maxime nota ex Hebraica historia uetustissimarum gena-
 tium, & primorum hominum ab India & Assyriæ Babylone memoria, quæ om-
 nia Paradisum Orienti non possint non tribuere. Quod si quæ illic loca postea
 aut calore adurente deserta facta, aut siccitate & squalore harenæ inhabitabilia red-

dita sunt, nil offenderit, cum tantæ temperiei & clementiæ aëris scriptura non faciat mentionem. & alioqui non ambigendum esse uidebatur, quin tempore benedictionis diuini uerbi omnia temperata amoenatq; , & quemadmodum ueteres Poëtæ de aureo illo Saturni seculo meminerunt, perpetuo uestita uere fuissent: mox peccato ingruente, & præcepti neglecta reuerentia, spinas & tribulos terram germinare cœpisse: cætera præterea elementa, quando usui esse homini miseræ relicto cœpissent, à sua quoque non nihil puritate defecisse. Quod ipsum uel Iosephi uerba libro antiquitatis Iudaicæ primo testantur, sic interprete Rufino: Deus autem Adam uictum consilio mulieris, poenæ subiecit, præcipiens terræ ne quicquam eis sponte proferret, sed laborantibus, & operatione cōtritīs alia quidem fructus daret, alia denegaret. Quamquam propter alimentum ligni uitæ, cum dono immortalitatis Adam & Eua perfruerentur, nullam intemperiem, quam alicubi natura suis acta legibus efficeret, molestam esse potuisse uerisimile est. Hæc monendi tantum gratia dico, non nescius quidem quàm pleriq; de rebus ad Paradisi historiam attinentibus, nullis ueterum testimonijs nixi, nulla ratione persuasi, ac ne coniecturis quidem satis attinentibus moti, præsidetèr asseuerare quàm monere maluerint, quos equidem nihil moror, tantum id non ambient, ut quæ sua sunt, scripturæ esse, & sacræ historiæ credere opus habe-

Augustinus. amus. Augustinus certe libro sup. Genesim primo, quæ in scriptura ambigua sunt, & salua fide alias atq; alias sententias parere possunt, præcipiti affirmatione in alteram partem non esse trahenda docet. Namq; euenire non raro uidemus, ut diligenti-

Fons Paradisi. se diuinam, sed humanam ignorantiam prodidisse. Sanè fontem istum seu fluuium de loco uoluptatis ad irrigandum Paradisum egressum, & mox diuisum in quatuor capita, Oceanum esse arbitrabar, occultis meatibus terram subintrantem, & passim amnium uenis erumpentem, ubere in terras fertilitate inducta. Hic enim ille est fons, qui cum Deus super terram nondum pluisset, è terra ascendebat, testante scriptura, & uniuersam terræ superficiem rigabat. Hic est fons, quem diuersis regionibus terrarum scaturire, quem præaltis etiã montibus erumpere ueteres tradiderunt, artifice natura aquarum copiam in hunc non temere usum ordinante. Quam etiã amnium uidemus rigandæ terræ gratia (quis enim imbribus omnia inundarit?) ingentes sinus in terram immisisse, uelut à Borea Caspium, ab Occasu nostrum mare, à Meridie Arabicum, Persicum, Gangeticum, & illum, qui magnus sinus Ptolemæo cognominatus est: non alia magis causa, quàm ut fluminum uis adaucta propius, edendo pabulo, & mouēdis frugibus, nec animalibus planè, nec homini deesset.

Damasceus. Vnde & Damascenus, non tam doctrinæ præstantia quàm sanctimonix fama clarus author, nono cap. secūdi libri, Oceanum delabi per terram putat, eoq; fluxu dulcorari etiã, & alicubi fluuiorum esse authorem: ut hoc modo Oceanum nō Oceanum, sed fontem amnium, & dulcem, & magnum appellare rectissime queas. Porro nec is locus refragatur, qui apud Ecclesiasten legitur: Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant.

Ambrosius. Ambrosius autem manifestiori sententia libro Epistolarum sexto ad Sabinum Episcopum scribens, Iosephus, inquit, utpote Historiographus Paradisum dicit locum refertum arboribus, uirgultisq; plurimis, irrigari etiã flumine, qui diuidatur in quatuor fluuios. Collecta etenim in unum congregatione aquarū, nō se penitus exinanit terra, & fraudauit irriguis suis: sed hodieq; in fontes prorūpit, & deducit meatus fluminū, quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat uberibus, &c. Quibus uerbis diuinus ille scripturæ interpretes indicat, aquis in suū locum segregatis terram nihilominus partē sibi undarum endicasse, quam annibus alimenta subderet. Has autem undas & ab Oceano latentibus, ut dixi, ue-

nis ingredi ueri simile est, etiam si non sit obscurum alias quoque annium fontiumque causas, quo minus deficiant, existere. Sed Iosephi uerba libro antiquitatis iudaicae primo, quae explicauit Ambrosius, interprete Rufino, haec sunt: Rigatur uero hortus hic ab uno flumine circa omnem terram undique perfluente, hoc in quatuor diuiditur partes, &c. Iam doctrinarum fons Homerus libro Iliados .φ. fontium anniumque parentem Oceanum esse scriptum reliquit. Consentanea ueterum, & recentiorum frequenter, in primis Alberti nostri sententia. Quid autem obsit candide lector, quo minus fontis nomine, dum amnes fundit, cenferi Oceanus debeat? Sed alienum esse a scriptura sensum hunc ais. An minus alienum non a scripturae tantum sensu, & historiae etiam gratia putes, quod sint qui sub concauo orbis lunae quatuor marginum annium fontem quaerunt: qui in media aeris regione, supraque eam scaturiginem esse Tigris & Euphratis, Gangis & Nili existimant: interim alij iam ab ortu, alij a meridie, porro nonnullis a Septentrione etiam & Austro immanium fluuiorum fontes quaerentibus. An uero nescire potes diuinam providentiam, ut elementis remotioribus: ita Oceano terris proximo, & uelut regnorum participatio ne quadam, decretis limitibus innixo, id inter caetera tribuisse, ut terrae, quae suapte natura sicca atque arida est, natui humoris copiam subministraret, ut amnis alij atque alij productis, quibus temporariae alioqui aut niuibus liquatis, aut hymbribus obortis incrementi causae forent, rorem foecundi foetus aspergeret? Fluuius igitur scaturiebat de loco uoluptatis, in quatuor diuisus capita, quatuor enim Orientalis & meridiani lateris potissimos amnes Moses nominauit, quibus Paradisus allueatur, non quod alibi frequentes amnes non funderet fons ille altissimus, de quo modo diximus: sed quod hanc illi potissime terram rigarent, quae non Adae solum & Euae, quos angusto loco quopiam custodisse uerisimile est: sed & posteris, quotquot in innocetiae statu futuri erant, destinata fuerat. Porro quo in loco fons ille extet inundetque incertum est: multis enim a partibus habitabilis nostrae irrumpit, ut diximus, Oceanus, & ut Physici tradunt, mutari marium in terras introitum contingit: quaequam Ambrosius certos limites ex testimonio Iob, undis Oceani statutos tradit. Quod si coniecturam non audacem nec alienam sequimur, & remotissimae uentustatis placita depromimus, in hanc certe sententiam inuitamur, ut penitissime terras intrantem, Oceani sinum fontis loco intelligamus, cum primis autem Caspium, siue Hircanum: quem seorsum mare esse, nec ab Oceano euidete illapsu deriuari ueteres, auctore Plinio & Strabone, crediderunt. Quod si ita fuisset, nimirum insignis ille fons foret: ita tamen ut occultis Oceani meatibus aeditum, rursus occultis meatibus diffundi, & amnes parere eum intelligeremus. Nunc uero cum ex recentiorum traditione Caspium ab aquilonari Oceano angusto meatu fundi constet, & in eum omnium testimonio amnes maximi circumquaque illabantur, maris undis nihil interim auctioribus factis: quis non credat occultis illis meatibus dilapsam annium in alias oras exeuntium auctorem esse posse? Proinde, ne quis indigna fide comminisci me sibi persuadeat, suere qui Caspium sinum cum Euxini maris undis subterraneis cauenis coire (magno argumento per occultos meatus exeuntis Hircani) perdidit. Quae de re quatuor patentissimos amnes, Gangem, Indum, Tigrim, & Euphratem fertilissimam omnium terrarum oram rigantes: tametsi immanibus Tauri iugis ingentem aquarum uim defumere non sit dubium, augeri tamen & occultorum meatuum commercio, inde originem tanquam ex fonte deriuare, nec a naturae potentia, nec a ueterum traditione abhorret. Demus autem ut ita non esse manifestis argumentis conuincere possis: non statim consequens est, ut horum annium partem sub terra defluxu Oceani augeri non posse credamus. Sed de Indo, iquis, Moses non meminit. Geon enim ut Augustinus lib. sup. Gen.

Quatuor capita
ta fontis.

Caspium sinus.

Nota.

*Indus & Nilus
ijdem olim cre-
diti.* Octauo interpretatur, Nilus est per omnē Aethiopiae terram fluens. Agnosco equi-
dem Augustini interpretationem: Constat tamen à uetustissimis, adusque Alexan-
dri & Artaxerxis tempora, dubitatum fuisse diuersus ne esset à Nilo Indus, an idem
amnis, id quod Aristoteles scriptum reliquit, & lib. decimo quinto memoriae prodi-
dit grauis in primis author Strabo. ut rerum & humanarum, & diuinarum peritissi-
mum pastorē Mosen, ea causa Indum præterisse existimare debeamus, quod popu-
lari suorum temporū historia in Nili nomine Indum cōprehendī uideret: & quan-
quam diuersos annes esse nouisset, populari tamen opinionī primordiorum myste-
ria subdere uoluerit, quando & angelicæ naturæ creationē rudibus tantum, & uul-
go expositis creationis uerbis subdiderit, nihil nominatim admonēs: & tacuerit nō
paucā, ne, quod Ambrosius ait, cœlestis dispositionis se arbitrum & consiliariū præ-
stare uideretur. Porro in Aethiopiae nomine sunt qui Indiae partem intelligant, &
Aethiopes dictos à uerteribus, qui in India sint, uelut honoratus Gramaticus Ser-
uius prodidit. Cæterum quo in loco harum regionum Deus optimus maximus ar-
borem illam, cui uim corporeæ uitæ retinēdæ indiderat, plantaerit: quō ue in age-
lo lignum diuinitatis boni & mali, ad cuius signum Adam præcepti moneretur,
seuerit: credo cum Augustino à cognitione hominum remotissimum esse: Etiam si
sciam esse qui de Damascenæ regionis mœnitate suspicentur, tum quod in ea iuxta
Libanum montem postea urbs fuit Plinio & Ptolemæo Paradisus dicta: tum etiam
quod Eden, hoc est delicias: siue, ut septuaginta interpretati sunt, uoluptates ibi esse
uetus historia tradiderit, ubi à Caim postea Enos urbs extructa fuerit. Quibus acce-
dit, quod locum supra Antiochiam Libanum uersus Daphnen, etiam Latina uocat
historia, amœnitatis uisendæ, ubi Romanas cohortes quandoque usque ad pernici-
em uoluptuatas cōstat. Cæterum quo minus cum his sentiamus, Augustini facit au-
thoritas: nec facile amplius locum illum quispiam ex corporalium deliciarū uberta-
te deprehenderit, qui diuinus esse post peccatum primorum parentum deserit, fru-
ctu illo immortalitatis nimirum euanido, in cœlum redactis perpetuæ uitæ semina-
bus. Credimus autē ea omnia in Paradiso, quæ ad animi uoluptatem attinuerunt,
terrenis & sensui expositis incomparabiliter præstātiora fuisse, quæ mox desisse ue-
ris simile est, quando homo Dei per peccatū, hoc est, ut Ambrosius ait, præuaricatio-
nem diuinæ legis, & cœlestium in obedientiam præceptorum, uiolato innocentiae
statu, cita rebellione amiserat. Ut locum quidem, ubi decore ornatus Paradisus fuit
etiamnum insignem esse intelligere debeamus: Paradisum autem nō esse, qualis fu-
erat: sed decorem amisisse, cum ille præceptum non retinisset. An non Propheta
Ezechiel. Ezechiel cap. xxxi. Cedrum illum Libani arboribus Paradisi comparans, omnium ita
meminit, ut fuisse magis quàm esse intelligi queant: Cedri, inquit, nō fuerunt altio-
res illo in Paradiso Dei, abietes nō adæquarunt summitatem eius, & platani nō fue-
runt æque frondibus illius: omne lignum Paradisi Dei non est assimilatum illi, &
pulchritudini eius: quoniam speciosum feci eum, & multis condensisq; frondibus,
& æmulata sunt eum omnia ligna uoluptatis, quæ erant in Paradiso Dei, & c. Erāt
inquit, nō sunt, ad præterita deliciasq; referens. Porro scimus Adam & Euam euesti-
gio post fructum uetitæ arboris degustatū pudere cœpisse, timereq; & fugere: ut
eo ipso momēto Paradisi illos delicias in loco amœnissimo alioqui, & cœlesti adhuc
fecunditate uernante, perdidisse non possis non asserere, gladio nimirum ultionis
Dei tenui de filo in horum uertices dependente. Status enim innocentiae, & ea iu-
stitia, quam originale Theologi nostri uocant, ueras illas Paradisi delicias in com-
municatione ligni uitæ & sapientiae efficiēbat: quod illud Ezechielis quoque cōfir-
mat ex cap. xxyij. quando ait: Tu signaculum multitudinis, plenus sapientia, perfe-
ctus decore

ctus decore, in delitijs Paradisi Dei fuisti, &c. Quem locum diuus Ambrosius cap. ij. de Paradiso, ad Diabolum refert, quem & ipsum in Paradiso deliciarum fuisse constat. Lapsis ergo nullus amplius terrenus Paradisus uoluptati erat, urgente in dolorem conscientia, & rebellionis scelere, quo creatorem offenderant, magnam deliciarum partem obturbante. Etenim quod coeleste erat, quod gratiae Dei, quod munificentiae incomparabilis, id propè uniuersum amiserant: & merebantur ob superbiam, quemadmodum & mali angeli, in aeternum perire. Seruati tamen imperscrutabili diuinæ prouidentiae consilio ad salutem sunt. Lucifer enim sponte ceciderat: Adam Eua seduxit, Eua serpens lubricus persuaserat. itaque non tam sibi superbia, quam nobis inuidia, dum aliena huic felicitas molesta est, callidus Dæmō nocuit. Sed Iosephum citare libet, qui libro antiquitatis Iudaicae primo, De Iosephus. um ad Adam praëuaricatū sic loquentē facit, interprete Rufino. Mihi quidē de uobis notum est, quemadmodum felicem uitam extra omnium malorum passionem habueritis, nulla sollicitudine animum uestrum conturbante: cum uobis sponte ad fruentum, & ad uoluptatis abundantiam orirentur uniuersa, me prouidente, uirentia, sine uestro labore & miseria. Sed nunc male praesentibus, senectus uelox uobis aduenit, & non longa uita succedet: quoniam mihi contumeliam tali uoluntate fecistis, mea mandata praëuaricando: neque enim uirtutis causa taciturnitate constringeris, sed mala conscientia retineris. Et mox inquit: Adam uero peccati ueniā postulabat, rogabatq; Deum, ne nimis eum affligeret: & de facto coniugem acculabat, dicens sic ab ea seductum fuisse. &c. Quibus uerbis intelligimus in maxima perturbatiōe fuisse Adamum, cum propter uiolatum praëceptū, tum uero quod intellectu mali, quod commiserat, & timore poenae quae imminēbat, longe alium se ab eo qui fuisset, futurū uidebat. Dimissi igitur sunt è Paradiso: qui culpa etiam sua delitijs eius perfrui amplius non poterant: & maledixit Deus terrae in opere Adam, & miseros in ærumnam & sudorē uestiuit, erepto semel nobis immortalitatis munere, & mortalitatis iniecta catena, omnē generationē naturae à se creatae legibus subdidit. Emisso autem intelligo non in longinquam regionem, quam peterent, sed uicinam: non à portentosa altitudinis monte, quo descenderent: non ingenti aliquo interposito pelago, quod transirent: qualia cogitare solent, qui recentiorum opinionibus acquiescunt: sed eo ipso in loco, cum potiora, hoc est spiritalia, nec obuia sensibus, cōtemperta lege, perdidissent, è terra benedictionis in terram, cui mox maledicebatur, abierunt. Adam enim ut extra Paradisum è limo formatum credimus: ita certe hoc ipso quod immortalitate donatus, quod coelesti sapiētia eruditus, quod spiritalibus ornamentis mirifice decoratus à Deo fuit, in paradisi delicias positum eum, haud alienum à scripturae mysterio fuerit. Ambrosius enim uidet, inquit, quomodo qui erat, apprehenditur: erat autem in terra plasmationis suae: apprehendit ergo eum uirtus Dei, inspirans processus atque incrementa uirtutis, &c. Adam enim non tam in locum deliciarum, quam ad perfectionem status innocentiae translatus est. Atq; hic quidē intellectus, quanquam spiritalis est, & ad inuisibilia bona parte refertur: historicum tamen esse, & rem gestam cōtinere quis neget? Hoc enim consilio Genesim à Moyses traditam posteris excellenti doctrina uiri prodiderunt, ut rudi & simplici uerborum cortice per figurarum & aenigmatum inuolucra, historiam penitissimis mysterijs confertam, & (ut Augustinus ait) mysticis significationibus plenam clausisse intelligeretur: qua scribendi ratione in arcanis etiā naturae memoriae prodendis, usam esse uetustatem constat. Porrò si doctor ille gentium Paulus priori ad Corinthios Epistola, uidere nos ait per speculum & in aenigmate, mox uisuros de facie ad faciem: nos inquam quibus patefacta in aduentu Christi ueritas est, & ostensa digito ad felici

Iosephus.

Adam & Eua
è Paradiso mis-
si.

Nota.

Ambrosius.

Quo consilio
Genesim Mo-
yses scripsit.

Paulus.

- citatem uia: quis amplius admirari uelit Mosen suis, qui in umbra legis, & figura futurorum uersabantur, hoc simplicis picturæ genere in his tradendis, quæ spiritus forerent, & sensu capi non possent, usum fuisse: quando & Christus allusionibus alicubi obscurus fuit, nominatim interim admonitis Apostolis, ne omnia sese capturos sperarent, antequam cœlesti numine adiuti, ad penitiorem ueritatem intelligendam diuina ope firmareretur. Natura autem comparatum esse uidemus, ut ea quoque quæ haud ita longe à sensuum captu absunt, nisi crebris corporaliū reum figuris uestiamus, rudiori paulò, & à sensibus hærenti concioni persuadere nequeamus. Ea re nimirum factum est, ut plebem à patribus secedentem, facili apòlogo citius Agrippa persuaserit, quàm ullis Numæ legibus potuisset. Vt populum Atheniensem res nouas molientem, fabella sitibundæ uulpeculæ citius deterruerit Themistocles, quàm ullis Academiæ placitis eualuisset. Et potuit cohibere militem in ordine Sertorius, duobus equis in concionem productis, qui Catonis militaria præcepta, si deprompsisset, persuadere celerius haud potuisset. Denique scimus recetes ficus à Catone in Senatu ostensas, Patrum animos uehementius perculisse, quàm si decem Carthaginæ allatas hostiles legissent literas. Ad eò ad mouendum efficacia sunt, quæ corporeis rectoribus clausa, à sensibus proficiscuntur. Oportuit igitur Mosen, ut eruditissimul & imperitis operam commodaret, altissima primæ creationis mysteria, eaque cum primis, quæ nec cernere oculis, nec auris audire: imò uero nec spiritus facile capere quiret, familiari atque humi repenti eloquio subdere, rebusque uulgo notissimis accommodare. Vnde etiam factum uideri potest, quod cœli tantum nomine, noto utique, & omnium oculis exposito, angelorum creationem difficilè captu, atque omnibus modis spirituale, intelligendam reliquerit attente legentibus. Ea de re uere diuus Augustinus libro super Genesim. xi. dubiam disputationem finiturus, Conscriptam quidem esse legem dixit, sicut eam legi ab hominibus oporteret, etsi à paucis hæc intelligeretur, sicut oporteret, &c. Porro ut rerum, quæ ab his primordiis extiterunt, quædam sensibus obuiæ sunt, quædam uideri nequeunt præstantiores cæteris: ita sanè in Mosis Genesi non minus historica uideri debent, quæ de inuisibilibus, & à sensibus alienis substantijs monent magis quàm docent, quàm quæ rerum manifestiorum productionem continent, uelut cœli, elementorum, hominis, animalium: quorum in uersum consistendi ratio angelica natura impurior est, & ignobilior. Vt his obiter respondeamus, qui ab historia ad diuersam ab ea allegoriam confugere illos existimant, qui in corporeis, & sensui expositis rebus, incorporea & intellectui obuiâ intelligunt. Porro ut demus, allegoriæ nomine id genus sententias comprehendî, quæ ex priori aliqua narratione facta colliguntur: sintque ille planè allegoriæ: consequens tamen non est, ut omnè allegoricum sensum ab historico diuersum esse dicere opus habeamus. Augustinus enim libro de trinitate. xv. Allegoriâ locum habere ait, cum aliud ex alio intelligitur: & ænigma, in quo frequenter tamen historiæ continentur ab allegoria sola obscuritate discerni tradit. Quod si ita est, non oberit historico sensui omnis allegoria: & quæ spiritalia in corporeis intelliguntur, à Paradisi historia non secernentur. Namque in serpentis historia non anguem tantum, uerum etiam dæmonem intelligimus, qui re ipsa in Paradiso positus, primis hominibus peccati occasionem præbuit. Nam lib. ij. Lactantius: Tum, inquit, criminator ille inuidens operibus Dei, omnes fallacias & calliditates suas ad decipiendum hominem intendit, ut ei adimeret immortalitatem: & primo mulierem dolo illexit, ut uetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit, ut transcenderet legem Dei, &c. Anguis autem corpus erat anima uiuum, dæmon spiritus incorporeus: nec sefellit serpens, sed in serpente dæmon: erat enim ille in genere suo reptile: quod Deus cum fecisset, uidit quod

esset bonum, ut Moses ait. Propterea Augustinus libro super Gen. xi. serpentem ait in scriptura prudentiorem seu callidiorem dici cunctis animantibus terræ: nō quidē irrationali anima sua, sed alieno spiritu, hoc est diabolico, quo recte potuit sapientissimus dici omnium bestiarum. Et inferius mox: Quid ergo, inquit, mirū: si suo instinctu diabolus iam implens serpentem, eiq; suum spiritū miscens, eo more quo uates dæmoniorum impleri solent, sapientissimū eum reddiderat omnium bestiarū secundū animā uiuam, irrationabilem q; uiuentium. & c. Hoc est, quod alibi idem author probat, in Paradisi historia corporalia & spiritalia, id est inuisibilia simul intelligi oportere. Tam enim in anima Adam Paradisi delicias plantasse Deum existimamus, quā pro corporis non mortalis ratione, amœnissimam illi & posteris habitationem eo in loco, quem incolere cœpissent, instituerat. Nec dubito quin incomparabiliter maior animi uoluptas fuerit in Paradisi delitijs per spiritalia, quā corporis à corporeis rebus esse potuerit. Ut igitur de Allegoriæ ratione finiamus, cōstare arbitror hanc demum Allegoriam ab historia longissime recedere, quæ à natiuo literæ sensu ita recedit, ut ne cogitasse quidem de ea unquam uideat, qui cætera prodidit: nedum ut aut innuisse eum quicq; tropis, aut uerbis, quæ ad penitiorum sensum trahi possent, monuisse uideri queat. In Genesi autem Mosi cū pleraq; omnia ita tradita sint, ut lectoris animū ad penitiora remotioraq; contemplanda primo statim sensu cohortent, nō minus culpabiles esse eos existimamus, qui historiæ Paradisi Allegoriam non coniungunt, quā qui sola nixi Allegoria, re ipsa quod Moses tradidit, euenisse fuisse ue negant: quorū in numero Manichæos fuisse Augustinus indicat. Ideo bene Hieronymus cap. x. Expositionis in Daniele, Domino, inquit, Saluatori, & Baptistæ Iohanni super fluenta Iordanis aperiunt cœli. Vnde eorum deliramenta conticescant, qui umbras & imagines in ueritate quærentes, ipsam conant euertere ueritatem, ut flumina, & arbores, & Paradisum putent Allegoriæ legibus se debere subdere. Iam quod Moses tradit Deū, postq; Adam cū Eua eiecisset è Paradiso uoluptatis, Cherubin statuisset, & flammeum gladiū, atq; uersatilem additum ad custodiendam uiam signi uitæ: Augustinus libro super Gen. xi. nō gladiū ipsum, siue (ut ipse ait) Rhomphæam, quæ uertit, sed Allegoricōs ignem intelligit, qui per cœlestes potestates circum uisibilem Paradisum excitatum esse credendum sit: ut per angelicū, inquit, ministerium esset illic ignea quædam custodia: quam quidē non frustra, sed ad significandum quicq; de spiritali Paradiso factam esse nō utiq; dubitandum ait. Hæc est Rhomphæa, quæ recentes aliquot Lombardi interpretes in eam sententiam traxit, ut intra torridam Zonam sub æquatore Paradisum esse uideri tradiderint: cū terram, quæ æquinoctiali subest, multis in locis frequentissimæ habitationis esse experientia constet. Præterea ne temperie illa cœli adeo ipsis memorabilem Paradisum intra torridam Zonam priuasse uiderentur, monti altissimo, & ad quem radiorū reflexa acies non pertingeret, imposuerunt: præsertim qui in consinio primæ & secundæ regionis aëris illum prominere dicunt. Nam sunt qui supra secundam regionē ad principium tertiæ regionis aëris Paradisum extollunt, & quouis eum Olympo faciūt altiore: cum ut æstui eripiant subdito, tum maxime quod eundē nec imbribus madescere, nec premi aut nubibus, aut niuibus uelint. Excelso uero in loco esse, uel illud probat, quod undæ diluuij altissimæ Paradisum non obtexere. Quandoquidem Enoch uir iustus illuc translatus erat, scilicet (quod ex Ecclesiastico intelligere sic uoluerūt) indignus, qui Cataclysmi undis succumberet. At uero diuus Augustinus in fine libri de ciuitate Dei. xv. Mosi de diluuiō testimoniū mordicus retinens, cū grauiter in eos inuexisset, qui de Olympo nescio quid nugati, omnē terram undis diluuij testam fuisse negabant: ridiculos illos, & naturæ rerum parum peritos existimat, qui

Cherubin.

Gladius uersatilis.

Rhomphæa.

Augustinus.

Omnis terra sub undis diluuij fuit.

terre aliquid ex undis illis quindecim Aegyptiacis (si Origeni credim⁹) hoc est quibus
 culpa singulis, quam nostri sint, quouis monte altioribus cubitis extare potuisse au-
 tumant. Factum autem est, ut quæ illi hoc modo de Paradiso tradidissent, non potue-
 rint inter uerosimilia nõ referri, postq̃ semel ad orbis Lunæ conuexum (altius enim
 non poterat) Paradisi hortū Beda extulit, grauis alioqui, & dignus ueneratione scri-
 ptor: in quo tamen noua aut inaudita hæc montium altitudo non est. Iam olim enim
 fuisse Plinius lib. quinto scribit, qui Atlantis uertices ad uicinia Lunæ extolli fabulati
 essent. Quod si ita esset, quam uanas, Deum immortalem, friuolasq̃ Mathematico-
 rum demonstrationes doctissimorum quorumq̃ industria, terram rotundā esse uno
 ore cõfessa admisisset: iam mirari me fateor; adeo nihil de gladio illo in libello suo de
 Paradiso Ambrosium meminisse, & in censenda historia difficilem hunc locum tam
 paucis ab Augustino indicatum: nisi forte monere nos uoluerunt, ne unquam in scri-
 pturæ mysterijs tractandis altius saperemus quam oporteret, & de dubijs obscurisq̃
 locis nihil temere præsumeremus. Sunt autē quibus Allegorice gladius ille pœnas
 temporales indicet, primis hominibus statim postq̃ peccassent, uersatili quadam ma-
 lorum occasione irrogatas: quando & bestijs, quibus paulo ante subiugis Adam no-
 mina dederat, nocēdi nobis facultas concessa est. Ad quod illud Ecclesiastici accedit
 xxxix. cap. Bestiarum dentes, & scorpī, & serpentes, rhomphæa uindicans in exter-
 minium impios. & c. Impij enim erant, qui præceptum uiolauerant. Ad hæc mors,
 sanguis, contentio, & rhomphæa, oppressiones, fames, contritio, & flagella morta-
 libus nobis immissa: quibus nimirū ante præuaricationis nefas carere potuissimus.
 Contempta autem lege factum est, ut omnis transgressio & inobedientia (teste etiā
 ad Hebræos Paulo) iustam præmij repensationem acceperit. Porro ut in animo ma-
 le sibi conscio Paradisus deliciarum esse nequit, ita profecto ne ligni quidem uitæ fru-
 ctum unquam decerpserit, quem peccati labes in amaritudine animæ & mentis an-
 gore conspurcat: ut Allegoria haudquaquam aliena in rhompheæ nomine, peccati
 furor, & animi perturbatio, qua intus (ut Persius dixit) infelix palles, & in noctem
 quandam infelicitum turba scelerum ageris, nec quietus unquam manes, nec tibi cõ-
 stas, intelligi queat. Ecclesiasticus em̄ .xxi. capite, Quasi rhomphæa, inquit, bis acuta
 hominis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Eodem authore constat, Spiritus esse,
 qui ad uindictam creati sunt, & in furore suo cõfirmauerunt tormenta sua: Et recen-
 tiores angelos etiam malos hominibus in exercitium immitti, qui Dei sui iussa perfici-
 ciant, tradiderunt. Mihi uero ad historiam respicienti, Gladij nomine uisum est ignē
 quidem significari: cæterum eum solum, qui inter mortale uariū caducumq̃, & im-
 mortale, ac sempiternum interueniret, hoc est eum qui sua in Sphæra giraretur: quē
 uersatilem esse, & ad motum firmamenti rapi Peripatetici cõfirmant: ut iunctū Che-
 rubin, hoc est intelligentiam mouentem, uel horum sententia facile intelligeremus.
 Ut cunq̃ autem hæc lectores accipiant, constat ad conuexum Lunæ ambitū, cœlesti-
 um rerum horizontem quodāmodo esse, supra quem pura omnia lucidaq̃ & natu-
 ra sistencia, nec unquam mutata fortuito cernantur. Vbi (ut libro. ij. de natura Deo-
 rum Cicero ait) nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec uarietas inest: contra que
 omnis ordo, ueritas, ratio, constantia, & c. Infra autem caduca omnia, & frequenter
 alia atq̃ alia uestita facie, pro elementorum & iugalium in eis qualitātū consensu dis-
 sensuq̃ (quodq̃ mireris) cœli uirtute in his uariandis præcipua. Qua de re magno
 omnium consensu creditur in cœlis beatorum sedem esse, lucem habitare inaccessi-
 bilem mortalibus: agere illic Deum authorem deliciarum Paradisi, fontem omnis bo-
 ni, plantatorem ligni uitæ æternæ: qui fructui quidē Paradisi terrestris diuinā quan-
 dam uim aduersus carnis solutionem & mortem indiderat; sed quo uesci Adam, ad

*Gladius Che-
rub quid.*

Ecclesiasticus.

Nota.

*Peccati furor
rhomphæa quæ
dam est.*

Genij mali.

*Quid gladij
nomine intelli-
gi queat.*

M. Cicero.

carnem & terram conuersus noluit. Itaq; retractis illis, in cœlo suis Paradisum plantauit: felicitate instituta, quæ nec cœpit unquam, nec unquam desinet. Nam in quæstionibus Hebraicis diuus Hieronymus manifestissime comprobari ait, quod priusquam cœlum & terram Deus faceret, Paradisum ante cœdiderat. Hoc in loco, ut mihi uideatur, post legis consummationem, & partem per Christum Iesum salutem, cœliq; reclusas portas, & noxijs dæmonum potestatibus reuinctis, Paradisum esse, & ueræ uitæ lignum existimandum est. Cuius arbor uitæ bonos fructus in Euangelio facit, & æternæ spei mandata diffundit per uniuersos populos: ut ad Sabinum Ambrosius scripsit. In id regnum Paradisi decus commutatum est: hic quærendum est quod Adam amisit, quod Christus reddidit. Libuit hæc afferre de Paradiso quæ senserim: non Hercules, quo quicquam affirmandum unquam existimarem; aut quæ prodidi, recipienda retinenda ue constantius putarem: sed hac potissimum causa, ut quoniam apud Pomponium inuissimè in animo mihi esse, ut quicquam de Paradiso in medium afferrem, hoc in loco, quæ mihi opinio potissimum arriserit, proderet, simulq; sinistram opinionem (si quam apud curiosos concitarem) amolirer. Nec ignoro diuersa quædam ab his nostris cum alijs ueterum, tum ipsum cum primis Augustinum tradidisse, qui Paradisi terrestri locum mortalibus inaccessum credidit, circum custodia gladij & Cherubin: præterea nec desisse, sed adhuc durare. Quæ suam opinionem equidem non impugno, etiam si dissentio: indicare tantum libebat, non etiam contendere: id quod magna tamen iuuandæ ueritatis spe in recentiorum aliquot excutiendis opinionibus potuissimè, si hæc stetisset sententia, ut nostra confirmanda duxissem. Porro negotium mihi seorsum uisum est odiosum, non tam argumenti raritate & obscuritate, quam ingeniorum ætatis nostræ, nihil nisi sua demeritum inuidentiæ, quæ certe iam ab initio studiorum pessime semper his respondit, qui optime de ueritate mereri uoluissent. Et alioqui mihi occupatissimo non uacabat satis in hanc rem ut ex animi sententiâ inquirerem, tantillo subcissuarum horarum spatio, quo hæc annotauimus, uix impetrato. Opinor autem inculpabile esse, uel à receptis alicubi dissentire, modo non ineptissime, aut impudentissime dissentias: nec admodum uestigandæ ueritati leuis inquirētium discordia obuiat: quam certe & ipsam apud scholasticos Theologos interminam esse uideo. Quibus equidē (soli enim sunt qui aliorum placita acrius uenantur) ut præiudicare in hac re temere nolim, ita de me intelligant uelim, hanc me receptæ, hoc est sacræ scripturæ reuerentiâ tribuere, ut sicubi eam coactius detorsisse, aut suo in sensu non cepisse conuinci queam, ita me cessurum illis, ut gratiam etiam certiora tradentibus sim habiturus.

Paradisus ubi.

Cur de Paradiso tradere uoluerit Vadianus.

Theologia professor ueretur Vadianus.

Apud Pomponium libro primo, ubi de terræ partitione in Zonas, deq; cardinibus cœli, & positus mortalium ratione mentio fit, longiuscule cum commentarer in Antæcorum, Periæcorum, & Antipodum describenda diuersitate sum digressus: re (ut mihi tum uidebatur) minime protrita, & lubricæ etiam in celebrium authorum codicibus fidei, multisq; obuolutam erroribus, ac planè dignam in qua studiose iuuentuti pro mea uirili prodessem. Qua in re me uel hoc ipso profecisse spero, quod supra recentiorum diligentiam quædam non admodum protrita indicaui, ut eruditioribus ultra cogitandi benè ne an secus senserim, occasionem darem. Equidē haud leuibus argumentis ostendisse mihi tum uidebar, Antæcos, & quos Periæcos uocamus, esse, & de quibus frequentius eruditi dubitauerunt, contrapositis plantis terræ innixos Antipodas. de quibus cum anno retro plus minus septimo ad Rudolphum Agricola, insignem in literis hominem, ex traditione Georgij Collimitij eruditissimi, & posteritate digni Mathematici scripsissem: non uidebatur ex re esse, cum mea qui ad alia festinarem, tum studioforum, quibus potissime laborabam, ut quæ abun-

Rudolphus Agricola.

de, & ad fastidium usque alibi enarrauiffem, denuo prodendis inculcarem. Remiffi igitur ad ea lectorem, quæ isthic affeueraffem. Quorum, ut candide dicam, adeo me non pœnitent pudet' ue, ut ne iotam quidem unam, in hanc usque horam, qua ad hæc scribenda Camertis me autoritas compulfit, mutare uoluerim: ac ne nunc quidem libeat uel latum (quod aiunt) digitum ab his discedere, quæ utrobique cum argumentis densissimis, tum uero adoranda demonstrationis fide persuasus, magna fiducia affirmauit. At uero, quoniam nuper Ioannes Camers Theologus doctissimus, Camers Theologus doctissimus. suis in Solinum enarrationibus, post diligentissime perspecta Scholia nostra Pomponiana, Theologos ait, hoc est (ut ipse refert) ueritatis authores, fabulosa esse omnia, quæ de Antipodibus ab alijs relata sint, credere: rursus mihi, superos testor, inuito instituendus de Antipodibus sermo est: non alio fulciendus argumento, quam ut paucissimis ostendam, in quo mihi cum Camerte non conueniat. Apologiæ enim scribendæ nulla causa est: cum nemo hæctenus quæ de Antipodibus prodidiffem, incesferit. Nec sanè consultum mihi uidebatur, ut Palilogia niterer: qua decore tamen potuiffem uti, nisi uidiffem Crambem illam fusiffimæ de Antipodibus explicationis nostræ amplius sine graui lectoris nausea reponi non posse. Satis igitur uisum est monuiffem lectorem, ne aut nomine, aut autoritate Camertis motus, erratum paulo insignius, quam ratio quæ sitæ ueritatis ferret, aut leuius quam doctrinæ, aut diligentia nomen permitteret, inesse nostris suspicaretur: quando peritus ille uir nostra tanquam indigna fide præteriffet. Hoc enim solum falsius est Camers, non deesse quibus Lactantij persuasiones frigidæ nimis esse uideantur: quorum in numero me esse Lactantij temeritas. norunt, qui nostra legerunt. Equidem in scias non eo, superbam & præfidentem Lactantij in scitiam, qua in Antipodum historia conlutanda ineptiuit, nō potuiffem mihi non uehementer displicere: quādoquidem (quod honoris præfatione dictum uolo) non aliter de illis disputat, quam de coloribus cæcus solet: nec aliud in medium affert, quam meras nugas bellissimo suauiloquētis fuce delinitas: ut uel hac uia rem magnam tradidiffem literatori cuiquam uideri possit, qui certe non aliud dedit quam uerba. Qua de re uelim non Theologos solum, sed & Aristotelicos, hoc est scholasticos illos disceptatores, & in primis Mathematicæ rudimentorum peritos iudicare, meo periculo. Nec uero mihi persuaserim, Camertem nostrum pro singulari eruditione sua uidere nequiuiffem, quibus rationibus, quamcūq; euidētibus in Antipodū historia confirmanda fuerim usus: sentiente mecum Cl. Ptolemæo, omnium sanè, quæ à proximis quatuordecim seculis Mathematica prodiderunt, citra controuersiam peritissimo: præterea, ut mediæ ætatis scriptores, simulq; recentiores præteream, peritissimo illo Georgio Collimitio, incredibili auditorum frequentia Mathematicen in clarissima Viennensi Academia profitente. Ex quo Camers quid in hac quæstione recipiendum, quid reiiciendum foret, intelligere debuiffet, uiro in omnium liberalium doctrinarum peritia tãto, ut multis Academijs unus uelut Plato quidam sufficere possit. Nisi forte suspicandum est, Camertem à suis commode dissentire non potuiffem, atque hæctenus quidem indicare uoluisse, quid alij sentirent, non etiam innuere qua in sententia ipse foret: id quod & Solinum alicubi, & C. Plinium fecisse autumat. Vt cunque demum Camers statuerit, persuadeo mihi ita casurum olim, ut cū Augustinū nostræ sententiæ pedaneum iudicem doctissimum Camertem habituri simus: maxime quod recentiorum quidam ex scholasticis Theologis, quorum commentarij in Lombardi sententias prodierunt, Augustinum quod Antipodas negauerit, lapsum esse dicunt. Porrò & culpa tantum scriptorem eximunt, quanquam nec attinentibus, nec ueris id rationibus faciunt: ut mirum etiam sit, uidere illos non potuiffem, quibus causis

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

bus causis motus Augustinus Antipodas esse negarit. Iam, ut rem institutam prosequamur, constare arbitror candide lector, nullum prorsus in Canonica, siue sacra scriptura locum esse, qui Antipodum mentionem faciat: nedum ut persuadere nobis debeat illic inesse quicquam, quod cum hac sese traditione collidat, aut Antipodum positum non admittat. Nihil igitur negotij Theologis nostris cum Antipodibus futurum erat: sicut nec cum Pericæcis, aut Antæcis unquam fuit: nisi falsæ veterum traditioni, quam mordicus & Macrobius retinet, & Martianus Capella confirmat, nec admodum dissentit Plinius, tandem occlamare fuerint coacti, idque Augustino authorem: nam Lactantium uel sui gratia tacuisse præstitisset. Veteres autem non pauci Antipodum situm ita se iunxerunt, ut ingenti eos, & impenetrabili Oceano distare, nec unquam conuenire posse dicerent, frequenti utrobique mortalium multitudine. Id Augustinus intelligens, cum experientia destitutus, suo quoque refragante seculo, aliud quod sequeretur, non haberet: & iam pro fide scripturæ recepisset, omnem hominem utcunque monstruosum, modo homo foret, ex protoplasto illo Adam originem ducere, de quo nullus, inquit, fidelium dubitauerit: necesse erat ut receptam suorum temporum de Antipodum positu sententiam, ut aduersam scripturæ reiiceret: quando illi, ut iam dixi, sub duplici cælo, & diuersissimis terræ partibus, magno Oceano interueniente, duplex mortalium generis diuersæ originis statuissent: hic omnem hominem ex Adam originem ducere consentanea cum scriptura sententia traderet: collidentibus se ex Diametro, uelut aiunt, sententijs. Nolim uero o lector, quæ hic præscribo tibi, uelut apud me nata suspicareris. Adi Augustinum, lege caput nonum decimifexti de ciuitate Dei, & cum his quæ priori capite scribuntur, confer, ut demum bene ne an secus de Augustini consilio sentiam, intelligas. Equidem existimo neminem hodie peritorum esse, qui cum Augustino sentire nolit: quandoquidem nec historiæ fide, nec ulla ratione nitentem, sed sola coniectatione fluctuantem sententiam, fauente Ptolemæo, & uniuersa Mathematicorum neotericorum cohorte, reiecit, & contempsit. Inunc, & persuade tibi sodes in ea me unquam sententia aut fuisse, aut esse potuisse, ut Antipodes esse hoc modo, quo Macrobius & Capella tradidere, credendum existimarim. Potior mihi grauissima Claudij Ptolemæi autoritas est, & ipsa quæ rationibus præstat, demonstratio, firmusque & celebris ueterum cum recentissimis de terræ rotunditate consensus, potior inquam friuolis Macrobij & Capellæ opinionibus. Et Ptolemæus quidem tradit ad hemicycli spatium, hoc est, cxc. graduum longitudine non interceptam undique Pelago, & in hemisphæriorum superficies discretam, sed solidam, & cohærentem sibi terram extare, cum frequentissima undiquaque mortalium habitatione: qui ne ullo quidem mari, nedum Oceano superando coire commertijs, & eodem sub cælo cohabitare possint, ex quibus in extimis cognitæ longitudinis metis deprehendantur, qui terra sensum sese obliquante uestigia sibi controuertant: sintque utrinque non sub terra, sed supra terram, sursum non deorsum arrectis capitibus Antipodes, nec adeo ad casum pronis, ac Lactantius putauit, qui sursum cadere Antipodes, si forent, Physice planè & Aristotelice uidelicet suspicatus est. Hoc uero quod Ptolemæus innuit, quod doctissimi permittunt, quod terræ situs peritissimi, quod rerum Mathematicarum scientissimi scriptores tradunt, cur negare Theologi malint, quàm rationibus & demonstrationibus locum cedere: præsertim quod lite hoc modo composita nihil amplius ipsis cum Antipodibus negotij futurum sit. Et ex diu Augustini uerbis constat, nunquam eum Antipodes esse negaturum fuisse, si illud quis docuisset, quod cohæ-

Nihil Theologis cum Antipodibus.

Falsa ueterum de antipodibus opinio.

Ptolemæus.

Theologi antipodas esse negare non debent.

rentis terræ superficie, n̄sc̄q̄ in locis, à quibus sine difficultate commigrare mortales possent, Antipodes forent, nimirum ab uno Adam prognati. Constat autē hanc Antipodum rationem nulli prorsus, aut Euangelij edicto, aut ueteris scripturæ sententiæ, aut omnino alicui ueterum Theologorum aduersari. Quod si nō desinis obijcere mihi: Theologi hoc negant, & fabulosum putant: Respondeo, nō esse confestim

Quatenus Theologo nō refragandum.

consequens, ut ita non esse credendum sit, si illi ita non esse contenderint. Porro non scio ueterum quenque huius farinae, qui Antipodes esse negauerit: præter Augustinum, cum quo consentio: & Lactantium, cum quo sentire nemo potest. Enim uero si quis sanctarum literarum doctus, rationibus (quando scripturæ testimonio nequit) comprobet, quod non sint, nec esse possint, aut in uniuersum debeant, idēq̄ magis aut artificio naturæ, aut recenti experientiæ scriptorum consentiat: ita paratus animo illico meis cedam, ut pro dignitate amplissimæ alioqui professionis, quam omni honore dignam iudico, pedibus in illorum sententiā iturus sim, & oraculi habiturus loco quod illi tradiderint. Quod ipsum quoniam à nemine factum in hunc usque diem, quo hæc scripsi, animaduerti, obsecro molesti mihi esse illi ne uelint, principis Mathematici autoritate nitenti, & demonstrationum accincto fide, atque etiamnum paratissimo ad cedendum, si meliora certiora ue Theologus quispiam in medium attulerit. Equidem ut ingenue fateor, Theologo euidentis scripturæ (cui hanc uenerationem debemus) testimonium producenti non nisi impudentissime & impiissime resisti: ita puto non statim legis loco habendum, si à diuinis oraculis ad humanarum opinionum & Leptologiæ inuolucra conuersi illi, de his tradant, quæ uel inter seipso perpetua dissensione in quæstionem uocant, uel ab alijs ex professio

Nota. id agentibus rectius, uberius, doctius, atque accuratius explicantur. Igitur non dubito quatenus ad Mathematica à scriptura non dissentientia attinuerit, ueteribus Theologis quotquot sunt, Ptolemæum præponere: recentibus autem Ioannem de Regio monte Germanum, & Camerti nostro (pace hominis dixerim) Collimantium meum. Nec ambigendum uideo, quin in his, quæ ad naturæ explicationem, aut eorum quæ Metaphysica dicunt, enarrationem pertinent, Alberto Aristotelem, Auerroim Scoto, Thomæ Themistium, Capreolo Auicennam, itēque alios alijs præferre debeamus. Quandoquidem illos authores sequi non dedignantur, & ex professo docuisse fatentur, quæ ipsi (modo Theologos agant, non Zenonas, aut Chrysippos) non nisi aliud agendo, ac non raro extra rem præstare solent.

Augustinus.

Nota.

Quamobrem diuus Augustinus Ethnicorum placita uerenda arbitratus, libro super Genesim primo, turpe esse, & pernitiosum existimat, si quis in re quapiam ad scripturæ explicationem, & fidei professionem non attinente, tanquam secundum christianas literas agat, temere aliquid affirmet: ut uel non christianus, dum ita delirare eum, & toto (quemadmodum dicitur) cœlo errare conspiciat, risum tenere nō possit. Quem Augustini locum utinam ætate permittente Lactantius legere potuisset, ne adeo inconsulte historiam Antipodum labefacere orationis tectorio conatus fuisset. Porro in eodem libro Augustinus multa esse inquit, quæ Ethnici de cœ-

Veritas in quo cunq; est, à spiritu sancto est.

lo, de cæteris mundi huius elementis, de motu, de conuersione, uel etiam magnitudine, & interuallis syderum, de certis defectibus Solis & Lunæ, de circuitibus annorum & temporum, alijsq̄ huiusmodi ita nouerint, ut uel certissima ratione, uel experientia teneant. Præterea tradit inibi Augustinus, ueterum tradita demonstratæque ab homine christiano non reiicienda esse, ubi constiterit scripturæ ea authoritati non contrauenire. Nec leuiter succenset fratribus quibusdam præsumptuose, ut ait, audacibus, qui sine scriptura, quamlibet friuolas opiniones contra certa & consona Ethnicorum tradita defendendas suscepissent.

Apud Pomponium libro de situ orbis tertio, ubi Taprobanes, insularum, quas in 16
 Indico Oceano ueteres nominarunt, celebratissimæ mentio fit, obiter, & ut puto, in
 loco in Plinianam incidi de Taprobane lectionem, locosq; aliquot animaduersione,
 nisi conuere uelis, dignissimos, qua potui in magna festinatione, diligentia explica
 ui. His uero æstimandis, quod à Plinio discessi, & Rachia comitibus, quibus aurem
 Pliniana diligentia præbuit, fidem non adhibendam, nisi quo sub cælo sitam esse Ta
 probanen nosceremus, contendi. Camers noster suis in Solinum enarrationibus in
 dignabundus, ingentē nuper, hoc est, ut ego intelligo, friuolam apud quosdam quæ
 stionem ortam esse ait, qua in parte orbis Taprobane sita sit. Mox longum præfatus
 pronunciat, atq; ita pronunciat, ut demū quo animo diligentiam nostram æstimarit,
 haud obscure intelligere queas. Porro mihi ne, qui primus, quod equidem sciā, hanc
 quæstionem proposui, an alijs qui eadem tractarint responderit, meorū cū suis colla
 tione facta, sine mora candidus lector cognoscat. Equidem, quod ad me attinet, fate
 or literariā hanc uelitationē, quam mecū paucis de locis, hisq; me Hercules indignis,
 quorū causa dissentiremus, Camers instituit, nec ingrata mihi, nec adeo molestā de
 mum esse: maxime quod illū pro sua humanitate, & causæ nostræ bonitate, nec hosti
 liter, nec se uere admodū, sed leuī tantū armatura occurfantem, & Ferentarij equitis
 more eminus iaculantem sustineam. Tantū queror non suppetere ociū, & illiberali
 bus negocijs distracto tantillum spacij non dari temporis, quo nō ineptū fortasse ani
 mi captū candido lectori, tibiq; cū primis doctissime Faber, ea qua opus foret, diligē
 tia præscribere possem: & afferre quicquā, qd' frugem secū doctrinæ traheret: ut fate
 ri posset qui legeret, non tam ingenuā, quam proficuā esse hanc pugna: eorū modo
 non solū Camerti, qui intendit, uerum etiā mihi, qui coactus sum respondere, gratia
 haberet, quod in hanc rei literariæ doctorū spectaculo dignā arenā descēdissemus.
 quod ipsum quando in præsentia ut fiat, non datur, fecero fortassis olim, ocio cōmo
 dius impetrato, & paulo ampliore pro animi sententia perquisitione in hanc rem fa
 cta: ubi & Pomponio nostro pximis aliquot mensibus utcunq; recognito, simulq;
 cōmentarijs meis in eū æditis, sicubi opus fuerit, & docti interim uiri citra calumniā
 monuerint, prodesse summa ope nitemur. Nunc quantū me ex mediā hominū con
 cione, & rei cū domesticæ, tum uero Medicæ occupatione ad longo tempore inter
 missas literas recipere potui, illud ocij uel inuitis negocijs suffuratus sum, quo indica
 re tantū beneuolo lectori quirem, me per ea quæ attulit Camers, ne hilū quidē muta
 tum, quo minus in priori sententia mea perstarē, idq; me nec peruicacia, nec temerit
 ate facere ostenderem: mox Camerti respōderem modeste, amice, & ut hominem
 decet literatorem, præsertim Germanū, candide. Ut em̄ omnia alia præteream, quæ
 in hoc doctissimo uiro à multis annis sum admiratus, illud certe & doctrinæ, & dili
 gentiæ suæ tribuo, ut uerendū eum studiosis omnibus nō possim, etiam si uelim ma
 xime, non fateri. Neq; uero is sum, qui adeo uitio dandum existimē, quod aliter atq;
 sperassem ita de meis passim senserit, ut non paucis etiam in locis dissentire uoluerit:
 quandoquidē eruditorum uel acre iudiciū non solum nō sum auersatus, uerū etiam
 ita optauī, ut magnam in eius occasione studiosorū utilitatē inesse nō potuerim mihi
 nō persuadere: maxime quod incolumi respōdendi iure meo secundariā æditionem
 nostram non segniter adiuuari posse uidebā, quam semel adeo candide & ingenue
 pollicitus essem. Nec difficult' admitto aleā, cui iam obiectauim' caput, ut hac nostra
 Apologia, siue maui Palilogia lecta relectaq;, penes doctissimos quosq; tum demū
 in quæstionem uenire debeat, æque ne an inique nostra Camers taxauerit: an uero
 ego potius odiosus studiosis esse debeam, qui locos satis superq; de errore & falsita
 te conuictos, cæca quadam peruicacia, quasi exstimulante me ambitione, rursum

Vadiani æqua
 nimitas.

Vadiano non
 suppetit ociū.

Camertis laus

Palilogia Va
 diani.

post tam eruditi hominis latam sententiam defendendos susceperim. Id quod ferè so-
 lent, qui quod sua oraculi loco haberi uelint, ad quasuis rationes, atq; etiam demon-
 strationes Endymionis somniū dormiunt. Illud dixerim, nō aliam causam mihi in ani-
 mum de Camertis stomacho uenire potuisse, quā quod Vadianus homo Germa-
 nus, & in literis, si non infimæ, certe mediocris nec amplius notæ, qui Græce perpa-
 rum, Latine mediocriter calleat, Plinij & Solini locos nō adeo protritōs, nec cuius
 nasuto etiam, & aceto perpurgato obuios, in repentina scriptione tanta fiducia ado-
 riri, & iudicio adhibito expendere fuerit ausus. Et si bene ariolor, nec me uetus ex-
 perientia fallit, à Plinio & Solino dissensisse nocuit: non adeo quod manifeste uera
 collabefactare fuerim ausus, sed magis quod à Plinio & Solino dissensi, & Germa-
 nus dissensi. Quod quidem cum temere facere uisus forem, non tam in me, quā in
 Albertum, quem libenter sequor, itidem Germanum, isthæc indignatiōis machæra
 districta est. Vellem autem Camertem, quo consultius nostra æstimare potuisset, ue-
 tus istud de me sibi persuasisset: Sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus, aut
 si maluisset, istud saltem: *πολλὰκι τῆι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπερ*. Si hoc ipsum cogi-
 tare noluisse, quod quatenus ad Astronomica & Mathematica attinebat, nihil ferè
 scripsi, nihil dixi, quod Georgij Collimitij Mathematici probatissimi lima non strin-
 xerit, expoliuerit, probauerit. Proinde & Andreae Perlachij, & Henrici Gramma-
 tei Astronomorum & Geometrarū, discipulorum quidē Collimitij: cæterū talium,
 ut præceptorū eos nomine in Mathematicis præsertim, dignari uel Camers posset,
 opera iudicioq; frequenter sum usus: idq; non alia causa, quā nequid de tantis alio-
 qui in omni doctrinarum genere scriptoribus incautius proderem. Quamobrem in
 spem adducor fore, ut gratiā haud paruā apud Astronomiæ uel candidatos, ubi ubi
 illi nostra legerint, indepturus sim, quod nec rationibus, nec instrumentorum fide in-
 duci potuerim, ut quæ cita cogitatione cōmentus essem, in lucem æderem, nisi illorū
 qui ex professo idem agere potuissent, quod ego egi, candidus calculus accederet.
 Iam ut ad Plinium, quo cū mihi negociū fuit, reuertamur: Scire te peruelim candide
 lector, duos apud Pliniū in cap. d. Taprobane locos esse, quibus æstimandis adeo à
 nobis dissentire Camers uoluit, ut tantum non impudentē me esse innuerit, quod in
 eis indicandis obstrepere Plinio fuerim ausus. Prior quidē, quod Plinius ait Septen-
 trionem in Taprobane non cerni: ideoq; legatos, qui duce Rachia Romā uenerūt,
 Septētriones Vergiliasq; apud nos uelut nouo cœlo admiratos tradit. Alter, quod
 Lunam apud ipsos non nisi ab octaua ad decimam quintam supra terram aspici præ-
 dicaissent. Ad quos ego locos cū paulo attentiores adhibuissem censuram, cogitare
 cœpi quonā sub cœlo iacere Taprobane Plinio uisa esset: idq; cū anxie in toto suo de
 historia naturæ opere perquirerem, non inueni: mox arbitratus hoc tantū adnotare
 Pliniū uoluisse, quod ex legatorum relatione accepisset, nec cōpertum admodum,
 nec fide dignum, ideoq; paucissimis ab eo traditū. Dubitare in uniuersum de Tapro-
 bane cœpi, quo nam sub parallelo latitudinis sita foret, etiam si indicijs quibusdam,
 quō minus de Plinij credulitate dubitarem, liquido monebar: hoc ipso satis superq;
 qua in sententia esset testante, quod ait: Hactenus à priscis memorata nobis diligen-
 tior notitia Claudij principatu contigit. Hanc ipsam igitur nostram de insulæ situ in-
 uestigationem, grandem uidelicet quæstionem Camers uocauit: quam ego non
 tam grandem, quā necessariam fuisse etiamnum confirmo. Quinimo si Possido-
 nium grauissimum authorem coarguendum duxit Strabo, quod ad clima & paral-
 lelos cum respexisset, Pelorum Siciliæ ad Septentrionē, Lilybæum autem ad Austrū
 statuerit, forma insulæ nō admodū respondente: qui mihi nō liceat iustiori causa mo-
 to, de Taprobane quærere, quando semel iterumq; Septentriones in ea nō cerni C.

Vadiani suspi-
 tio.

Vadiano à Plinio & Solino
 dissensisse no-
 cuit.

Georgius Colli-
 mitius.
 Andreas Perla-
 chius.
 Henricus Grā-
 matcus.

Loci Pliniani.

Strabo Possido-
 niū excussit le-
 ui de causa.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Plinius dixisset: Fieri enī nequit, idēq; Plinio, quod mox adducā testimonio, ut sine diligenti obseruatione situs, hoc est latitudinis loci cuiuspiam, de syderibus quæ apparent lateant'ue: ad indicati loci prospectum quicq; pronūciare, ac ne intelligere quidem apte queas. Id enim rotunditas terræ, etiam si ad orbis cœlestes, & mundi ambitum collata, non nisi puncti & centri rationem habet, efficit: ut quemadmodū sub circulo æquationis habitantes utrūq; polum pari facilitate cōtuentur, omnibus inibi syderibus, & emergentibus & occidentibus, cū utroq; à latere conspicua sint, ita quædā occultari, quædam altiora fieri, & à finitore sese attollere, si in alterum latus abeas, necesse est aliter atq; aliter ambiēte finitore, prout longius propius'ue indicato habitationis tuæ parallelo æquator circulus abfuerit: qui quidem cum impari ratione prospectus mortalium finiat, & stellam quampiam interim conspicuam relinquat Oriētem, interim occultet, nunquam uidendā, uelut Canopum nobis, qui Alexandrinis conspicuus esse incipit: contingit haud dubie ut par ratio apparētium stellarū apud omnes esse nequeat. Ea de re docte lib. viij. Mart. Capella finitorē definiens, talem esse ait, qui ex eo quod semper surgētis demeantisq; mundi diuersitatibus uarietur, certum astrorum ordinem non poterit retinere. Necesse est igitur, ut in hanc rem paulo studiosius inquirētes, primum omnium quo sub parallelo, quo ue latitudinis, quod idem est, positu locus iaceat, in qua astrorum quicquā aut appare re semper, aut semper delitescere contendis. Porro si plana terra foret, nulla esset aut latitudo aut lōgītudo, quæ uel ortus rationem uariaret, uel inæquales faceret dies, & hanc apparitionis stellarum diuersitatem efficeret. Idem enim horizon omnibus foret ad normam sphaeræ, ut uocant, recte: idem igitur Ortus, Occasus, Meridies, eadem quantitas diei, idem in cœlū prospectus omnibus. Hoc ipsum & Plinius falsus. lxxij. capite libri secundi. Quod si plana, inquit, esset terra, simul omnia appaerent cunctis, noctesq; nō fierent inæquales, &c. Atq; uariari hæc omnia propterea quod terra cum aqua Sphaerica est, credo ex Sphaeræ intellectus rudimentis, & uulgariū instrumentorū fide, nisi sit qui cæcutire ad hæc de industria uelit, patere posse. Docet enim historicis, atq; adeo efficacibus ad persudandum argumentis, idem loco iam citato Plinius, Vitruuiū credo secutus, cuius libro de architectura nono de mundi syderibus hæc uerba sunt: Quæ figurata formataq; sunt in mūdo simulacra natura, diuinaq; mente designata, ut Democrito phisico placuit, exposui: sed ea tantum quorū ortus & occasus possumus animaduertere, & oculis cōtueri. Namq; ut Septentriones circum axis cardinem uersantes nō occidunt, neq; sub terrā subeūt: sic & circa meridianū cardinem, qui est propter inclinationē mūdi subiectus terræ, sydera uersabunda latentiaq; non habent egressus oriētes super terrā. Itaq; eorūfigurationes propter obstantiā nō sunt notæ. Huius autē rei index est stella Canopi, quæ his regiōibus est ignota, renūciātibus negociatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones, proximasq; ultimis sinibus terræ terminationses fuerūt. Viden disertē Faber: Vitruuiū tradere, terræ in globū intumescētis obstantiā in causa esse, quo minus meridiani cœli aliquot stellarū configurationes nobis cōspicibiles sint: sicut è regione nostræ arcticæ stellæ illis, q; æquata nobiscū latitudine ab æquatore in meridiē uergunt, pari contrapositorū ratione conspicuæ esse nequeūt. Plinius ergo hūc Vitruuij locum mutuatus. lxxij. cap. libri secūdi: Reliquorū, inquit, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similē, & cū ea aquas iisdem intelligit argumētis. sic em̄ fit haud dubie, ut nobis Septentrionalis plagæ sydera nunq; occidāt, contra meridiana nunq; oriant: rursus hæc ab illis nō cernant, attollente se cōtra medios uisus terrarum globo. Hucusq; Plinius, ueram & Astronomicam rationē redens, cur fiat quod certis in locis stellæ partim lateant, partim appareant. Nec id autē

M. Capella.
Horizon quid:

Nota:

C. Plinius

Vitruuius:

Plinius:

Ioannes de mō
te Regio.

nebulis, fumis, nubibus'ue (quis enim incerta hæc, & mutabilia pro æterna non uisum syderum lege receperit?) fieri arbitrantur: sed hac causa, quæ & peculiaris, & perpetua est, quod contra medijs hominum uisus terrarum se globus attollat. Hoc Ptolemæus docet, hoc Vitruuius confirmat, hoc ipsum Ianus de regio monte Germanorum in Mathematicis gloria, & sui æui rarum decus, ut truijs etiam & tonso ribus notum relinquit: hoc tota Astronomorum, & Geodetarum cohors inter præcipua receptæ ueritatis axiomata circumfert. Perpende igitur doctissime Faber, iudica, dinosce, temere ne an minus hanc de situ Taprobanes quæstionem mouerim, nō admodum fateor grandem: cæterum quæ à diligenti, & iuuandæ ueritatis studio so interprete, præsertim ubi tanti uiri de re incredibili: & ut ego sentio, fabulosa authoritas urgeret, prætermitti non potuerit. Ain: in Taprobane Septentriones nō cernit?

Acute.

Quæstio est, ubi sitam esse Taprobanen credas, ultra ne æquatore an citra, an uero sub æquatore? Quod si ultra esse putes, quāto spatio ultra positam existimes, ut mergente sese polo nostro, etiam Septentrio apparere desinat. Porro si sub æquatore stas, dico polum etiam cernere eos, nedum Septentrionem. Si citra stas, uelut bonam eius partem Ptolemæus, iam eximie conspicibilis urfa fuerit. Si ultra, non dubium sit esse etiamnum de uergentiam, in qua urfa cerni queat: nec licet de hoc dubitare, cum demonstratione id cōstet. Quod si incolarum adeo aut hebes animus, aut stupida solertia est, nihil isthoc ad hanc rem attinuerit: cum sint apud nos etiā doctrinæ nomine censi uiri, qui magnam partem syderum uerticem etiam obeuntium ignorant. Quod si non doceas ubi Taprobane sita sit, quid obsecro de stellis in ea aut latetibus, aut conspicuis, quod dignum sit fide, proferes? Perinde istud tale fuerit, atque si asseueres magnorum luminarium Eclipses in quamuis indicatam longitudinē sciri posse, & interim neges de magnitudine Solis & Lunæ nobis cōpertum esse. Porro quemadmodum fieri nequit, ut incognita Solis Lunæ ue magnitudine quicquā certi & pensī de Eclipsibus tradi possit: ita extantium latentiumq; stellarum historiā de uno aliquo, ut ratio postulat, loco tradere nullo modo queas, nisi à causa eius rei, principioq; ordiaris, parallelo scilicet latitudinis, cui locus, de quo abigimus, subsit.

Similitudo.

Cl. Ptolemæi
laus.

At uero Claudius ille Ptolemæus, patria Aegyptius, qui sub Antonino floruit, incōparabilis doctrinæ Mathematicus, eiusq; artis, quā professus est, totius posteritatis iudicio princeps, ac multis etiam Plinij citra controuersiam antefendus: qui primus apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit, & pleraq; ueterum instrumenta ab antiquitate uindicata clarius demonstrauit. cuius eximie doctrinæ clarissimi Mathematicorum id tribuere nō sunt ueriti, quod suo Pythagoræ magnæ olim Græciæ schola tribuit: ubi in re quapiam confirmanda satis esset dicere *ἄντ' ὅτι*, quando ille semel omnia aut uerisimilibus argumentis, aut efficacissimis demonstrationibus munisset. Ille inquam Ptolemæus libro Cosmographiæ septimo, Taprobanen ita æquatori subdit, ut duodecim graduum citra hūc in Seprentrionem, ultra in Austrum duorum graduum & dimidij latitudine abeat, à Boreo promontorio uersus nostrum latus extimo, & meridiem uersus ab Orneorū extremis mensuratione sumpta: ut existimare tuto possimus Taprobanen longe amplius in latus nostrum ab æquatore quàm in austrum protendi. Quis autē cogitare etiam posset, nedum dicere, leuibus indicijs motum Ptolemæum, isthæc in orbis terræ mensuratione mandare literis, & absq; diligenti obseruatione, quam uel ipse adhibuerit, uel alijs adhibendam cōmiserit, in hanc sententiam posteris tradere uoluisse? Præsertim quod Aegyptius fuit, & Alexandrinæ negociationis occasione, quæ sua ætate per sinum Arabicum ab India & Oriente uniuerso uectis mercibus frequentissima fuit, omnia perdiscere sine difficultate potuerit. Vt interim ne dicam quàm facilis certaq; uel pugillaribus

uel pugillaribus instrumentis, quocunque in pelago fluctues, quacunque oberres regione, latitudinis obseruatio esse queat. Quamquam haud satis certum habeam, quatenus receptissimæ Ptolemæi sententiæ fidem adhibiturus sit Camers noster, ex quo cum Cynico quærere cœpit de cœlo differētem: Quando de cœlo uenisti? Equidem nescio fuerit ne in cœlo unquam, quando uixit Ptolemæus: id quod de Prometheo Poëtæ fabulantur. Illud scio, præclaro Poëta testante, Cœlestes animos, quibus hoc cognoscere primum, Inq̃ domos superas scandere cura fuit. Et Ptolemæum ferunt ueritatis magis quam quærendæ gloriæ studio, hoc sibi Epitaphium se reliquisse, ue recundissimum mea sententia, & purissimum: Mortalem quamuis me norim sorte creatum, Dum tamen astrorum scrutor in orbe uias, Sum pedibus tellure procul, iuxtaq̃ Tonantem Assideo diuus, pascor & Ambrosia. Quo quidem satis significat in cœlo se fuisse, uerum aliter quam Camers uelit: qui, nisi fallor id, quoq̃ cum Cynico expostulat, ut corpore præsentis astra manu prehendant, qui de eis ueri quicquã referre mortalibus uelint. Qua in sententia si constare posset Camertem persistere, litus (quod aiunt) hoc instituto meo ararem; quippe qui persuadere nequirem uirum tantũ, uniuersæ Astronomiæ non principia solũ, sed ipsam etiam professionem quãtaquanta est, hac una interrogatione subuertentem. Vnum me solatur, ut quoniam nuper ab Hispaniæ occiduo litore mira celeritate in insulas meridiei, & remotiora Indiæ litora nauigari cœptum est, sperari possit futurũ, non priuatos tantũ, sed etiam principes occasione arrepta, in hãc rem inquisituros, de qua adeo mihi cum Camerte non conuenit. Interea suscipi deq̃ ferendos existimo, qui Ptolemæi autoritatẽ, tanto eruditorum consensu tot seculis ueneratam negligere malunt, quam Rachia comitibus, qui Romã uenerint, dubium quam peritis, quam ue ueracibus, fidem non adhibere: idq̃ non alia magis causa, quam quod dignos fide Plinius iudicauit. Iam Camers, reor, inquit, in hisce rebus nobilium scriptorum autoritatem, hominumq̃ experientiam rationibus præferẽdam, &c. Suspicientur alij quod uelint, ego ut existimare nolim, ita haud possim, si uelim, Ptolemæum in parallelorũ latitudinis designatione reddenda, absq̃ diligenti obseruatione, & experientia memoriæ prodidisse quæ prodidit. Quẽ cum exactissime tradidisse uideamus, quæ ad Europam, & septentrionis latus pertinent, latitudine præsertim adamussim obseruata: qui dubitemus pari cum diligentia, & certitudine de locis in Austrum expansis, in Aegypto præsertim agentẽ referre potuisse? Doleo profecto ita cadere hoc in loco, ut tãtũ uiri autoritas in re leuicula notatq̃ iuuãda mihi sit. Atqui te nil refragari Ptolemæo forte dixeris. Si ita est, fateberis uelis nolis in India, inq̃ Taprobane cõspicuos esse septentriones, urgẽte etiã, quod mox uiderimus, Plinio. Sed priuata, inquis, causa est, quæ id prohibeat. Quæ? nebulae ne aut crassus aër? Cur ergo Seres aspiciũt tãto interuallo oceani & cõtinentis se iũctos? Porro si Vergilias nõ cernũt, nec Lunã semper uident, nec Septentriones insignia sydera intuẽtur: qui credã alias eos uidere posse stellas? Nõ dubito autẽ me nobiliũ scriptorũ autoritatẽ, simulq̃ hominũ experientiam ueterũ scriptorũ traditionibus & rationibus confirmatã, tuto sequi, si in latitudine locorũ obseruata, omnes alios qui bene dixere, in uno Ptolemæo, eorq̃ principe Mathematico fuero secutus. Tu uero iubes ut Rachiae legatis credam. Qui possim? Primum aiunt non uideri Lunã nisi ab octaua die in decimam quintã, siue decimam sextã, hoc est planẽ ab eo tẽpore, quo semiplena emergere incipit, usq̃ ad id tempus, quo pleno orbe resplendet, nec multo ultra: hinc enim dierum Plinianorũ numerus à noua luna initium sumit. Cum uero constet lunã ingenti sese altitudine omnibus, qui intra tropicos habitant, attollere, etiã cum latitudine in alterutrũ latus ab Ecliptica declinat, itemq̃ bis uerticem obire in mense: qui possim credere non cerni eam, cum & maxime licet, alte incedentem, & toti alioqui orbĩ cõspicibilem? Præterea cum se

Ouid.

Ptolemæi Epitaphium.

Vadianus Rachia comitibus non credit.

miplenā supra terram cernāt, donec impleatur: quæ (malū) ratio obstiterit, cū eo modo decreſcat, quibus accreuit, quo minus eā his etiā diebus uideāt, quibus in ſemiple nā deficit: Accedit ad hæc, quod altior apud eos æſtius menſibus umbra eſt nocturna, propter dierū noctiūq; maiorē æqualitatē, ubi ſydera omnia magis conſpicua fieri necelle ſit. Rurſum tenuis aëris liquida puritas eſt, qua fieri etiā Camers exiſtimat, ut Seras longe in cōtinente Indiæ à Taprobane remotos aſpiciāt. Pariter aut̄ falſa ſri uolacq; exiſtimamus, quæ de Vergilijs illi garrierūt, ſydere eximie lucis, & quod nō temere unq; ſeſe uel lucidis noctibus oculis contuentiū ſubtrahat. Hæ cū ſtellæ ſint, quæ ſeptē dici (ait Ouidius) ſex tamē ſolēt; q; fiat, ut Canopo eximie lucente, quā ſtellā eſſe octauæ ſphæræ indubiū eſt, hīc quidē noctu uideatur, illæ aut̄ unā cū Luna uideri nō poſſint. Quod ad locorū incolas attinet, quorū ſidē adeo extollit Camers noſter, neminē exiſtimo latere, quā lubricæ plerūq; fidei ſint, quæ plerūq; ſuis de locis interdū afferūt, plebeis ſubinde, & naturæ rerū ignaris miras nugæ, aut ambitione ingerēte, aut ſuppeditante iactātia: adeo ut nō raro de rebus manifeſte falſis affirmare cōſtantiffime nō uereantur. Velut non ita pridē, cum mihi cū homine Scotto, nec inepto ualde, nec imperito, paulo tamē ad nugandū proniore, de quantitate dierum noctiūq; contentio eſſet: interq; alia dicerē in Scottia brumæ dies multo noſtris breuioreſ eſſe: alte ille occlamare cœpit, & me tantū nō mēdaciū arguere, quod conſtaret (ita nugabatur) diē brumæ in Scottia illa ſua eſſe amplius octo horarū, ac propè uernæ ſerenitati ſimilē. Quod falſum eſſe cōſtat ex demonſtratis Ptolemæi, & omnium Mathematicorū aſſertionibus, etiā ſi tota reclamet Scottia. Nup̄ quoq; miles ueteranus ex Heluetijs in magna hominū frequētia, cum me præſente multa miracq; de graui illa Caroli Gallorū regis expediōe in Neapolim & Calabriam, cui interfuera, meminiffet, tandem in lenis quæ illic foret hyemis præconia incidit, mox æſtī ui caloris moleſtiam memorās: ea cauſa fieri utrunq; aſſerebat, quod æſtatis dies noſtris longioreſ eſſent, rurſum hyemis breuioreſ: nec dubitare de hac re oportere aiebat, quando diligētiffima obſeruatiōe id deprehendiſſet uidelicet. Id ego ſi ita mādallēm literis, & poſteris reliq; iſſem, quem putas doctē faber riſum, uel rudimentorū ſphæræ peritiſſe noſtra credulitas mouiſſet: cū utruq; cōtrario modo euenire cōſtaret. Naturæ igitur maieltatē eleuāt, qui frigidis & incertiſſimis hiſtorijs moueri malunt, quā ſuis nixam legibus, & illuſtrium ſcriptorum inuentis indicatam naturæ cōſtantiam, quā diuina quædam ratio moderatur, agnoſcere. Porro quantum

Plinius. Legatis illis nugari libuerit, longinquitate credo ſiſis, quæ (ut Strabo ait) facile carpi non poſſit, hoc ipſo ſatis patet, quod ex eorundem relatione ſubiūxit Plinius ſic: Sed maxime mirum iſs erat umbras ſuas in noſtrum cœlū cadere, non in ſuum: ſatis hoc ipſo quā periti eſſent rerū naturæ teſtati. Obſecrote, ſi ſub æquatore Taprobane iacet, an non Brumæ umbrā habet in noſtrū cœlum cadentē: idq; multis menſibus, ac nō paulo longiorē, quā umbrā habeat meridianā, cum maiori parte in noſtrum latus inſula deuerget. Quid igitur tātopere admirari iuuabat, quod nullo non anno fuiſſent experti: Rectius multo Lucani Arabes, quod noſtro in latere umbras tantum dextras haberent, mirabantur: quales & in Arabia frequēter obſeruafſent, ita tamen ut interim ſiniſtræ quoque caderent. Mirum autem nihil à ueteribus illi, qui ante Taprobanem orbī patefeciffent, de hac re mira nihil tradiſſe. Nam Solinum & Capellam ex Plinio, quæ de hac inſula prodiderunt, mutuatos conſtat, ſuppreſſo (ut ſolent) autoris, à quo foenerati eſſent, nomine. Nec uerbo quidem uno, quod ſciam, eius rei Diodorus meminit, lubricæ & ipſe fidei in multis autor: nec iniuria puto, perfaceta ironia taxatus à Plinio in epiſtola liminari ad Veſpaſianum, quando dixit: Apud Græcos deſijt nugari Diodorus: & βιβλιοθήκας hiſtoriam ſuam inſcripſit. Strabo autem magno iudicio in ueterum cenſendis lucubræ

Peregre uenietium lubrica ſides.

Carolus Gallorum rex.

Sententia.

Plinius.

Lucani Arabes.

Strabo.

tionibus usus, à principio libri .xv. manifeste testatur, plerunq; diuersa tradidisse de Indiarum rebus etiam illos, qui eam se intrasse iactassent. Porro & secundo libro Deimachus ait grauem authorem prodidisse memoriam in nulla Indiarum parte Septentriones non cerni: quod auspicijs, ut sic dicam, Ptolemæi supra omnem ueterum laborem, recentiorum diligentia deprehensum est. & erunt indubie magis clara omnia, cum qui illuc nauigant, peritis rerum conductis principum iussu nihil non obseruabunt. Quantum autem recentiorum experientia tribui debeat, ut Ptolemæum missum faciam, Strabo testatur, toties cum uetustate congressus, quando interim errasse eam, interim non exacte tradidisse, multa uero ad eorum notitiam non peruenisse demonstrat. Sed Camers, constat, inquit, multorum experientia in Australissimis Indiarum partibus, umbram in meridiem ipsum cadere. quod ab authoribus probatissimis proditum esse ait, tanquam sint qui in re confessa dubitare uoluerint. Rursum Taprobanem multo Australiorem quolibet Indiarum loco nulli indubium uerti debere ait: qua de re consequens esse ait, ut in meridiem umbram in Taprobane cadant. Primum, non est necesse locum, qui in meridiem umbram iaciat, planè Australissimum esse: cùm omnis locus inter Cancri tropicum & æquatorem, nostri lateris Sole solstitium faciente, in meridiem umbram declinet: præterea in Australissimis aliquot Indiarum partibus etiam in Septentrionem umbram cadunt: neq; unquam legi à quopiam hac de re dubitatum. Cæterum quod asserit indubium esse Taprobanem esse Australiorem quolibet Indiarum loco, Ptolemæus negat: cum quo equidem errare malo, quàm cum eo inferioribus uerum dicere. Hic autem & Cherfonesum, quæ citra Gangeticum sinum est, æqua latitudine cum Taprobane in Austrum abire ait: & Catigaram Sinarum gentis ciuitatem in cõtinente Indiarum trans sinum Gangeticum sitam nono ferè gradu ultra æquatorem iacere memorat: cum Taprobane ad alterum tantum & dimidium attingat. Accedit ad hoc, quod Strabo & Plinius septem dierum nauigatione à proxima ora continentis abesse Taprobanem dixerunt, quod certe non asseuerassent, nisi constisset id tempus peculiariter ea nauigatione absumi. Qualiter Acronium nostrum alibi quatuor horarum spatio nauigari posse dicimus, quod id tempus translaticium sit, & quod in mercede postulanda æstimare nauarum soleant. Quanquam si uehementes obstant uenti, ne octaua quidem hora transmittas: si secundi sint & ualidi, etiam duabus horis ab Arbona Buchornam, ubi latissimus est, uento feraris. Cæterum quoniam hæc fortuita sunt, & insperata, in consueti & usu deprehensi temporis, ut sic dicam, canonem non recipiuntur. Ita qui ex Venetijs in Palestinam nauigant, tardius citiusq; prout uentorum ratio tulerit, perueniunt. Nihilominus tamen tempus nauigationi præscribunt, cui æstimato merces à uectoribus expendenda respondeat. Quid, quod Plinius haud recte credidisse ait illos, qui uigesimo primùm die hanc Oceanum partem transiit prodiderunt: Cum uerisimile foret, Camertis sententia admissa, ut aduersis uentis cohibiti, uix etiam uigesimo peruenirent. Rursum autem, inquit Camers, experientia deprehensum est, quibus in locis in die umbram non sint, Septentrionem non conspici. & c. Sic quidem ex Onesicrito Plinius .lxxv. capite libri secundi in fine retulit. Ego uero, quoniam ratio ita postulat, & ut faciã, Camertis me de Plinianis oraculis fiducia urget, tria hic ordine probabo. Primum, Non Ptolemæi testimonio solum & omnium Astronomorum consensu, sed ipsius Plinii autoritate conuinci, Septentrionem in his etiam locis conspicuum esse, in quibus in die umbram non sint. Secundum, Plinii autoritate probari posse uel euidentissime sub æquatore habitantibus conspicuum esse Septentrionem: quanquam Plinius id ipsum inibi tantum uerum recipit, quod re ipsa falsum est. Tertium, Plinium diuersa, & sese collidentia tradidisse, ita ut alterutrum falsum esse necesse sit: idq; non diuersis locis, quod tamē in

Recentiorum experientia.

Camers.

Simile.

Vadianus tria probat.

genti in opere diuersa cogitanti sibi non semel obtigit, sed uno eodemq; ferè capite, ubi nihil magis ex professo tractarit: quod equidem ut ignorantia adscribi nõ debet, ita negligentia incuriaq; notæ eximi non potest. Quibus tamen longe diuersa, & ex diametro, uelut aiunt, pugnantia pluribus ratiocinando contra ea quæ prius tradidissim, Camers collegit, cui ne amplius uindicandæ calumniæ negociũ pariam, age

Primum. dum ordine omnia, quo instituiimus, demõstremus. Primũ omniũ Plinius cap. lxxij. secundi libri de Septentrione locutus, Idem inquit à Rhodo abscondit, magisq; Alexandria in Arabia Nouembri mense, prima uigilia occultus, secunda se ostendit in Meroë solstitio, uesperis paulisper apparet, paucisq; ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur. Haftenus Plinius. Qui idem. lxxv. cap. Quibus in locis in die umbræ non sint, Septentrionem non conspici ait: & ea loca appellari $\alpha\mu\alpha$, nec horas dinumerari ibi. & c. Horum priori loco fatef Plinius in Meroë Septentrionem bis cerni. Quam tamen insulam cõstat eodem authore (ne Ptolemæum nominẽ) supra Syenem in Austrum uersus quinq; milibus stadiorum in amne Nilo habitari, ut cap. lxxv. eiusdem libri tradit. Atqui Syenem, ut est ex Plinio notum, parallelus solstitialis ambit: consequens est ergo, ut eo in loco quibus in die umbræ non sint, Meroë sit, in

Quibus in locis in die umbras nõ esse intelligendum sit. qua, teste Plinio, Septentrio cernitur, quod secundo loco repugnat. Illud autẽ nemo credo ignorat, quod loca in quibus in die umbræ nõ sunt, intelligunt omnia ea quæ intra tropicos parallelos, & sub ipsis tropicis iacent. his enim solis in die umbræ non sunt, non quidem continuæ, sed quando in parallelo uerticali Sol uoluitur: cuius radius cum in meridiem ascenderit, Catheto, id est perpendiculari incidit, nec aliquam umbram efficit. Putare em̃ loca esse, in quibus umbræ semper in die non sint, hoc est meridiei tempore semper absumatur, adeo ridiculum est, ut Plinium ita putasse, sine uerecundia suspicari nemo queat, aut debeat. Quanquam uideam ingenti suspitione non carere quod dixit, nec horas dinumerari ibi: tanquam Scioterica horologia esse nequeant in locis, ubi umbræ non sint: & hoc modo Plinius loca esse crediderit, quæ simpliciter umbra illa saltem meridiana careant: quod ipsum ut uidere planè nõ

Secundum. possum, ita Camerti aestimandũ, relinquo. Ac de primo quidẽ haftenus. Pro secũdo, scribit Plinius cap. lxxv. secundi libri, In India gente Oretum montem esse Maleũ nomine, iuxta quem umbræ in aestate in Austrũ, hyeme ad Septentrionẽ iaciantur: & addit quindecim tantũ noctibus ibidem apparere Septentrionem: quo in loco aestatis nomine sex mensum spatium intelligit, sicut & sex menses in hyemis uocabulo. Quod mox. xix. capite sexti libri docet in hæc uerba: Quorum mons Maleus, in quo umbræ ad Septentrionem cadunt hyeme, aestate in Austrum per senos menses. & c. Quod si ita est, necesse est sub æquatore modis omnibus Maleum esse: alioqui fieri nequit, ut utranq; umbram pari duratione sex mensũ habeat. Quod facile sic demõstro. Totus Zodiacus, authore Plinio cap. lxxij. lib. secundi, intra tropicos continet æquinoctiali medio ambitu eundẽ incidente: ita ut sex signa in Cancri solstiale, reliqua sex (duodecim em̃ sunt) in Capricornũ uergant, medijs initijs Arietis & librae æquatore trañciente. Quanq; non sum nescius, in octonis signorũ cardinalium partibus æquinoctia solstitiaq; & Vitruuiũ, & Pliniũ statuiffe. Quod si ita esset, ut nõ est, constaret tamen nihilominus circulũ Zodiaci, Plinio teste & Vitruuio, in æquos hemicyclos duos diuidi: ad cuius initiũ hinc octaua pars Arietis, hinc Librae foret, æquabili nihilofecius hinc & inde umbrarũ ratione. Sed de illo dicere iam nõ attinet. Quũ uero constet singulis mensibus singula signa Solem permeare, æquabili supputatione facta, Solis autẽ motũ, qui constantissimus est, & ab Ecliptica nunq; exorbitat, annuũ esse: hoc modo sex mēibus Maleo dexter, rursus alijs sex sinister erit: iacietq; dexter sinistram umbrã, sinister uero dextram, duobus tantũ æquinoctij diebus umbrã

Catheto incidentem suo in uertice absumens. Atqui ad Maleam quindecim diebus Septentrionem cerni ait. Quod si ut uerū Camerti donamus, fateatur necesse est sub æquatore Septentriones cerni posse. Taprobanē autē Camers bona saltem parte sub æquinoctiali sitā uideri, non admodū negat. Nunc quia falsum esse Ptolemæus indicat, Taprobanē ab Indiæ cōtinentē seiunctā subdens, & quantū distet explicans: consequēs tamē est Pliniū negare nō posse, uel sic uideri Septentriones sub æquatore cerni, postquā in hāc semel sententiā retulit. Hoc enim tradidit, in loco uideri uisam posse, in quo Sol dextrā umbrā sex mensibus iaciat, reliquis sex sinistrā, hic autē locus nisi sub æquatore esse nequit. Nisi forte Maleā montē, quē iam dicta in Taprobane lib. vii. Ptolemæus statuit, intelligere mālumus: proxime enim sub æquatorē immi-
 net, & iuxta nō Oretas, sed Orneos populū habet, quorū & xv. libro Strabo memi-
 nit: tantillo à Ptolemæo diuersus, quod in sulā promontoriū alicubi Maleam uocat. Hæc autē ratio multo magis ad uerū loci sitū quadraret. Quāquam cum Plinio ipse quoq; Hermolaus Oretas intelligere mauult. Sed de hoc suo loco. Et hæcenus de secundo. Tertiū confirmare ex iam probatis nō est difficile. Negat Plinius, & experiētia cōstare Camers ait, ubi umbræ in die nō sint, ibi Septentrionē nō aspici. Idem in Meroë insula, & iuxta Maleū mōtem, quem sub æquatore esse Plinius uoluit: re uera autē trans Cancrī tropicū situs est, Septentriones interdū cerni ait cōtrarijs sen-
 tentijs, & sese collidentibus: ita tamen ut experientia & clarorū autorū testimonijs cōstet, his in locis, quibus in die umbræ non sunt, Septentriones liquido uideri posse. Illud miror, Pliniū dicere potuisse in Troglodytice uicina Aegypto illos nō cerni: et permisisse interim uel sub æquatore eos cerni posse. Sed aliorū inquis placita pro-
 dit Plinius, non sua. Demus, spero tamen me id consecutū hæcenus, ut negare ne-
 queās diuersa contrariāq; propē uno in loco Pliniū de eadem re, hoc est de Septen-
 trionibus, suo operi indidisse: quod eum de industria fecisse quis existimaret: tāta tra-
 dendī fiducia, & euidentissimis argumētis iudicij adhibiti, & selectus facti, nō uno
 in loco eius libri extātibus. Quanquam ea modestia cum cōmentarer sui, ut indica-
 re hos locos tum noluerim: iam cum uideam temeritatis suspitione premi à quibus-
 dam, quæ officio, quæ cātori, & diligentiaē tributum iri sperassem, monere lecto-
 rē libuit, ne Plinij autoritate seduceretur: multa in hoc præclaro scriptore iesse, quæ
 non aliorum tantum, sed suo etiam ipsius testimonio falsa friuolaq; conuincerentur. Suspiciari uero quis posset uel Atlātis iuga sub Aegypto, uel Emodi Tauriue in In-
 dia obitare, quo minus utrinq; ab accolis cerni hoc sydus possit. Profecto si hæc ratio
 mouere quenquā uelit, quando in Germania montiū accolis idē usu ueniat, ut impe-
 diente altitudine cum circū radicem ipsi adhabitant: dicere opus habebimus, in Ger-
 mania non minus, quā in India uisam alicubi nō cerni. Eam ob rem eruditionibus
 paulo in mentione apparentiū uel occultorū syderū montiū altitudo non æstimatur,
 sed solius finitoris habetur ratio. Horizon enim propositi loci hemisphæriū ambit,
 quocunq; è loco tandem prospicias. Porro si mōs obest, quo minus cernas, mōtem
 ascende, ut cōtuearis: par enim ratio fuerit, quantū ad Horizontē altinet, & cœli he-
 misphæriū, è monte ne an loco plano prospicias. Multi sunt apud Heluetios pagi, ita
 in Septentrionem expositi, & immanibus alpiū iugis subiacentes, ut per Brumā ne
 Solem quidem aspiciere possint, nedum hydram illā Austrinā, craterem ue aut cor-
 nū, siue aram. Propter quod tamen à nemine recte dici autumo, craterē aut arā apud
 Heluetios nō uideri. Similis ratio de nebulis aut fumis fuerit. Oportet enim nec cras-
 sum nec turbidum aërem esse, per quem ad Seres, qui in Taprobane sunt, prospici-
 unt. Illam igitur non apparentium stellarum rationem, quæ Mathematicis proba-
 tur, hoc est, quæ ad Horizontis designationem, & terræ rotunditatem pertinet, reti-
 nere debemus, ipso ante alios Plinio monēte, qui, lxxij. capite libri naturalis historię

*Malca in Ta-
probane.*

Tertium.

*Plinius diuersa
& sese colliden-
tia tradit.*

Nota.

Plinius.

secundi, de stella, quā Cæsaris thronon uocāt, de q̄ alijs in Italia nō cōspicuis locutus; in hęc uerba tradit: Nec Canopum Italia cernit, & quam uocant Berenices erinē; item quam sub diuo Augusto cognominauerūt Cæsaris Thronon, insignis ibi stella, adeo q̄ manifesto assurgens fastigio incuruatur, ut Canopus, ut quartā ferē partē signi unius supra terrā eminere Alexandriae intuentibus uideatur: eadē à Rhodo terram quodammodo ipsam stringere, in Ponto omnino non cernatur. Viden faber doctrinarum decus: quā manifeste Plinius fateatur conspicuam esse stellam, quā diu supra Horizontem est, etiam si terram stringere aspicientibus uideatur: Quanquam graphice Cæsaris Thronon deurgentem depingat, donec sub Horizontem cadens euanescat. Nulla apud Pliniū uaporum, nubium uel aut nebularum mētio est, fortuita illa sunt: cum q̄ uariēt, certi quicquam, quod in stellarum prospectu recipiamus, afferre nequeūt. Idem Plinius in eodem capite hęc dignissima memoratu uerba habet: Nauigantiū hęc maxime cursus deprehendūt, in alia aduerso, in alia prono mari, subito q̄ cōspicuis, atq̄ ut è freto emergentibus, quæ in anfractu pilæ latuere, syderibus. Neq̄ enim, ut dixere aliqui, mūdus hic polo excelsiore se attollit, ut undiq̄ non cernatur hęc sydera: uerū hęc eadē quibusq̄ proximis sublimiora creduntur, eadēq̄ demersa lōginquis: utq̄ nūc sublimis in deiectu positus uiderur hic uertex, sic in illā terræ deuexitatē transgressis illa se attollūt, residentibus quæ hic excelsa fuerāt, quod nisi in figura pilæ accidere non posset. Hęc Plinius: quibus appetitissime testatur totā rationē aspectus syderū, aliā atq̄ aliā esse diuersis locis, propter rotunditatē maris & terræ: eoq̄ modo fieri, ut interim supra finitorē conspicua sint, quæ paulo ante delitescebāt: rursus alibi euanescere uideamus ex oculis, quæ paulo ante extabāt. Horū uanitatē coarguēs, qui certū syderū prospectū esse uno ambiētē Horizontē, neq̄ uariari eum posse tradidissent. Iā ut ad Taprobanē reuertamur, quo in sensu illud accipiemus, qd̄ cap. 19. libri sexti de Malea locutus, in hęc in uerba subdit: Septētriones in eo tractu semel apparere, nec nisi quindecim diebus, Beton auctor est: hoc idē pluribus locis Indiae fieri Megasthenes tradit. Vides: ut fateatur pluribus in locis Indiae hoc sydus cerni, etiā si raro, ut non possim in hęc suspicionē nō uenire, apud ueteres non uisi in India Septentrionis opinionem inoleuisse: hac maxime causa, quod auium uolatu uelificantes illi stellas simul omnes negligant: quæ ratio tamen ur̄sis in nostro mari magnam famam & præcipuam notitiam peperit: ad quod accedit, quod in Horizontem inclinant illis ur̄sæ, & cottidie non parum profunde occidunt. Tertiam rationem etiam Camers recipit, ea gentem uerocordia uideri, ut nec discernat inter sydera, nec sanē quo motu, quæ uel appaitione uariant, facile uidere queant. Postremo cōstat Septentrionem illis uelut alia quoque sydera cum Sole occidere interdum, rursusq̄ oriri oriēte Sole: quo tempore sanē nec noctu cerni, nec die uideri queunt, mox sensim enasci, & iuxta Horizontem primum paucis horis apparere ab occasu, dein longius lōgiusq̄ donec eximia altitudine luceant, sicut solent stellæ, quæ nobis heliace occidūt, ut Astronomi tradūt, post rursus exoriētes. Ita in Arabia & Meroë aliquando Septētriones apparere, ex Plinijs traditione licet suspicari. Porro quod autumat pleriq̄ latus Septentrionis ab Indis longissime distare, ac ideo mirum non esse, si ur̄sæ quæ proximæ sunt polo, tātō intervallo non uideantur, ratione caret, & ignorantia secum suspicionem trahit. Quādoquidē tota terra cū mūdi centrū sit, nō aliā habet ad cœlestes illos orbis collata rationē, siue proportionē, quā pūcti cuiusdā, ut ipse etiā Plinius tradit, terrā uniuersam nō aliud quā mūdi pūctū affirmās. lxx. cap. secūdi libri. Dioptra quoq̄ uis magno argumēto confirmat, cū per eā æquinoctij tēpore ex eadē linea ort⁹ occasusq̄ cernatur, uelut recte Pli. docet. Porro quocūq̄ in loco, quacūq̄ in regione cœlū intueris, nullum sydus, nulla stella octauæ sphaeræ magis ab oculi obtutu abest distat uel, quā alia

Insigne Plinijs
testimonium.

Plinijs locus cui
dens.

Nota.

Refutatio uulgaris opinionis

Nota.

quam alia scū horizontis tui centrū semper uestigijs premas, à quo nimirū lineæ ductæ in quacūq; partē hemisphærij cœli trahi imaginæris, æquales sint necesse est. Præterea cuiuslibet Horizontis pūctus centro terræ respōdet, & cū cētro mūdi eandē habet rationē: & quanq; semidiāmetri à cētro mūdi ad pūctū superficiēi terræ, quam occupas, ducti notabilis quātitas est: ea tamen à clarissimis Mathematicorū insensibilis respectu cœli dicitur: si enim in tota terræ diāmetro pūcti ratio, hoc est insensibilis quātitas inest, ad ingentē cœlestiū orbīū ambitū collatæ, quid dubites & insensibile in semidiāmetro quātitatē inesse: ne q̄s obiter obijciat tales à pūcto uestigij, hoc est Horizontis lineas ad circūferentiā ductas nō esse æquales: quāq; æquales uel hoc mō sint, qui circūquaq; in latera ad Horizontē à pūcto uestigij mei ducūtur: hæc em̄ inæqualitas magis foret iuxta Zenith, q̄ iuxta latera Horizontiū, ad quæ Septentriones tamen deurgūt ex India prospicientibus. Posito igitur & concessio, quod sub æquatore Taprobane iaceat, uelut Ptolemæus tradidit, nō minus cōspicua propter distantiā in illa Septentrio est, q̄ nobis aut Ara sit, aut Argonauis: nec ullā hi qui in Taprobane habitant, stellā uel à meridie, uel ab ortu occasu ue cernunt, quæ ipsis propior in octaua sphaera esse possit, q̄ sint Septentriones. Patet hoc ex iam dictis. Id autē referre libet, ne quis alijs studijs deditus, dū hæc legat, uulgi captū, ac non magis ipsam ueritatē sequatur, Nulla enim stella firmamenti inspicienti tibi alia propior esse potest, quodcūq; prospexeris, Dignā autē hoc in loco notatū rē nō præterierim, Omnē Horizontē partē cœli cōspiciuā, à parte, quæ latet, ita diuidere, ut in duo æqualia diuidat, cui quidē æqua terræ marisq; diuisio respōdeat. Cæterum hoc interesse, quod cœli dimidiū ab Horizonte descriptū, in superficie plana aut eminēte cōtuemur: dimidiū interim terræ marisq;, quod huic respōdet, uidere nō queamus. Prioris causa est collatio terræ ad cœlū insensibili quātitate, pūctū em̄ est, ut diximus. Alterū euenit propter magnitudinē terræ collatam ad nos, & oculum prospicientis: cuius certum descriptumq; sit prospectus interuallum, uelut Dioptici tradunt. Videndum igitur, ne quempiam seducat Macrobius, qui libro de Somnio primo de Horizonte locutus, Diopticonum placita sequitur, non Astronomorū: & Horizontem pūctis lineæ uisualis finit, ultra centum & octuaginta stadia uidentis aciem excedere negans, ita ut totius diāmetri Horizontis trecenta sexaginta stadia esse intelligamus. Nobis qui de stellarum apparitione & occultatione loquimur, nō uidendum quantum quis in terra prospiciat, sed quanta cœli pars extet, in quā ascendere sydera, & à qua rursus descendere stellas cōtingat. Dicimus igitur Horizontem circulum esse diuidentem inferius hemisphærium à superiori, ut Astronomi tradūt: ex quo intelligitur in Horizonte stātem stellam uideri posse, quod & Plinius docet. Ne quis obiter id negare audeat, cum constet stellam, inter quam & Zenith prospicientis interuallum est non amplius .xc. graduū, liquido uideri posse. Atqui hæc dimēsiō circumducta hemisphærium definit, & Horizontem designat. Porro si imaginemur terræ globositatem in duo æqualia diuisam, superiori hemisphærio ablato, ita ut ab ipso centro circumscripta prospicere stantem cōtingeret, uelut imaginatur Petrus Cameracensis: tūc haud dubie arcus designatus pro cursu diāmetri mūdi uideretur, hoc autem est hemisphærium cœli. Quod si ita foret, quis neget cœli dimidiū è terræ superficie plana uideri posse: cum quod semidiāmetri à centro mundi ad indicatam superficiem terræ ductæ, quantitas insensibilis est, ad orbis cœli & firmamētum collata: tū maxime quod tota terra, unā cum aqua, una complexa rotunditate pūcti rationem habet respectu firmamenti. Nec obstat, quod terræ conuexitas nobis prospicientibus non deprehēditur: & de ingenti eius magnitudine compertum habemus, quando Mathematicis demonstrationibus constat, hanc quanta quanta est terræ magnitudinem ad immensos illos orbis collatam, centri rationem habere: idq; ita esse & Dioptre probet

Propositio.

Horizontium
ratio.

Macrobius.

Horizon

Petrus Cameracensis.

Robertus Linc-
coniensis.

us, & nobilium instrumentorum fides indicet. Propterea Robertus Lincconiensis Mathematicæ peritissimus autor, in eo libello qui Compēdium sphaeræ inscribitur, Horizō, inquit, est circulus, qui diuidit medietatem cœli uisam à medietate nō uisa. Radius enim uisualis est, sicut linea contingēs terrā, quæ ipsa circumrotata faciet circulum diuidentem cœlum in duo æqualia, cum magnitudo terræ sit insensibilis respectu cœli. Ecce parem rationē inesse docet in abscissione cœli per radium uisualē, circumductū à puncto superficiei terræ, cum ea quā à uero centro Cameracensis fieri imaginatus est, propter insensibilem, ut dixi, semidiametri quantitatem. Quapropter non dubitādum mihi cum Ptolemæo, cumq̃ recentissimis optimisq̃ Mathematicorum uideatur, quin citra æquatorem, & sub eo multisq̃ etiā ultra eum gradibus cerni Septentrio possit, efficiacissimis rationibus id ipsum comprobātibus: quarum partem pro ingenij nostri captu in Commentarijs Pomponianis explicuimus: idq̃ studio sorū, & ueritatis iuuandæ gratia, quando mihi persuasissem, nec candoris satis, nec officij esse in rebus disputatione dignis de industria cæcutire, & ob unius et alterius scriptoris gratiam, aut autoritatem iuuādā manifestarios errores intactos

Adagium no-
uum.

trāsmittere. At Camers, Non laudo, inquit, eos qui Herostrati more τὸν κληδῶνα aucupātur. Hoc enim ante apud eum natum adagium erat, Herostrati gloria, in hominem qui ex re nepharia famā quæritat, qui uirtute clarus esse nequit. Porro famā κληδῶνα Græci nominant. Quam nouā parcemiam, quo minus in eos, qui nec quærendæ gloriæ, nec laceffendi libidine, sed iuuandæ tantum ueritatis studio, in loco ue-

Camertis laus.

terum tradita acriori paulo censura deliniant, & non raro in quæstionem uocant, detorquere possim, Camertis diligētia factum est: qui suis in Solinum enarrationibus, qua cura, quo iudicio innumeros Alberti Magni autoris citra cōtrouersiam docti, locos plurimos æstimauerit, annotauerit, obelis confoderit, planè constare arbitror. Absit autem, ut in ingenuo labore, & nullis non frugifera opera uersatū Herostrati more τὸν κληδῶνα aucupari uoluisset dicam. Tanquam præterire me potuerit, hanc à remotissima mortalium memoria, ueritatis iuuandæ studio prærogatiuā semper fuisse, cui nec temporis spacie, nec autoritate nominis cuiusquam præscribere-

Nota.

tur. Proinde licere hodie, semperq̃ licuisse studiosis, ut si quæ aut obscure dicta, aut incogitantius admissa in ueterum libris inueniāt, indicare ea, atque etiā coarguere possent, modo hanc prouinciam candido atque ingenuo proposito suscepissent. Id quod ego in Plinianis locis passim indicatis ita præstare uolui, ut hæere me, & doctissimorum quorumque iudicium sustinere uelle intelligerer, modo non nimis fidenter illi leuiculis rationibus nostra, quæ certioribus niterētur, reijcerent. Quod cum in nostris taxandis Camertem non admodum agere uidissem, & timerem maxime, ne sua mihi incommodaret autoritas, fateor me non alia magis causa, ut hominī responderem compulsus esse. Porro in Plinianis locis indicandis æstimandisq̃, obsecro quid egi, quod in Alberto taxando Camers noster non egerit? Sensus ego totos, aut falsos, aut obscuros deprompsi, annotaui, præterea & diuersa attuli in medium: Camers ob subsultātem, aut perperam locatam syllabam aliquam, cuius culpā tamen librarijs rectius aut uiciatis, ut illis erāt annis, codicibus, q̃ incitiæ incuria ue autoris tribuas, ita cum receptissimæ autoritatis uiro agit, ut plerūq̃ misere spectandū tantū nō traducat, sæpe etiā falsissime rideat. Veniā interim tot nominibus merente Alberto, qui primū iniquissimis temporibus æditus, & in rudi, nec nisi armis dedita Germania natus id præstitit, ingenij felicitate non omnino succumbente, quod hodie utriusque linguæ peritia, felicium temporum ope, denique emendatissimorum codicum copia adiuti, ægre & cum labore assequuntur. Jam Pliniū & Melā clarissimos autores aureo literarū seculo floruisse cōstat, hunc Hispanum quidē, illum Transpadanum; utrunq̃ tamē in magistra eloquentiæ Vrbe Roma altum, in Italia

Albertus ueniā
meretur.

doctrinarum nutrice uersatum: ut non potuerint æditis literarum monumentis cum famæ priuata, tum publicæ posteritatis utilitati non consulere. Atqui ex hoc tercentum errata sustulisse se Hermolaus ait, qui in eodē tamen authore, quæ posteri emendarent, præterijt. Cum illo autem ita egit, ut nisi fato quodā productus ad hanc operam nauandam Hermolaus fuisset, qui medicā manū, & salutarem tot crudis, & tabidis Pliniana lectionis ulceribus adhibuisset, actū fuisse de Plinij autoritate eruditissimi homines existimēt. Id si temporū iniuria media in Italia asseruatis scriptoribus obtigit, quid Alberto in media Germania lacero, à barbarissimis trāscripto, p̄ omnia barbarorum collegia proximo seculo tracto, deniq; corruptissimis olim codicibus in commentando uiso, quod manifeste multis in locis dinoscit, in tanta linguarum, tanta eruditorum penuria, obtigisse suspicemur? Huic nemo hæcenus suppetias tulit: nemo ut succurreret, misertus est. Iḡitur coactus est aliorū etiam errata suæ doctrinæ iactura sufferre. Cumq; hodie sint qui in emendandis præclaris scriptoribus, in obscuris locis passim extricandis, immortalitatem quandam affectent, ac laudis occasionē non ita raro ex aliorum erratis petant: nullus mortalium repertus est, qui nō moritura Alberti opera à temporum saltem iniuria, & librariorum pudendis erratis uindicare uoluerit: cum leui tamen opella qui sp̄iam, uel mediocriter peritus id efficere potuisset: ut non nisi paucis in locis tantopere sudare Camertem oportuisset. Cui tamē gratiæ agenda sint, quod leuiuscula non præterierit, & futuris Alberti sectatoribus uiam fecerit emendandi, quæ uel sua culpa, ut humanum est errare, uel librariorum oscitantia nō paucis in locis admissa sunt. Porro iurē ne an iniuria aliquos locos strinxerit, non est meū decernere. Ego certe Plinium in harenam deducturus, non raro petita uenia præscriptis uerbis honorem præfatus sum: quo in loco id Camers fecerit Albertum producens, nondum uidere mihi obtigit. Deniq; nusq; adeo iniquo iudicio fui, ut Plinium receptæ citra controuersiam autoritatis scriptorem, quod uno & altero in loco, quod equidem obseruauerim, de rebus ad Mathematicam attinentibus incommodius dixerit, Dicam illi, ut ille ait, imperitiæ, uelut ad tribunal Rhadamanti scriberem: aut quamuis aliam intenderē formylam, quæ tātæ autoritati ignominiosa esse potuisset. At uero quo Theatri eruditorum loco Albertum Camers dignetur, alios æstimare malo, quàm coram, ne quid peccem, effari. Postremo cum indubie per omnia modestius cum Plinio egerim, quàm egit cum Alberto Camers, persuadere mihi nequeo in eorum me numero ab illo censum, qui Herostrati gloriā aucupari existimantur. Si uero crimen est annotasse de quibus iuste dubitari debeat, & illaudatus est qui diligenti lectione & multiplici obseruatione, non raro etiam lucerna adhibita, studiosis pro sua uirili prodesse pergit: non uideo quid commiserim, quod mihi cum Camerte, cumq; multis alijs doctissimis uiris non sit commune. Porro si reuiuiscat Albertus, idq; obijciat Camerti quod Palemoni obiecisse Menandrum ferunt: quæso Camers bona uenia dic mihi, cum me uincis, nō erubescis? Ego ne Camerti erubescendum putem, qui tot locis adeo docte, tātō iudicio adhibito, lapsus esse Albertum indicat, ac de manifestario errore uelit, nolit, cōuincit: Veritatis studium candidum est, & pudoris nescium, quin & sua fruitur libertate: Erroris aut frequens comes esse uerecundia solet. Hercle, ne Menander quidem erubescendum esse Palemoni recte iudicabat, ubi non proprio ille, sed concionis suffragio uicisset. Rectius em̄ dixisset: Quæso Athenienses bona uenia dicite mihi, cū Palemonis fabulas meis præferitis, non erubescitis? Quod ad me attinet, malo paulo arrogantioris in annotando sedulitatis accusari, quàm sustinere ut dissimulanti mihi, tum & adulanti illud Persianū quis obrēderet, An Romule ceues? nec dubito quin paulo æquiores Plinij manes habiturus fuisset, quàm illos habeā, qui ne attingi à me Plinium uel

Pro Camerte.
Sententia.

lent, nedum coargui. Qui ipse tamē si permisit, ut priores se, quos passim secutus est, de dubijs rogarentur omnibus, quis dubitat & hoc permissurum fuisse, ut de mani-
Plinij i castigā do libertas. feste falsis conuincerentur? Ut interim nō dicam, quam insigni multis in locis exem-
 plo, ueritati patrocinandum esse reiecta autoritate monuerit. Nam libro ultimo Aeschilo orbis ignorantiam opprobrat, quod Eridanum in Hispania esse, & eundē Rhodanum appellari dixisset: praeterea & Euripidi, & Apollonio, quod in Adriati colitore confluere Rhodanum & Padum credidissent. Postremo in Sophoclis sententia adducta de succino, demum sic ait: Quod & credidisse eum, uel sperasse alijs persuaderi posse, quis non miretur? quam ueritatem tam imperitam posse reperi-
Plinius Graecis promolestus. ri, quae auium ploratus annuos (ita tradiderat Sophocles) credat: lachrymasq; tam
 grandes, auesq; e Graecia, ubi Meleager perijt, ploratum ille in Indos, & c. Quis ue-
 ro nescit toties mendaciorum & uanitatis leuitatisq; Graecos a Plinio damnatos: no-
 minatim alicubi taxatis qui uel leuiter connixissent. Inunc, & persuade mihi aequo
Laus Plinij. animo non laturum in suis Plinium fuisse, quod ipse in aliorum lucubrationibus tan-
 ta sugillandi libertate egisset. Ego sanē cum uiderem opus historiarum naturae eru-
 ditum esse, nec minus uarium, quam ipsa natura, uelut Plinius tradit Nepos: tantum
 semper illi tribui, quantum nemini alijs, hodieq; nullum alium scriptorē libentius fre-
Plinius labi po- tuit. quentiusq; lego. Sed labi tamen & errare potuisse, ut mihi persuaserim, primum il-
 lud inuitauit, quod ipse humanum esse arbitratur hallucinari, & omnium nō memi-
 nisse: praeterea quod anno sexto & quinquagesimo in ipso propē aetatis flore uio-
 lenta morte decessit, medio tempore cum officiorum molestia, tum principum cura
 & aulae studio inquietissimo, adeo distento impeditoq; ut post cibum frequenter, ac
 etiam recumbens, non raro & in sole iacens id ocium, quod alijs aut gestationi, aut
 deambulationi, seu leuiusculae uoluptati impendunt, ipsi tot rerum annotationibus
 destinare fuerit coactus: porro & in itinere cū a ceteris curis paulo liberior animus
 foret, idem agere: quodq; mireris, in balneis etiam dum distringeretur & tergere-
 tur, audire quicquam aut dictare. Quibus omnibus constare posse arbitror, parcissi-
 mum temporis dispensatorem tantopere publicarum occupationum molestia praep-
 editum, festinanter pleraq; & tanquam aliud agendo conscripsisse: quae parto com-
 modiori ocio ad Aristophanis (quod aiunt) lucernam emendaturus si licuisset erat.
 Quanquam sunt uiri eruditissimi, qui dicere non uereantur Caium Plinium Mathe-
 matica, quae ex Graecis & Latinis transumpsit, non admodum intellexisse: cuius hoc
 manifestum argumentum est, quod Lunam maiorem esse terra credidit, Martiano
 Capella, omnia alioqui Pliniana demirato, refragante: quod manifeste falsum nouis-
 set, quae ille tradidit. Praeterea diuersis alicubi, & sese collidentibus alicubi proditis,
 quae sanē non ita pridem a me Pomponium interpretante transmissa, demum refe-
 renda erant. Porro & illud. xvi. cap. secūdi falsum est quod scripsit, Nihil habitari ab
 hominibus, quam quod Zodiaco subiaceret. Atq; haec leuicula. Praegradia quaedā,
Georgius Colli- mitius. & scitu dignissima adnotauit Georgius Collimitius noster, Mathematices scientissi-
 mus, dicato uolumine, quod breui (ut speramus) in lucem aedet. Interim diligentiae
 nostrae in locis Plinianis censendis, uel tantillum gustum studiosae iuuentuti propina-
 re libebat, quo ab uno caetera aestimaret: uideretq; non conuenire, ut Plinium uerita-
 tis authorem esse crederemus, quod Camers tamen autumat. Qui quoniam aperte
 mihi calumniae notam inussit, placuit ut hoc in loco quam possem breuissime, doctis-
 simorum testimonijs citatis indicarem, quam libere, nec dicam false, aut arroganter,
 in media propē Italia nati eruditissimi homines de Plinio pronunciarint: ut inde quo-
Nicolaus Leo- nicenus. que cādidus lector intelligeret qua per omnia usus modestia fuerim. Ante alios Ni-
 colaus Leonicens Vincētinus, aetate nostra in Graecis Latinisq; literis, & uniuersa

philosophia peritissimus, & planè Aesculapius quidam in re medica, minime uerò propenso alioqui; quod ex suis ad me literis intellexi, ad carpèdum mordendum uè animo: præterea Plinij conterraneus, siue Veronensem hunc facis, seu Notiocomensem esse mauiis. Hic non admodum magnū negociū uel huic facturū est, qui Pliniū non satis Græce calluisse dixerit, mox, Vtinā, inquit, Plinius tantā habuisset in corde sapientiam, quantā habuit in lingua patria eloquentiam, & c. Quādo ego, chare Camers, tale quicquam in Plinio desyderauī: Sed audi quid dicat amplius: Quod homines eruditi Plinianam elocutionem diuinam iudicent, eamq; præcipue imitandā censeāt, nō equidem improbo, sed magis laudo: & quibus ista nō sapiat, eos desipere arbitror. Sed illos uicissim puto esse in altero desipientiæ genere, qui Plinio tantam tribuunt diuinitatem, ut nullo pacto in animi eorū captū uenire possit, Pliniū in aliqua sui operis parte deerrasse, siue de imaginibus herbarum atq; natura, siue de terræ & maris ambitu, siue de syderū magnitudine loquatur. Cæterū leuia hæc, & quæ uix credas hominem Transpadanū Transpadano obijcere potuisse. Illius potius meminisse oportet, quod in doctissima quadam, & elegantissima epistola, qua Politiano in uocabulo *uodde* pro hedera, Plinij patrociniū suscipiēti respōdet, idē Nicolaus sic ait: Ego uerò, & si nō inficias eo Pliniū omnium doctrinarū studia excoluisse, multa tamen de quibus in suis de naturali historia libris conscripsit, nō satis illi cōperta atque explorata fuisse crediderim. Ex quo illud secutū est, ut cū nō ea scriberet, quæ ipse nouisset, sed quæ poti⁹ à diuersis autoribus uarie scripta collegisset, sæpi⁹ diuersa p̄ eisdē, atq; eadē pro diuersis retulisse uideatur. Hæc Leoniceus, qui in eiusdē epistola loco alio sic inquit: Quod si is mihi animus fuisset, aut nūc etiā esset, Plinij errata in lucem patefacere potuissem & tūc, & nūc quoq; possem integrum de eisdē implere uolūmē, & c. Quibus uerbis credo odorari Camertem posse, quot errata in opere Plinia nō Leoniceus, non Germanus, sed Transpadanus, & Plinij conterraneus, supra Hermolai uigilias, & reliquorū diligentia obseruauerit, quādo uolūmē erratis Plinianis impletur⁹ erat, si ita libuisset. Is etiā Leoniceus alicubi Plinij de Lunæ magnitudine uerba caullū uocat, eiq; notā inurit manifestarij errati: tãq; ad Plinianā diligentia attinuerit, nō cōscribere solū ex alijs, uerū etiā iudicio adhibito secernere: cū hæc res tamē alijs, qui sua ætate de mathematicis literis prodiderūt, notæ cōpertæq; fuerint. Porro notius est, q̄ ut multis dicā, quibus modis Plinium tractet, quod de Dorcade & Caprea, de Vespertillione & Nycteride, de Siluro & Glani, de Passere & Plittaco animalibus, interim Græce ea, interim Latine nominans, ita meminerit, ut lectorē tamen non admonuerit, eadem ne an diuersa esset: ut planè uideri queat potuisse nō eadē esse. Idē de Gallica Nardo, & Saliunca, tanq; de diuersis herbis Pliniū tradidisse ait, cū Dioscoridi cap. vii. idē sint: quāq; scio præclarū herbariæ rei professorē Virgiliū Marcellū nuper æditis in Dioscoridē cōmētarijs, Plinio patrocinari cōpisse, & apud Dioscoridē nō Saliūcā, sed Gallicā legendū esse cōtendere. Quod ut missū faciamus, quid illud quod in Plinio Græcarū literarū peritiā desyderās, ignorasse eū ait quid uocabulū Myrmetion Græcis significet, in descriptione Phalangij Myrmetij: quē errorē ne Hermolaus quidē dissimulare potuerit. Iā Nicolaus Perottus eximia doctrinæ scriptor mirari satis nequit, quod Dasipodem diuersum à lepore fecerit Plinius, & multis tamen argumentis constet idem animal à Græcis Dasipodem, à Latinis leporem dici. Porro hæc atq; his similia innumera, cū mira quadam libertate, et fiducia in Plinianis uoluminibus eruditi obseruent, annotēt, taxēt: sintq; hodie qui tanq; in seminario quodā, ita in Plinio esse tradāt, quod magno posteritatis emolumētō eruditi quotidie explicare & interpretari queāt. Quid mihi egregijs argumētis intento molestus esse pergis, quod alicubi inuitus etiā dissentire à Plinio cogor? Quando ne tantillū quidē Plinianæ maiestati detraxerim, ac de imperitiæ su-

Nicolai de Plinio iudicium.

Plinij lapsus

Nicolaus Perottus.

Salse. spitione ne cogitarim quidem: præterea nostro id exemplo non faciã. Nisi forte Pliniam autoritatem numinis loco ita uenerandã censes, ut indignũ iudices, aut rationi eam, aut demõstrationi cedere. Qua in sententia si perstas, faceſſo libẽs, & Persianũ illud subdo: Per me sint omnia protinus alba. Iuuabit priuatim de his tradere, & animũ ab odiosa cõtentione auocatũ liberiore parto ocio ad alia quoq; æstimãda, nulla minus parte frugifera studioſis, cõuertere. Scio em̄ priuato in opere id curaturũ Collimitũ, ut quantũ illi uenerandæ alioqui autoritatis scriptori, in rerũ Astronomicarũ tractatione tribuendũ sit, haud difficile oẽs intelligãt. Libuit autẽ doctissime Faber, ut cõsiliũ mei demũ rationẽ tibi patefaciã, in exponendis Pomponij libris huiusmodi locis passim immorari, nõ admodũ triuialibus, necq; alienis à susceptæ prouinciæ instituto: ne quis claudĩ more, ut ille ait, pilæ me inhærere, nec quicq; ex ingenio, quo amplius prodessem multis, depromere arbitraretur: & uidebã cõscribẽdĩ laborẽ in gloriũ nõ minus q̄ inutile esse, si tantũ ex cõmẽtario saperẽ, & quid ueteres senserint, nõ etiã quid pro recentiorũ cũ eruditione promouente, tũ uero dignissima fide experiẽtia sentiendũ esset proderẽ, rariuſculis quibusdã apud assiduos scriptores locis annotatis. Proinde eũ me modum in illo ipſo opere seruasse existimo, ut quoad incolumi ueritatis studio liceret, nullius planẽ aut nomini, aut famæ obſuerimus, aut infectã cruore gloriolã illã captauerimus. Quod si sunt qui digito mõstratos quosdã ægreferũt, tribuãt precor illi ueritati, quod nobis daturi alioqui nõ erãt. Equidẽ quod ad me attinet, tantũ syncero liberoq; à calũnijs ueritatis studio tribuo, ut, quod sæpe sum præfatus, meliora certiorãue depromẽtib; libẽter sim cessurus: quin & errata in nostris ubiq; illa extiterint, agniturus, nec deprecaturus culpã, modo rationibus illa, nõ quibusuis, sed attinentibus & dignis fide cõuincantur. Si quis autẽ leui me testimonio usum fuisse docebit, nõ grauabor & autoritati dare locũ, modo quos citauĩ, rationib; dignis fide nõ præmunierim, tantũ illa scriptoris fuerit, classici & assidui. Quod ad Camertem attinet, uirũ omnibus modis doctũ & diligentẽ, uellem equidẽ quouis alio modo monitũ me fuisse, quo cõmodius necessarijs occupationib; nostris horas ægre ad hãc disputationẽ impetratas dedere potuissem: Cæterũ quoniã hac uia incedere maluit, uisusq; sibi est pro uindicãdis ab incuria calumniãq; Solino & Plinio nauiter agere, nihil adeo ægre tulerim, sciens hãc literariã uelitationẽ, uel inter amicissimos locũ habere posse. Qua de re nec ipsum quidẽ tot nominibus amicũ, quod ueritatis iuuãdæ gratia potissimũ, ei respõderim, his nostris ofensem iri speramus. Vnũ id dolere me nõ possum nõ fateri, quod cũ anno superiori è Sarmatia Viennã uenissem, scholijs meis iã dudũ in lucẽ æditis, & suas ipse in Solinũ enarrationes iã tum in officinã chalcographariã destinaret, non ita magno utrius commodo cecidisse, ut his de locis (quod ante sæpe in alijs facere cõsueuissemus) fidelissime contulerimus: ut hoc modo alia ratione inita, & Camers nõ infulſisset suis, quæ infulſit: & ego post reuisos auctosq; his proximis mẽsibus Cõmentarios nostros, ijsdem indicandis nostri rationem habere non fuissem coactus. Tuum fuerit omnium insignium doctrinarum peritissime Faber iudicio adhibito, & utriusq; collatis sententijs perpendere, fauore ne an odio, an magis asserẽdæ studio ueritatis ea tradiderim, quæ Camerti nostro digna uisã sunt, quæ carperentur, aut certe non reciperentur.

F I N I S.

IOACHIMI

IOACHIMI VADIANI

HELVETII POETAE LAUREATI, AD RVDOLPHVM
AGRICOLAM RHETVM EPISTOLA, IN
QVA LOCORVM SEQVENTIVM
FIT EXPLICATIO.

Quid Plinius capite secundo libri septimi per Dodrantem intelligat, ubi de Pygmæis scribit: & ibidē de Pygmæis pulchra.

Quid idem per unciam capite decimosexto intelligat, cum Gabbarem scribit longitudinem habuisse nouem pedum, & totidem unciarum.

Locus Persii: Si costam longo &c. ex Saty. prima.

De Antipodibus, quod sint, & quomodo sint, pulchra disputatio.

Quæ causa Augustinum ad negādum Antipodas esse impulerit, & an recte negauerit.

An Lactantio in Antipodum refutatione adhibenda sit fides: & inibi quàm temere aliquando idem author, de rebus non satis sibi compertis differuerit.

Macrobium & priscos ferè in Antipodum situ lapsos fuisse.

De lacu Acronio, & Veneto, quos Rhenus fundit, pulchra: & quod apud Melā libro tertio non Acromus, sed Acronius legendum sit.

PRAETEREA

Locus Lucani ex libro sexto de Dorio.

Locus Virgilio ex primo Georgicorum, de uertice Austrino.

CVRADVS SCIPIO LECTORI.

Lector in his si displicere inuenta, repente
Dispeream: dubitas? pellege, certus eris.

RVDOLPHVS AGRICOLA IUNIOR RHETVS CASPARI
VELIO VRSINO SYLESIO, INSIGNI
POETAE, S. D.



Edico ego tibi mi Caspar, laborem minimū, quo in scribendis literis ego
& Vadianus uti solemus: nisi enim quod ad me attinet, extemporarium
dicerem, quod ad amicos perferendum literis includo, planè mihi ipsi nō
iniuria uideri possem iniuriosus, qui aliud quàm res habeat assererem. Idē
& Vadianum solere per hos proximos menses, quibus contubernio suo
mihi datur perfrui, quotidie experior. At cur (ais) nō grandia nobis dicas potius: paruo
enim ea aestimari nosti, quæ facile ad manum sunt. Qui scis, Caspar, an maiora apud me
super sint debita tibi: id quod & ingenium tuum, & eruditio omnium bonorum studi
orum accessione in te parta meretur. Quāquam, ut quod sentio dicam, ne hæc quidem
à te contemni uolo, esto subito fortassis labore parta sint. Causa est, quia ingenia paulo
acutiora, & peritiora paruo saepe labore ea, quæ minus eruditis magno sudore uix exco
gitari possent, edere solēt, digna doctorum, & tui similium lectione. An de me loquar,
quæris: Non equidem, sed de Vadiano nostro, cuius tibi eruditio, & humanitas perin
de ac mihi nota est. Postremo, quia & me & Vadianum pari amoris officio complecte
ris, perspectum erat mihi te utriusque Idyllijs, hoc est subcisiuis horis con
scriptis animi laxamentis, immo literis, oblectatum iri. Vale
bis igitur, legesq; ista alijs, non ut ἀναγνώσις, sed
ut cēsor. VIENNAE. xiiij. Calend.
Iulias.

Anno. M. D. XIII.



Ratæ admodum istæ gratiæ fuerunt, quas egisti mihi proximis li-
teris tuis Rudolphe amicissime, quod paulo diligentius, & ut a-
micum decebat, enixe de tua valetudine certior esse cupissem.
Ego postquã rumore quodam ad me perlatum erat, te cū Cra-
couiam egressus Istrogranum uenisses, in grauem morbum in-
cidisse: uix dixero quantum animo consternatus fuerim, nam & dolui impense,
& pro tua incolumitate Diis immortalibus uota nuncupavi, eademq; lectis pro-
xime literis tuis exolui, quod leuiuscula febris correptum, ex integro conualuisse
intelligebam. Quæris quæ causa sit? Nō ea quidem, quod mihi de facie notus,
paulo ampliorem mecum per mutuam uitæ consuetudinem, familiaritatē con-
traxeris: quo bono, utpote primo amicitiaē glutino, ambo hæctenus priuati fui-
mus, partim locorum interuallo, partim conditionum nostrarum ratione, ut pu-
to, cogente. Sed ob id magis, quod tuæ mihi literæ eruditionis, & humanitatis te-
stes, indicesq; extitere, quandiu istud gratæ notitiæ inter nos oblectamentum du-
rauit: in his enim præter elegantiam, quam tibi propemodū peculiare esse aiā d-
uerti, præterq; omnia humanitatis, & amoris officia, perspicacis animi tui inde-
fessa in rerum scitu dignarum perquisitione, sollicitudo deprehenditur: qua soles,
quasi ignorantiaē impatiens, adeo indies magis magisq; promouere, ut ex his
quærere, & sciscitari nō ducas erubescendum: quibus doctrina, tolerantiaq; stu-
diorum, si non superior, certe non impar es. In quorū numero me cum primis
statuo, tenuis eruditionis, & nulli consilii hominem: qui tamen complura quæ-
ri abs te perhumaniter fero, cum quod eo fine non facis, ut de meæ ignorantiaē
caligie hoc modo factus certior, ut mediocre, aut fortassis in literarum iudicio
proletarium abiicias & asperneris: tum etiam quod ingenua semper confessio-
ne, & citra uerecundiaē ruborem, unā dubitare, & hæere me dicere soleo, si quan-
do interrogatus rei minus quàm deceat, & tua deposcat eruditio, satisfacere po-
tero. Nec communem inuestigandi laborem, quo simul & doctior & exercitati-
or euadam, adeo subterfugio: quin & gratificari libeat quærētibus, quod oscitan-
ti mihi plerunque alacritatis & diligentiaē stimulos adhibeant. Id quod tu quoq;
subinde facis, cui utinam aliquando officio & sedulitate respondere uidear. Vel-
lem tamē, ut quoties aliquid à me esses petiturus, id & simpliciter ageres, & bre-
uibus. Volo equidem tibi esse persuasum, amicitiaē apud me pluris esse momen-
ta, quàm suauia ista tua tectoria uerborū, quibus tu mihi nescio quid philautiaē
conaris ingerere. Nam amplius quàm par sit cōmendas, & adeo extollis, ut nisi
tuum constans alioqui, & acre iudicium, amoris erga me tui onere uacillare uide-
rem, ex illiberali quadam blanditiarū ostentatione, hæc tua Encomia proficisci
suspicaret. Cæterum ut petēti tibi pro mea uirili fiat satis, scias uelim ea me respō-
surum cōditione, ut proximis literis ex te, quid de sentētia iudices nostra, & quid

Agricolæ laus

rerum sit apud uos nouarum, de literis præfertim, paucis intelligā. Quod de Quintiliano scribis, perquam probo, eum scriptorem a deo probari tibi, quem nemo hætenus (Ciceronem semper excipio) in tradendi exquisitissima diligentia, uerborumq; luculenta quadam proprietate uicit. Bibliopolæ nostri, qui Venetias codicum emēdorū gratia petiere, significant mihi, institutiones suas castigatissimas imprimi ab Aldo Manutio Romano, cui hodie in edendis bonis scriptoribus palma datur: quam primum ad nos exemplaria perferentur, faciam quod optas. De Plin. loco quod quæris, paucis accipe. Pes Romanus, auctore Vitruuio capite primo libri de Architectura tertii, sedecim digitis constat: cui si semipedem, hoc est digitos octo addideris, cubitum facis, id est sesquipedem, quod idem est. Palmus autem Græcis duplex est, maior duodecim digitorum, de quo in eo, de quo quæris loco Plin. intelligit, illi nominant Spithamen: Minor, qui Palestes, & etiam Doros uocatur, digitorum tantum quatuor, suppresso pollice. De quo in hæc uerba Vitruuius: Cubitum intellexerunt ex sex palmis consistare, digitis uigintiquatuor &c. diuisis enim uigintiquatuor per senarium proueniunt quatuor, ut nosti. Idem paulo infra ait: Palmus autem habet quatuor digitos. Maior igitur palmus dodrans nominatur Plinio, non seorsum quidem, cū istud nomen sine respectu dici nequeat, sed ad pedem respiciendo, qui auctore Vitruuio ex palmo creuit. Dodrans autem cum in pondere, tum in mensura, totum dicitur propositum, dempto quadrāte, ut duodenarii numeri nouenarius dodrans est, eo quod quarta pars, id est ternarius desit: hæc autem numerorum collatio secundum Mathematicorum traditionem, proportionem facit, quam sesquiterciam uocant. Nouem itaq; uncia in respectu ad assem, qui unciis duodecim constat, dodrantem faciunt, quæ ad assem proportionem sesquiterciæ habet: duodecim enim nouem continent in se, & tertiam nouenarii partem, unde recte sesquitercia dicitur. Simili modo palmus, quod duodecim digitos, id est tres pedis quadrantes continet, ad pedis mensuram collatus, pari proportionem dodrans est: ita enim sese habet istorum numerorum facta collatio. Ne autem quispiam apud Plin. palmum minorem intelligeret, dixit expressius, ternas Spithamas, id est ternos dodrantes non excedere: quid Spithama sit, per pulchre indicans, per hoc quod dodrantem appellauit: quacumq; ergo longitudine proposita (ut illa exactius capias) si eam in sedecim partes æquales absumpseris, duodecim partes respectu totius dodrans erunt: aut si in duodecim portiones distinxeris, nouem dodrantem constituent. Simile est & in aliis numeris, qui quaternario diuisi in æquas partes secernuntur, ut. xviii. dodrans sunt respectu. xxiiii. Item. xxx. ad. xl. collata &c. Sume in manum mi Rudolphe, gratia exempli, bacillum quempiam, eiusq; totam longitudinem ita coërce, ut ad numerum uigintiquatuor digitorum, transuerso pollice, ut hodie solemus, metiendo excurrat: & proportionem cubitum statues in extremo eius digito, in fine decimifexti digiti pedem signabis, in duodecimo autem Spithamam: cernesq; oculis tuis, cur dodrans ad pedis proportionem dicatur, & quomodo palmum faciat: & intelliges clarius in eodē libro locum Plin. alium. Capite enim decimosexto de Gabbara scribens, Claudii prin-

Locus Plinij.

Proportio sesquitercia.

Alius Plinij locus.

cipis temporibus ex Arabia aduecto, longitudinis eum fuisse nouem pedum, & totidem unciarum ait: ubi per unciam duodecimam partem totius longitudinis, quæ pedi respondet, intellexisse uidetur: tali enim unciæ pes pro asse est. Quando enim, gratia exempli. xvi. digitorum longitudinē in partes æquales. xii. discerno, quælibet harum uncia, id est pars duodecima ad datam longitudinem, erit: quanquam audierim, qui per unciam digitum ibidem intelligendum esse putarint: quod si ita esset, non unciam, sed digitum Plinius scripsisset: in uncia autē digitus intelligitur, & tertia eius pars, hoc est triens, quod idē est, siue quatuor partes digiti. Porro aliud est dicere, quartam partem digiti: aliud, quatuor partes digiti: hæc enim tertiam partem totius, hoc est assis digiti faciunt, hoc est trientē constituunt, illa tantum quadrantem. Hanc unciam etiam pollicē eruditi dixerē medium inter digitum & palmum. Boëtius certe cū Plin. unciam uocat, ut ex. xvi. digitis pollices. xii. ex. viii. autem. vi. pollices, id est semissis pedis, siue alio nomine sex unciæ cōstituantur. Id quod numeris citius deprehensum, mensura, & longitudine proposita facilius intelligitur. At de hoc equidē nil temere asseruerim, cū eo mō nouē uncias etiam Dodrantē appellare potuerit, id est duodecim digitos proportionē ad palmū. In utroq; autē hæc uocabula demonstrationis locū habēt, sicut cōmunia sunt Plin. quātitati & cōtinuæ, & numeris discretæ. Pygmæi ergo, *Pygmæi.* ut ad institutū reuertamur, quos Augustin. ca. octauo, lib. xvi. Ciuit. dei, Græcis à cubito, quæadmodū Eustathius, nomē obtinuisse ait, Spithamæi, id est palmares, ob mirā eorū breuitatem, tres dodrantes non excedunt. Græcis certe πυγώπη cubitus dicitur. Horum illustres scriptores persæpe meminerunt, quadam tamē situs diuersitate. Nam cū eos inter Indiæ gentes Plinius censeat, Pomponius li. iii. in ea ponit Arabiæ parte, quæ ultra sinū Arabicū in Aethiopiā uergit. Strabo lib. decimo septimo, in iisdem locis fuisse creditos quidē, sed confictos existimat: hinc occasione fictiōis ducta, quod in interiori Aethiopia, qua extrema eius terræ inhabitari uidebatur, omnia ferè animalia exigua prouenire cōpertum sit. Contra uero Philostratus, qui lib. iii. ait, Pygmæos sub terra degentes, supra Gangem posita loca incolere, & uiuere non uanū esse. Cui cum Aristot. in eo quod specus habitari ab eis ait, conuenit. Albertus lib. de animalibus. xxi. esse & uiuere eos quidem, humanæ tamen rationis exactum usum habere negat: Eamq; ob rē ca. iii. lib. i. eos hoies syluestres nominat, aliquid nostræ naturæ habētes in quadam, ut ait, deliberatiōe: & cap. iiii. ii. tractat. i. lib. Simiam & Pygmæū hois similitudinem habere inquit. Plin. cap. xi. iiii. & Solin. in Thraciæ descriptiōe ad Geraniam urbē iuxta Hæmū, & Strymonē Pygmæos creditos fuisse, Catizos barbaris dictos, & à gruibus pulsos ait. Nosti quā elegāter de ipsis Iuuen. & Gel. scribant. Volui hæc tanquā coronidē, quo magis tibi gratificarer, aliis quæ quæsiuisti subiungere, ut meā in rebus ad te pertinētibus sedulitatē, perinde atq; in propriis promptam intelligeres. Miror uero unde meorū tibi studiorū ratio pateat, aut quo demum nūcio me Persium interpretatum fuisse acceperis, qui tam festinanter, & quasi aliud agens, studiosis nōnullis id ut præstarē postulātib; tam paruum Satyrarum opus transeurrerim. Cuius Satyræ primæ loco eodem, *Locus Persij.*

Petorius Aper
bacchus.

quem tu mihi nominas, me aliquando nō parum tortum esse fateor, liberatum autem angustia felici euentu, ceu deo quodam (ut aiunt) subito apparente. Nam anno ab hinc quarto, cū ego, & Petreius meus Aper bacchus, magni ingenii, & plurimæ lectionis homo, bibliothecam fratrum prædicatorum Viēnæ bonorū librorum innumera multitudine confertam, essemus ingressi, dum poētas diligētius excutio, incido in Persii codiculum perq̄ uetustū, cūq; loci qui me premebat maxime, memor essem, cœpi reuoluere Satyrā primā, & carmē illud reperio in hæc uerba: Sic os tam longo subduximus Apennino. Quo uisō, perinde quasi Babylonas ceperim, exultans Petreium aduoco, qui unā mecum syncero iudicio adhibito, tam castigatam lectionē non potuit nō probare. Nā & uersus hac ratione mollior, leniorq; efficitur, qui alioqui ob.c.literam ingeminatā asperior erat: Sic costam longo, quemadmodum multi legunt: & interrupti montis pars saxosa ossis nomine signatius, quā costæ dici uidebatur: quanquam & Apennini pars costæ nomine non inepte dicitur, propterea quod ipse in modū spinæ totā Italiam medius dorso suo dirimit. Quod si quis (si costā) legit, sensus carminis, quasi ad sequentia pertinens suspenditur, quod esse nequit. Doctissimos autē Persii interpretes, quo minus illi loco iudicium adhibuerint, eo ipso prohibitos existimo, quod corruptæ lectionis dictio ad sensum fecit, pariter cum hoc uocabulo, os, cum costa sit os. Hoc ergo modo præterierunt, quod alioqui diligentius introspectanti nō obscurum esse debebat. Versum autē illum depromptum existimo ex aliquo de Hannibalis per alpes transitu, poēmate, in quo Pœnus quispiam historię enarrator introductus, finemq; loquēdi facturus, sic finiat: Sic os tā longo subduximus Apœnino, id est & hoc quidem mō, præcipientes alpium rupes, & uicta flammarum impetu iuga confregimus, uiamq; fecimus &c. quomō factum esse indicat Lilius Decad. tertiæ lib. i. Præterea non placet, omnino uideri eos à Persio per eius uersus exēplū reprehendi, qui regione quinta spondeo pro dactylo utantur: qđ ipsum maxime aliquando addecet, ut in illo Maronis: Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Sed hoc potius à Satyro notatum fuisse, quod hæc sibi temere nimis metaphora usurpata uisa est, ut os pro rupe, saxone dixerit, cum scribere potuisset: Sic iuga præcelsi cōfregimus Apœnini, uel similiter. Siue, quod est uerius, quod Apœninū nominauerit, cum reuera Hannibal nō Apœninum, sed alpium Pœnarū, uel Pœninarum infregerit igni, & asceto iuga tam alta, ut auctore Lilio, nono primum die difficili itinere ad ea peruentum sit, à quarum orientali latere Apœninus incipit. Seu certe quod illi fabulosam historiam sectati, Græcorū more mollia quædam & elumbia redderent, grauioribus interim, & magis frugiferis omissis. Tametsi nō multi damni, nec adeo magnæ frugis sit, utrum defenderis, nisi quod hoc mihi uero similius uideatur. Nam & Ouid. dixit: Magna parēs terra est, lapides in corpore terræ Ossa reor dici &c. Hoc ausim asserere, uocabulum Apœninus, carmen nec elegans, nec politū cōstituere, nisi aut prima, aut penultima hexametri regione locetur. Hinc & Lucan. lib. secundo: Umbrosus mediam qua collibus Apœninus. Ouidius libro meta. secundo: Aëriæq; alpes, & nubifer Apœninus. & Silius lib. iiii. Piniferum cælo

rum caelo miscens caput Apœninus. Qd̄ si hoc int̄a claris scriptoribus cōmode factū uidemus, cur ut indeceter usurpatū Persius culpet, tu uide Rudolphe, & iudica: ego ad te quid ipse sentiā scribo, qui locum istum Persianū ita curasse uideor, ut nec splenio, nec malagmate amplius fouendus sit, sed cicatrice etiā abolita planè cōualuerit. De Antipodibus qd̄ scribis, nō est tā difficile, quā uideri potest diuersos scriptores legēti, quorū sæpe diuersa, sæpe pugnāte traditiōe contingere solet, ut legētis animus, dū quid sequendū sit, diligētius inuestigat, adeo distrahitur, ut quò tēdendū, aut quæ demū ansa apprehendēda sit penitus ignoret. Primū oīm Antipodas esse indubiū est, mathematicis id ipsum demōstrationibus, & Cosmographorum diligenti obseruatiōe euidentissime indicantibus. Scribam de ea re cōplūscula in cōmentariis meis in Pomp. Melam, quos ubi cōmodius ocium dabitur, ut studiosis aliquot adolescentibus sum pollicitus, conscribam. Interim autem, ne uel ab Augustino diuertas negante, uel Lactantio fidem præbeas somniāti, qui sint Antipodes, & quomodo sint, paucis accipe. Scire te arbitror, Mathematicæ peritos uniuersum circuli ambitū, partibus trecentis sexaginta, quos ipsi gradus appellāt, metiri, & absoluere solere: ex quibus nonaginta tribuūt quadrātī, centū & octogita hemicyclo, ut est notū. Quum ergo tota terræ habitata moles contēplanti tibi in animū uenit, cū sit rotunda, ut nō Mathematicis solum, sed etiā Physicis placet, eam ipsam sic cōcipito, ut quasi cespes ex amplissimo Oceano parte sui emineat, & una rotunditate sese, aquāq; simul, in qua partim latet, partim eminent, absoluat. Id qd̄ nos tibi paulo post uberius ostendemus. Tū quatuor mundi cōmunes cardines, id est ortum, occasum, meridiem, & septentrionē, ex Ptol. maxime traditione, quē nemo eius rei nō fatetur principē, cōsiderare te est opus. Postremo quantū latitudinis habitata terræ portioni respondeat, quantūq; longitudinis, in animo cōstituere. Quo facto, cōstabit tibi, terræ solidæ in longitudinem excursus tauto esse maiorē, quā in latitudinem. Lōgitudinis autem dimensio à meridiano proximo Gadibus, siue columnis Herculis, & Fortunatis insulis sumitur: ultra quem priscis nihil erat cognitum, gradibus ordine per æquinoctialē metientibus. Latitudinis autem ratio de polo in polū se extēdit, si hemisphæriū metimur, medio æquinoctiali, siue à maximo parallelo, qui æquinoctialis est: ita ut æqua distinctio lōgitudinis à meridiano expresso in meridianum excedat, latitudinis autem à parallelo in parallelū, id quod in cōmunibus tabularum descriptionibus perfacile est uidere. Quia igitur ex Ptolemæi descriptione, ut interim recentiorū diligentia expansæ terræ spacium omittam, cōpertum est, ad centesimum & octuagesimum gradum, id est hemisphæriū longitudinē habitata, & continentis terræ pertingere, & in extimis oris frequentē esse mortalium habitationē: negare id nemo poterit, quin tanta interuenientis spacii distantia siti, Antipodes sint, si modo ex descripiōe Antipodum punctos diametri per cētrum terræ ductæ, & ad soliditatem habitata terræ terminatæ attingant. Qui igitur in extrema India ultra sinum magnum Catagaram habitant, cui. x. graduū ultra æquinoctialem in Austrum latitudo est, hī ducto ex eodē gradu diametro, quæ centrum terræ transeat, Antipodas habent,

De Antipodibus.

Antipodes esse indubium est.

Terra quæ extat, lōgior est, quā sit lata.

id est pedes sibi ex opposito loco controuertentes, uerticesq; à diametro traie-
ctos, in sinu Hesperio: quorum latitudo. x. graduum citra æquinoctialem in Bo-
ream tenditur ad occidentalem interioris Africæ partem. Pro qua re uide Ptole-
mæi communem situs terræ tabulam, & quod assero deprehendes. Secundum
latitudinem autem, cum nec iuniorum, nec uetustiorum quispiam sub mūdi uer-
ticibus habitationem cōpererit, Antipodes esse nequeunt, in uno scilicet hemi-
sphærio, cuius æqua dimensio ab æquinoctiali accepta in utrunq; polum. xc. gra-
duum distantia extēdatur, quemadmodū hic de ea intelligo: constat enim con-
tinentem terram, ut dixi, intra polos in lōgitudinem ad hemisphæriū expandi,
& ultra, ab æquinoctiali uero ad polos minime. dū uero hæc cōsideramus, opus
est animum quasi in aërem suspensum, ceu omnia collustrantē, & metientem eri-
gere. Demus ergo quod terra secundum latitudinē in Arctos ad gradus. lxxi. uel
circiter excurrat (nolo enī in hoc tibi adamussim tradidisse, tanta præsertim festi-
natione scribens) & iterum in Austrum ad gradus. l. nondū tamen Antipodas
habebis, cum nondum habeas hemisphærium, quod punctis diametri per cen-
trum terræ excurrentis, ut dixi, terminetur. Causam autē terræ angustia secun-
dum latera, cū Alberto Germano maximo philosopho puto esse abundā aquæ
circa uertices mundi generationem, quæ utrinq; terræ extanti incūbit, magnoq;
fluctuum impetu, quo minus lata sit, coërcet: hinc & illorum laterum iniquitas
etiam prouenit, cū orientalis ora, & occidua multo rectiore excursu æquetur.
Sed uideri tibi posset ex his quæ hæctenus scripsi, Antipodes secundum latitudi-
nem quoque locum habere posse. Nam si à punctis diametri Antipodas secun-
dum longitudinem sub æquatore constituentis, circumferentiā duxero, hæc ipsa
per polos discurrat, & hemisphærium complectetur: hoc autem si marginibus
longitudinis eminent, secundum latitudinem idem eminere necesse est: nisi quis
dixerit aquas à polis in eminentis terræ portionem ascendere, & latera occupa-
re, quod contrā naturam motus aquæ esset. Data igitur sub polis terra, datur &
Antipodum secundum latitudinem distantia. Videri posset hoc Rudolpho,
his qui terram ex aqua, tanquam cliuum rotundum aliquem ex plano lacu, iusta
parte sui prominere existimāt: aut ueluti pomū natans, ut prisca quidam puta-
runt, quomodo Nicolaus Lyranus in exponenda Mosis Genesi, proposita figu-
ra, sphæram terræ, & sphæram aquæ ita innectit, ut partibus harum tantum connexis,
consertisue, globum simul rotundum non absoluant: Cum terra, ut Pli-
nius, & multiplicia demonstrationū experimenta docēt, & Georgius Peurbachi-
us Germanus Mathematicæ scientissimus, in suis super sphæram Ioannis de sa-
cro busto collectaneis scriptum reliquit, unā cum circumfluis undis globum ab-
soluat, ut contēplari, & colligere animo sit opus, terram, quā naturæ artifex aia-
libus, quæ sine aëris cōmuniōe uiuere nequibāt, aquis uacuā & discoopertā reli-
quit, tanq̄ tenuē ex lacu paludēue cespitem eminere, unāq; cū undis inflecti, inq;
globi speciē, q̄tenus extat, inclinari. Cui sententiæ Stra. li. iiii. à principio accedit in
hæc uerba: Subiectum ergo sit rotundū unā cū mari terram esse, unāq; & eādē
cū æquoribus superficiē habere. Vitru. quoq; li. ix. Terrā scribit in medio locatā,

*Causa angu-
stia terræ à la-
teribus contra
etc.*

Lyranus.

*Terra cum
aqua rotunda
est.*

unà cum in mari centri loco naturaliter collocatam esse : ut probe intelligendus sit Pli. locus cap. lxxvii. lib. secundi, ubi in hæc uerba habet: Est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu præcineta circūfluo mari, nec argumentis hoc inuestigandum, sed iam experimētis cognitum. Sicut & illud Cic. lib. de natura Deorum. ii. ubi inquit: Eademq; ratione mare cum supra terram sit, mediū tamen terræ locum expetens, conglobatur undiq; æqualiter, neq; redundat unquā, neq; effunditur. Nam error esset non paruus, si quis telluris dimidiū ex aqua undiq; prominere dicere aut Plin. aut Cic. existimaret, qui per medium ambitum excursum eius, in clxxx. gradus minimum secundum lōgitudinem, intelligunt, quod Ptol. quoq; indicat uerissimum esse: aut certe medium terræ locum intelligunt, quod ea ex mediis undis promineat. Ex quo illud consequens est, non idem esse centrum magnitudinis terræ, & centrum grauitatis. Cum uero, ut dixi antea, undarū grādiōr esset à polis impetus, propterea q; ob aëris in his locis uehementem ex frigore inspissationem perpetua esset, & abundās aquæ generatio, ut Albertus, quod dixi, indicat, nō potuit tantū spaciū secundū latitudinē relinquere terræ, quantū lōgitudinis habet. Nec sequitur, circumferentiam ab Antipodum uestigijs ductā circūcirca terrā contingere debere, si uno in loco attingit, ex causis iam dictis. Latitudinis autē & lōgitudinis mensura certo & imutabili limite in terræ forma præscribi nō potest, propterea q; Oceani rapina (ut Plin. ait) in incerto est, terras dās & adimēs, uicissitudine illa rerū naturæ sempiternis legibus instituta: quod ipsum multis ostēdit Pōp, lib. i. in Africæ descriptione, & Aristot. lib. Meteo. ii. cap. vi. in hæc uerba: Nō semper eadem loca terræ aquosa sunt, aut arida, sed permutantur secundū fluuiorū generationes & defectus: & non semper hoc quidem mare, hoc autē terra perseverat: sed fit, ut sit mare ubi est arida, ubi autem nunc mare, iterum hic terra &c. Ex recentiorum autem inquisitione, si Americam à Vespuccio repertam, & eam Eoæ terræ partem, quæ terræ à Ptolemæo cognita adiecta est, ad longitudinis habitata rationem referimus, longe ultra hemisphærium habitari terrā cōstat: Imò non usq; adeo imensum pelagus interesse inter extimum ab America occidēs & oriens Ptol. postremum, quin ferè toto globi ambitu terra habitationis frequentia culta sit, quod ex Geographiæ descriptionis globulo perpulchre dinosci potest. Sed sunt qui huiusmodi demonstrationibus minus fidei adhibeant, ut hi solent, qui suum agellum nunquā egressi, totum orbem angustæ sepis ambitu circūscribunt, docti nihilominus, ut sibi uidentur, & magnæ naturæ conscii. At nesciunt quantum eorum animos fallax philautiæ leuitas obfascinet. Nam mirari nō adeo debemus, quod aut plana obambulantibus nobis, aut exasperata mōtibz pleraq; uidentur: cum ingentis aquæ, terræq; mutua compagine globum cōstituentiū extrema superficies, siue circūferentia, sensu apprehendente decliuis esse nequeat, uisu præsertim nostro tam exiguam eius partem apprehendente, quocunq; se conuerterit. Nec putemus montium iniquitatē terræ rotunditati obesse, qui adeo nobis uidentur esse sublimes, utpote uastum illum ambitū simul nō cōtinentibus, quasi uero omnia quæ ad rotundi huius corporis rationem pertinent, hoc modo defendi nequeāt.

*Terræ promi-
nentia.*

Nota.

*Terræ mutan-
tur.*

Si enim totam terram simul cōspiceres quoad liceret Rudolphe, que madmodum Scipionē in somnio cōspexisse Cicero fingit, montes tibi turbecula quædam leuia per terræ planitiē serpētia uiderentur, eo ferè modo, quo agrū quempiam suscitati à fodientibus talpis harenarum cumuli exasperant. Quod si planam in primis terram imaginaris, & deinde ab illo rerum creatore, cuius omnia opera rationē habent, montes superimpositos planitiēi consyderas, intelliges facile, quomodo se terræ rotunditas studiosis cognoscendam exhibeat. Ridiculum uero est contendere, terram undiq; tam esse æquabiliter politam, ut ad unguem respondeat, uel ad tornū, seu Geometræ mensurā, ut inquit Strabo, cum ad sensum correspondeat, & hoc modo crassioem. Hoc retinēdum est potius, hanc rotunditatem, quam ex terra naturæ leges in prima elementorum ex Chao segregatione postularunt, eam esse quæ montium tumore non offendatur.

Georgij Collimitij laus.

Sed ut ad Antipodes reuertamur, proponam tibi Axiomata quædam, & receptæ ueritatis dogmata, ut omnia tibi plus esse queant in aperto, quæ me aliquando summa cum animi oblectatiōe didicisse ingenue fateor ex Georgio Collimitio medico ac mathematico, præceptore mihi cum honoris præfatiōe nominādo: nō in his mō, quæ ad terræ scrutinium, sed & in illis quæ ad salubrem medicinā, aliq; pleraq; digna scitu pertinet. Ac nescio an alius quispiā adeo facile, adeoq; consummata tradendi ratione studiosis faciat satis. In eo ego tria esse dicere frequenter soleo, quæ non uulgare sit passim conspiciere, in his etiam qui & sibi, & alius placent, summam fidem & integritatem, eruditionem singularem, & minime tamen insolentem, nec ostētosam, humanitatem summam. Quorum nexum factum est, ut ueneretur indies uehementius ab his, qui uerorum studiorum rationem sectantur. Quādoquidem neminem ipse excludit eorum, qui non fucum ostentant, sed momēta diligunt rerum, synceri & amicitia digni: in quorum albam postquam me retulit, nūquam desii eum præceptoris nomine dignari. At ipse (quod sua est humanitas) & cōphilosophum me suum, & quod nunquam admisi fratrem dicere assolet: quem tu cum Viennam ueneris, & nosces libenter, ut uirum modestum, & auidissimum studiosorum, & subinde aliarum etiā, quæ in eo insignes sunt uirtutum gratia ueneraberis. Hic mihi, sicut solet, quærenti, ut memoria teneo, de Antipodum situ ferè in hanc sententiam retulit: Vnum parallelum tantum esse, sub cuius ipsius positione Antipodes darentur oppositis uestigiis, Equinoctialem scilicet, à cuius quolibet intersecante meridiano diameter ducta per centrum, in eundem meridianum & parallelum contrario hemisphærii puncto transcenderet. Rursum nullū parallelum ab æquatore recedentem hoc posse, propterea quod per nullū diameter quæ centrū trauiat, traduci possit. Ex hoc autem istud euidēs sequi aiebat, quod nullorū Antipodū, qui sub æquatore non sint, possit esse conformis, hoc est in eandem partem inclinans latitudo. Causa eius est, quod diameter ex certo puncto paralleli septentrionalis per centrum ducta, necessario in parallelum incidit, habentem latitudinem Australem, æquabili cum opposito distātia. Sicut Antipodes paralleli quindecimi gradus latitudinis Borealis his esse possunt, qui parallelo quindecim graduum lati-

Nota.

tudinis Australis subditi sunt: quæadmodum hi, qui extimã Indiam ultra Gãngem ad gradus. clxxx. longitudinis habitant, illis qui ultra sinum Hesperii Ptol. in extremam Aethiopiã uergunt, ad sumptã longitudinis initium. Præterea sic referebat, Omni puncto in terra dato correspondere ei punctum Antipodum: quod si in terram excurrat habitatã, Antipodes habere aiebat: si in mare, ut plurimum contingit, habere posse, propterea quod inter huiusmodi puncta hemisphærii distantia est: ut nauium etiam gubernatores reuera in tali distãtia, eorum qui in terra loco contrapõsito agerent, Antipodes essent, quod mihi solertis obseruationis, scituq; admodum dignũ uidebatur. Rursus idem mihi ostendebat, quod latitudine proprie accepta, quæ ad mensuram parallelorum per polos tráscurrat, omnes isti qui Antipodes secundum longitudinem sunt, etiam secundum latitudinem esse, eo quod diameter oppositos eos cõstituens, & longitudinis in ipsis, & latitudinis regulam præscriberet. Quod ita esse demõstratio indicat, nec his quæ supra retuli, id contrahenit: illic enim id tibi ostendere uolui, quod nullo interueniente mari per unius hemisphærii longitudinem in solida terra Antipodes essent: qui tamen secundum latitudinem ab æquinoctiali in polos ductã esse non possint. In uniuersum igitur dici potest in hæc uerba: Datis terræ accolis, quorum uestigia diameter per centrum traiecta contingat, Antipodes illos esse, nullo habito aut ad longitudinem, aut ad latitudinem respectu. Nã hoc modo esse eos certum est. Quod tibi diligenter est perpendendum. Præterea contra uulgatam opinionem scriptorum, Antipodibus omnia contrariõ modo euenire existimantium, notissimum est, sub æquinoctiali, præterquam quod contrariis uicibus diem & noctem habent, ut ubique omnia paria esse, hoc est eandem noctis, & diei quantitatem habere, simul æstatem, simul suo modo hyemem, & id genus alia. Causa in promptu est, quod sub hoc circulo locatis, una est perpetua diei noctisq; æqualitas: cumq; eandem habeat ad Solẽ, ubicunq; sit, locationẽ: sequitur quod & tẽpora anni simul habeant. Et aliã existimo te intelligere, quod sub omni paralelo sitis Pericæcis omnia simul accidunt, excepta diei noctisque successione, ita ut simul hyemem, simulq; æstatem habeant. De Pericæcis tamen, qui polis uiciniores diem noctemq; simul habere possunt, scribam diligentius in commẽtariis meis in Pomponium. Quod si quibus unus est meridianus, his eodem momento, & unum meridiem, & medium noctis esse necesse est: sicut hi quibus est parallelus unus, eandem habent noctis, & diei quantitatem, simulq; singula anni tempora sustinent. De Antipodibus uero ab æquinoctiali uer-

Nota.

Nota.

Antipodum
 unus horizon,
 & meridianus

eodem modo quo nobis eueniant, nisi quod occidentia nobis sydera ipsis ascendant, adueniuntque, sicut & ipsis cadentia in nostrum hemisphaerium leuantur. Negare uero haec, & ut friuola contemnere, animi est degeneris, eaque quae in naturae rerum maiestate cognita sunt pulcherrima, accipere, & intelligere respicientis. Sed dicere posses, te his intellectis adhuc in uno haerere, quod ex antiquorum sententia non uideatur commodum dicere, sub aequatore esse habitationem, ob ingentem & intolerabilem uitali temperamento calorem, cuius tamen oppositum ego asseram. Respondeo tibi, si modo dubitas, priscos quotquot sunt, qui sub aequatore habitationem esse negant, opinione potius, quam aut experientia, aut efficaci aliqua ratione ductos, lapsos esse, & sibi metipsis etiam nesciis aliquando contrahuisse. Lege Pomp. qui lib. primo Zonam mediam ob aestum inhabitabilem ait: tertio uero lib. Taprobanen habitari scribit. Plin. quoque capite septuagesimo secundi, Caelum ait tres mortalibus terrae partes abstulisse, septentrionem, & austrinam frigore, mediam autem qua Solis orbita est, exustam flammis, & ob id inhabitabilem: & tamen idem, quemadmodum & Pomp. Taprobanen frequentissimam hominibus esse capite uigesimo secundo libri sexti asseruit: id quod & Solinus simia Pliniana multis uerbis confirmat. Addit Plinius capite secundo libri septimi, ex Artemidori sententia, in Taprobana insula longissimam uitam sine ullo corporis languore traduci. Multum illi, aliique idem sentientes a se dissentire Rudolphe, cum sit compertissimum, si Ptol. credimus, Taprobanen ita aequinoctiali subditam, ut latitudine ferè trium graduum eundem transcendat, in Austrum porrecta. Quod is princeps Cosmographiae Ptol. & libro septimo, & tabula Asiae ultima ostendit: nec dubitari quidem de hoc debet, cum in latitudinis descriptione errari non possit, adeo eius obseruatio canonicis demonstrationibus constat. Utinam tam facilis longitudinis obseruatio esse posset, quam latitudinis est: in multis enim uiri docti non haerent. Videntur ergo mihi plerique ex uetustis scriptoribus, quod ad situm terrae attinebat, quatenus ad caeli circulos refertur, plura pro ingeniis differentium, quam pro ueritatis fide tradidisse. Albertus Magnus Germanus princeps philosophus, & Auicenna noster, non affirmant solum, sed certe demonstrare uidentur, sub aequinoctiali, eo etiam tempore quo Sol per subtus habitantium uertices graditur, temperatorem habitationem esse, quam sub parallelis tropicis, cum ipsis Sol innititur: & constat tamen sub utroque tropico frequentem esse mortalium sedem. Lege Auicennam capite octauo doctrinae secundae, sectionis secundae primi Canonis, Albertum autem sexto capite lib. de natura locorum, quem Collimitius noster nuper in lucem dedit. Eam ob rem attente perpendendum est, an non nimis temere Ioannes Picus, uir alioqui eruditissimus, & acerrimi ingenii disputator, qui inter nonnongentas propositiones, quas adolescens Romae publice proscripsit, hanc quoque defendere uoluerit, quod sub aequinoctiali non posset esse naturalis uiuentibus habitatio: cum contrarium tanti adeoque idonei uero scriptores asserant: quanquam consueuere, qui disputant, incerta, falsaque plerumque ueritatis iuuant gratia discutienda proponere. Mirum est profecto, ipsum quoque Macrobius dicere fuisse ausum, commentario Somnii

An sub aequatore
habitatio sit

Latitudo de
prehensu facili
lis.

Ioannes Picus.

Secundo, propter Zonā exustam Antæcis nostris ad nos trāsitum esse nō posse: cum tamen ex receptis authoribus, qui longe ante sua tēpora scripserant, discere debuisset, nostros peregrinationibus uariis ad intimos usq; Aethiopus intrasse, inō & totā Africā circūnauigasse, ut Hannonem Carthaginēsem authore Plin. Quin & Eudoxus quidā, cum Lathyrū Alexandria regē profugeret, Arabico sinu egressus per hoc pelagus Gades usq; peruectus est: qd' ex Corn. Nepotis auctoritate, Plin. scribit cap. lxxix. ii. & lib. iiii. Pomp. Multo uero ante Nepotē Cælius Antipater scriptum reliquit, uidisse se qui nauigasset ex Hispania in Aethiopia cōmerciū gratia. Quam nauigationē hodie Portugallia reges summa gloria, & euentu incredibili instaurarunt, multis maximisq; cū in occiduo, tū Austriano pelago insulis reperitis, quorū intercepta memoria erat. In extimis autē Africæ Antæcos esse nostri climatis, quis dubitat? quod si nostri ad illos uenire, quid oberat quo minus & illi ad nos uenire potuissent, quēadmodum nostris tēporibus fieri uidemus? In summa, ut de hac tua quæstione finē faciam, tam esse certum debet Antipodas esse, quā sunt cogniti tibi digitiq; unguisq; tui. Inq; ea re his fidem dabis, qui in terræ situ atq; excursu cognoscēdo recentius laborarunt. Quandoquidē (ut Ptol. cap. v. lib. i. Cosmographiæ scribit) in situs terræ traditione recentioribus historiis semper magis credendū, quā ullis ueteribus: eo quod pro rerū mutatiōe, aut incognita prioribus, aut ulteriori experientia deprehensa his patefacere datum est. Bene (ais) mihi narras. At de Augustino & Lactantio quid? aut quam in partē eorū accipienda sentētia est? reiciēsne quæ scribunt Vadiane, an probabis? Si in his perstas, quæ copiose attulisti in mediū hactenus, probare certe non poteris. Si probas, nulla illa erunt, quæ ita esse tibi maxime uisa sunt. Tua res iam agitur, uide quid agas. Ego mi Rudolphe (ut hæsi tantem te ex hac tandē Charybdi liberē) ut Augustini de Antipodibus sententiā probō, ita Lactāti somnia nequaquā aut tueri, aut asserere possum. Ille certe cur negaret, causam habuit: hic quid negaret, nesciuit: quod ut intelligas, iterū mihi quasi in noua causa ordiendum est: quod si nimium turgescere literæ illæ nostræ uidebuntur, tibi qui me prouocare nō desinis, culpam tribue. Si scire hæc uberius adeo desyderas, patere uel ex epistola fieri libellū epistolarē. Nam me tibi satisfaciēdi quasi uno in stadio, & uno curriculo cupido quædā corripuit. Nunc ad rē. Augustinus non à ueritate, sed ab incerta, & uero nequaquā consentanea ueterū aliquot scriptorum de Antipodibus traditiōe abhorruit. Quā quia illustris alioqui, & multarū rerū scientissimus scriptor Macrobius in cōmentario Somnii. ii. quasi de reperta ueritate sibi ipsi applaudens, sequitur & affirmat, uidēdum tibi est, ne eius lectione seducaris. Nam licet Antipodas admittat, in ratione tamen, & (ut ita dicam) modo ponēdi, toto (quod aiunt) oberrat cælo: neq; noc in illo adeo moleste ferendū est, cum uulgarē opinionem secutum, cum antiquioribus citra ueri deprehensionē periclitari eum cōtigerit. Voluerunt autē illi, terræ molē in duo hemisphæria interceptā, in gēti pelago & in nauigabili discerni, ita ut unius aliquid ad alterum nihil perueniret, inq; altero nos esse, in altero à nobis longe secluso Antipodas nostros & Pericæcos. Et quemadmodū hoc nostrum, torrida

Contra Lactā
tium.

Augustinus.

Contra Macro
bium.

Antiquorum
opinio.

Zona interueniente, in duas habitabiles distingueretur, extremis ob frigora reli-
ctis, ita simili modo apud illos oia se habere dixerunt. Quod ex Cic. ductū, Ma-
crobius euidentissime indicat. Quo cōcesso sequi necesse erat, ut duabus am-
plissimo mari distantibus terris, duplex esset hoim in iisdē, qui ad se inuicē nunq̄
permerint, propagatio. Qd̄ perpendēs Augustinus, cū in lib. Ciuitatis dei. xvi.
cap. viii. omnes hoies terrā inhabitātes, quacuncq; forma eos natura effigiauerit,
ex illo protoplasto uno, hoc est Adam originē ducere affirmasset: sequenti cap.
ix. falsam illam, & friuolā de Antipodū situ opinionem, quā sibi unice obiici po-
terat, necessario non minus, quā uere reiecit, & confutauit. Si enī isti essent eo
mō, quo illi eos esse crediderūt, cum ad eos nemo unquā nostri hemisphærii atti-
gerit, ex Adam originē habere nequaquā potuissent. Eam ob rem perquā pro-
uide & erudite scripsisse Augustinū nemo negare debet, cum eo mō ne nos qui-
dem Antipodas esse permittamus. Tantus enī error nō mō ueritati historiarū na-
turæ, uerum etiam religioni nostræ, & sacrarū literarū authoritati refragatur: quē
illi nulla prorsus historica cognitiōe firmātes, friuola quadā cōiectura asumpse-
re. Quod si quis adeo magno ecclesiæ nostræ Antistiti, adeo oim bonarū doctri-
narum auido & studioso, terrā esse cōtinuam mōstrasset, nec ullo interceptam, ut
isti fabulabantur, Oceano, in qua hoim esset habitatio. cclxxx. gradibus expansa,
& sibi diametro centrū traiciente opposita, hinc etiam atq; illinc nullo mari tra-
iecto cōmerciū mutui cōsuetudine coire sine difficultate posse: nō herde Augusti-
nus, Mathematicæ alioqui studiosissimus, Antipodas negasset, sed demōstratio-
nibus è certissima scientiarum depromptis adhibuisset fidē, antiquorū legis ani-
libus reiectis, quos uir tantus, fide haud quaquā dignos esse nouerat. Cū enī ho-
die cōtinuæ terræ longitudo ultra .cclxxx. gradum excurrat, ubi illud ingens tan-
dem mare erit, quod ista duo hemisphæria dirimat: cū terra nostra utrinq; adeo
ultra hemisphærii amplitudinē p̄adatur. Imō, ut supra retuli, parum absit Ame-
rica præsertim adnumerata, quin totus ille globus circūcirca prominēte terra sit
habitabilis. Quo fit, ut his minus adhibeam fidē, qui sub polis terram extare di-
xerunt: cum is locus iam aquæ, utpote elemento longe spaciosiori deberi uidea-
tur, & natura fortasse postquā terræ portioe nudata, multis animalū suum dedit
locum, aquam cōercens, intraq; suos excursus cohibēs, in ea globi parte locum
deputauit ampliorē, quæ ob aëris incōmoditatē, & grauissima anni tēpora, quæ
nullā, aut tardam uicissitudinē admittant, mortalibus minime idonea uidebat̄,
qualē sub polis esse certo scitur. Quod autē inter Antipodū latera terra intersit,
Geographiæ tyrūculi sciunt. Egredere ab extrema Hispania per Pyrenæos, perq;
Galias, Germaniāq; & Sarmatiam, usq; ad Tanaim: eo superato, tende in Or-
tum, per Scythiā citra Imaum, & stringe litus septentrionale Caspii. Tum per Sa-
carum regionē traiectis Tauri iugis in Indiam inclina eam, quæ est ultra Gangē:
cūq; ad sinum magnū longis itineribus peruenisti, secundū eum in meridiē pro-
ficiscere, donec ad Catagaram peruenias: & toto ferè isto latere Ptol. mōstrante
Antipodas habes: non eorū quidē qui sunt in Hispania, sed qui in occidua Afri-
ca iuxta sinum Hesperū adhabitāt: ad quos, quantū est in terræ nuditate, nullo

Contra Macro-
bium.

Sub Polis ter-
ra non extat.

penitus mari traiecto, ex India extrema perueniri potest: Americam autē inhabitantes longe citerioribus locis suos habent Antipodas: quæ oīa instrumentis ad eam rem pertinentibus cognoscere facillimū est. Macrobius Cic. quasi gratias agens, & suæ doctrinæ præstantiæ adscribens, Nos, inquit, cū aliis non patitur errare, qui terram semel Oceano cingi credidere. Manifestū errorē professus, quē Cic. solum indicauit. De Lactantio mallē utiq; tacere, quā molestus esse tibi, qui eius authoris adeo es studiosus. Verum quia desyderas, & tuendæ me ueritatis ratio hortatur, dicendum est quicq; crassiore (quod aiunt) Minerua, non incelsendi quidē studio, in quo nemo nō culpandus foret, sed satisfaciēdi tibi, qui præter reliquarū doctrinarum studia, ea sectaris cum primis, quæ literarum studiosis adeo sunt necessaria, ut nihil magis. Vt itaq; dicam, quod sentio, uidetur mihi Lactantius eloquentiæ suæ uiribus plus æquo quandoq; cōfusus, paulo audacius aut abiēcisse fastu quodā pleraq; aut multo aliter, quā ueritas habeat intellexisse: inq; his magnā sibi inuidiā eo cōparasse, quod ita superbē, ita secure disse- rit, quasi ipse extra omnē ingenii aleam positus errare & labi non potuerit: oīm autē errata non uidere solum, sed etiā olfacere sese crediderit. Hic cap. xxiiii. lib. iiii. quod tuis mihi literis indicas, adeo Antipodes refutando ineptit, ut dubitem an cum illa scripsit, satis sibi cōstitit: nō enī ea solum quæ eruditissimæ sunt, nescire uidetur, sed probare etiam, & asserere illa, quæ, si Antipodes nō essent, quod ipse cōtendit, falsa tamen & absurda esse omnes qui sunt animi cōpotes, intelligerent. Age, totū illud caput excutiamus, ut an ita sit, sicut dico, facilius accipias. Ait primū in titulo (De Antipodibus, quos ideo esse finxerūt, quia opinati sunt mundum esse rotundū) Ecce mundum nō rotundū esse, pro uero, & euidenti habuit, ideoq; Antipodes ponētium opinionē refutare conatur. Cuius tamen contrarium, de mundi rotunditate adeo euidens est, nō tam Phisicis, quā nostræ religionis scriptoribus id asserētibus, ut piaculū cōmittere merito uideri possem, si rationibus hoc loco adductis probare uellem, quod nemo nescit. Audi obsecro, quid à capitis initio dicatur (Aut est quisquā tam ineptus, qui credat esse hoīes, quorum uestigia sint superiora capite?) Erras ò diserte Lactāti, & ea quidem in re, quā iuuentutis anni tibi indidisse debuerant. Quis enī uel primis Phisicæ rudimentis imbutus, nescit omne id, quod sua grauitate centro innititur, quacunq; parte circūferentiæ locatū sit, deorsum uersus niti? quod autem à centro reclinet, aut se expandat, sursum tendere? Cū igitur pedibus in terrā uersis centro innitantur, caput sursum proferant, ut nos in cœlum, caput habent uestigiis superius. Nec sub nostro est hemisphærio, nisi quod adusq; centrum demittitur: quod cum prætergrederis, omnis linea ducta in quācunq; partē sursum tendit. Ideo Aristot. lib. Meteororū. iiii. ubi de terræ motus causis fit mentio, Anaxagorā Clazomenium reprehēdit, quod sphæræ tantū partē, quæ supra nos est, sursum esse, & quæ sub pedibus est, deorsum uergere putauit: stultū enim est putare ignē in altero horizonte non similiter sursum ferri, sicut in nostro, sursumq; ferri, quæcunq; à centro ad circūferentiā tendunt. Nec nisi impropria locutione cœlū infra nos esse dicere solemus, uelut Vitruuius li. ix. sydera uersabunda latentiaq;

Macrobius.

Lactantius.

Contra Lactā-
tium.

Nota.

Locus Verg.

quæ nobis nō orientur, sub terra esse ait, hoc est sub horizonte. Porro & hoc Maronis lib. Georg. i. ex cōmuni ratione loquendi depromptum est, cum de Austrino uertice loquēs inquit: At illum Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi. Cum reuera, ut Aristot. quoq; asserit lib. de cœlo, & mundo. ii. uertex meridianus sit ex natura rei sursum: quod poëta doctissimus, tametsi nō ignorarit, maluit tamē ex cōmuni persuasiōe ducto sermone uti, aut ueteres, ut sæpe solet imitari, quàm diuersum asserere. Quādoquidē operis eū lege cōpulsus esse ex Metrodori sententia Seruius scribit, ut quædam ex ueterū traditionē exciperet, quæ obscura forent. Vitruuius certe Boreale latus summū dixit, ut eo mō polus Austrinus imus, & sub pedibus esse intelligatur. Nisi quis Democritum, & Leucippum secutum esse Maronē suspicetur: quorum opiniones de mundi inclinatiōe apud Plutarchum legito. Nos uulgo Austrinum polum respectu arctici, qui nobis ad latus habitātib; erigitur, pressum decliuemq; dicere soleamus. At sub pedibus esse nemo nisi improprie dixerit; nisi sub pedibus, hoc est sub horizonte, ut dixi, intelligas. Præterea si concedimus Antipodas esse sub nobis, non statim id sequitur, ut credibile sit, eos caput deorsum uersus uestigiis inferius habere: quod falsissimum, uerissimū putat Lactantius. Cui hoc friuolo desipere non satis erat. Addidit hoc amplius Antipodibus datis sequi, ut tota terræ pars apud ipsos pēderet, cum nostra iaceat. Item arbores deorsum crescere, pluuias uero, & niues, & grandines sursum uersus cadere in terram. Quin & maria, & urbes, agrosq; & montes pensiles illic esse. Indigna sunt hæc pudenda errata opere tuo ò Lactanti: utinam quod nesciebas, præterisses irreprehensum, nec laceffendi cupidine inflāmatum, ignorantiam tuam euanido linguæ fūco adeo detexisses. Augustinus te longe omnium rerum peritior, terram rotundam esse negare noluit, nec tibi aliud affirmanti fidē dare: uidit enim quæ diceres, & quibus innitereris. Omne graue Lactanti (quod prima philosophiæ uestibula exhibent) à quacunq; cœli parte in centrum tendet, deorsum tendit: & uice uersa quod à centro recedit, sursum. Tibi uero uidebatur, quod ab Antipodum periferia in centrum caderet, sursum cadere: quod non est. Ac id ipsum quidem ex communi hominum locutione didicisse debueras, non nisi rem grauem cadere, aut ut grauitatis rationē habet descendere, id est ad centrum tendere affirmante: nam sua sponde sursum cadere nihil, sicut nec leue quidem nisi impulsus impetu, deorsum tēdere dicitur: ergo quicquid cadit, deorsum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undiq; deuexum dixeris, tu uideto: mihi cōstat id Astronomis, quibus ea in re summa fides est, nihil esse certius, qui cum Aristotele, & uolui cœlū, & moueri regulari ambitu asserunt: quod tu quoq; contemnis, cum & Aethereos orbis sphaericos esse neges. Nec sequitur, quod putas, si terra rotunda est, necesse est ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat, id est montes erigat, campos tendat, maria consternat, cum maiorem partem terræ sub aqua esse recte cognoscentibus indubium sit. Præterea quis credat, quod tu concessa terræ rotunditate sequi autumas, nullam partem terræ esse, quæ tunc ab hominibus, cæterisq; animalibus non incoleretur. Nam esto tellus circumquaq; (quod tamen euenire

non potest) ab aquis libera nudaretur, nō tamen sequeretur eam ab omni parte habitabilem esse, ex multis causis, quas prætereo. Postremo non sine quadā odiosa petulantia, hoc philosophorum responsum irrides & contemnis, asserentiū grauiā cētro inniti, leuia sursum tendere: & profecto quemadmodum nescire te scribis, quid de his dicas: ita illi si tua legent, quid de te dicant tot erroribus inuoluto, se nescire faterentur, contra quem certe plurima dici possent. Tādē quod ais, te multis argumentis probare posse, cœlum terra nō esse inferius. Nemo credit hoc Lactanti, quod cœlum terra sit inferius: mirum est cur formides id ab aliquo obtineri posse, cum hoc, admissis etiam Antipodibus, nequaquā sequatur: nimis in re concessa sollicitus es, & ne cœlū cadat times, maxime si deorsum inclinēt. Argumētis his iam non erat opus, probare enim id, cuius contrarium est impossibile, non prudentis est, aut eruditi, sed uerbosi, & sibi ipsi suauiliorū tinnitu blādienti: id quod tu hic de Antipodibus calamo peregrisse uideris. Hactenus de Lactantio, & eo quidem modo, quo Narniensis Galeottus in lib. de incognitis uulgo illi obiicit. Equidem quanti Lactantii de Antipodibus sententiam putem faciēdum, ex his intelligis, quæ hactenus retuli. Tu quod tibi uisum fuerit, sequere: nolo cogi te cuiuspiam existimatione, sed monuisse certe uolui, ne incautus lector huius magna alioqui autoritate capereris. Andreas Stiborius canonicus Viennēsis, Theologiæ, & Mathematicæ peritissimus, & Encyclopediæ magister, tanti alioqui scriptoris temeritatem demirari satis non potuit: cum ego ei caput hoc, quod antea quidem legerat, sed tum attentissime relegebatur, iudicii gratia adhibēdi proposuissem. Nec abstinuit quidem quin assereret, magnum Lactantio apud doctiores, & fidei, & doctrinæ æstimationē imminui, quod adeo hallucinatus esset: non ob hoc quidē quod nescierit, nescire enim humanum esse aiebat, sed quod adeo constanter ignorata partim defenderit, partim reiecerit. Nāq; ubi quis errori se addicit, dummodo in eo perstet, sibiq; oblit solli, tolerabile id quidem esse aiebat: ubi autem per insolentiam & pertinacem factum, & uero impropere, & tueri falsum cœperit, eum nō odium modo cōmune, uerū etiam publicam detestationem cōmereri. Mihi uero uidetur hoc ex Hieronymi sententia cōmode in Lactantium usurpari posse, quod Picus quadā ad Hermolaum Barbarum epistola contra eundem usurpauit, in hæc uerba: Si fuisses ò Firmiane tam frequēs in sacris literis, quā in fictis litibus fuisti, & hoc nō dixisses, & nostra non minus fortasse cōfirmasses, quā destruxeras aliena. Sed de his satis. Quod de lacu Acromi, Venetiq; nominibus quæris, perlibenter respondeo: uerum si possum, paucis. Nam sum pleraq; editurus, fortasse fusius, de hoc lacu in patriæ illustratæ Sylua secunda: quam quia adolescens scripsi, nō eram editurus, sed datam olim de ea edenda fidem, ita expostulat Hermannus Miles uir clarissimus, & summa mihi necessitudine iunctus, ut quod semel sum pollicitus, sine magno pudore denegare nequeā: quicquid igitur illud lucubrati onum iuuenilium fuerit, in lucem propediem dabitur. De Acromo Pomponius libro tertio. Rhenus, inquit, ab alpibus decidens propè à capite duos lacus efficit, Venetum, & Acromum &c. quorum alterum eum esse constat, cui Hydro-

Nota.

Andreas Stiborius Mathematicus.

Nota.

Hermannus Miles uir clarissimus.

purgum patria tua iuncta est: mea uero, hoc est oppidum sancti Galli, pasc. plus minus octo millibus ad Occasum uicina. His hodie ab uicinis urbibus protrita uocabula sunt: superior enim, ut scis, lacus Constantiensis, à Constantia urbiū, quæ ad eius sunt ambitū clarissima. Inferior lacus Cellæ, à Cella oppido rei frumentariæ copia admodum famigerato: sicut & Larius hodie Cumanus dicitur à Como, & Lemannus Genuensis, à Genua, ut Cæsar, siue Gebēna, ut ferè alii.

*Albertus La
psus.*

Albertus tamen noster, nescio quomodo lapsus, Lemannum hunc nostrū esse putauit, per quem Rhenus fluit: cum Lemannum ad Allobroges esse, ex quibus alpi bus profluentem Rhodanum transmittere, omnes scribant. Lucanus libro primo De seruire, inquit, cauo tentoria fixa Lemanno. Tentoria autem in Gallis tum habuisse Cæsarem notius est, quàm ut referri debeat. Credo Alberto fecisse opinionis occasionem Alemannos, quos ad nostrum lacum habitasse Ammianus tradit. Et sunt hodie qui à deo Alman, quem peculiariter coluerint, Almanos dictos credant, cuius simulacrum adhuc in eius ripæ uetustissimo cœnobio,

Alman deus.

*Augia maior.
Volaterranus.*

quam Augiam hodie maiorem uocāt, cernitur: ut uidisse se in sua Geographia Vladislaus Suntham retulit. Raphaël Volaterranus Acromū lacum Bodinæ, uocabulo nō sanè feliciter excogitato nominat: cum enim hoc ex lingua indigena ducatur, uocandus potius est aut Podmicus, aut Podamicus: cum & maioribus nostris uernacula lingua dictus fuerit, Der Podmer see, ab antiqua familia nobiliū de Podmē, quorū nomē adhuc durat. Vualafrius accola olī Veneti, Potmī cum uocare uoluit à flumie, cuius ingressu nutriatur, quoniam Græcis ποταμός fluius dicatur. Nisi quis Bodicum, seu Botigum dicere malit, hoc est fundo carentem: ita enim amnes profundos lacusque Ligures, & Hetrusci dixerunt, quos ad lacum nostrum sedes aliquando tenuisse multa suæ linguæ monimēta docent. Sed hoc puto minus etymo nominis accedere: licet & Padum Plinius capite decimo sexto, libri tertii à Liguribus Bodicum nominatum scribat, quod suorum lingua fundo carentem significet: & Acromus multis locis adeo altus existat, ut demisso perpendiculari deprehendi fundus uix queat. Hoc magis mihi quæstione dignum esse uidetur, cur uetustis alter Acromus, alter Venetus dictus sit. Quod & tu potissime literis tuis scire cupis, non illis dico proxime ad me datis: quanquam & in harum postrema pagina monebar, sed prioribus perquam (ut

*Acronius un-
de dictus.*

semper) elegantibus, & scitis, quibus non iniuria dubitasse uideris, Acromusne apud Pomponium, an Acronius legi oporteat. Ego etsi Acromus diu probarim, penitenti tamen uocabuli scrutinio facto, in eam sententiā pedibus eo, ut Acronius legi debere contendam, hac uoce indicante lacum nostrum minus uehementia frigoris, quod nostræ hyemes afferre solent, offendi premiue, aut nulla glacie in uniuersum obduci, quod alioqui amnis lacubusque ad septentrionem uergentibus peculiare est. Græci nanque scriptores mundi situm, & ter-

*Septentrionis
Oceanus.*

rarum partitionem scrutati eum Oceanum, qui in extimo Septentrione ob imensum eius cœli gelu perpetua glacie obductus uidebatur, Cronium, id est Saturnium, & frigidum tardūque appellarunt, authoribus inter alios Ptolemæo, & Plinio. Hic enim capite decimo tertio libri naturalis historiæ, iiii. Septentrionalē

Oceanum.

Oceanū, ab Hecato Amalchiū nominatū fuisse ait, quod hoc nomine Scythæ eius oræ, sua lingua congelatū significarēt. Philemon à Cymbris Morimarusan, hoc est mortuum mare dictū, scriptum reliquit. Ille enī Oceanus (quod aliis in locis minus cōtingit) ad multa pass. mil. rigescere, & obdurari glacie solet, ultra quē tamen in penitiori Arctoo latere Croniū posuere, uocabulo à Saturno, qui Græce κρόνος dicitur, deriuato: in cuius honorē instituta quoque festa Cronia, id est Saturnalia nominant. Ob eandem causam Dionysio pigrum mortuumque mare dictum esse credi debet, utpote sempiterna glacie rigidum, Metaphrastis Rufo, & Prisciano id aperte indicatibus. Illius de Oceano Arctico scribētis uersus sunt hi:

Dicitur ille piger, nec non Saturnius idem,
Mortuus aut aliis, minimo quod lumine Solis
Perfruitur, tarde radios nam suscipit ortos:
Nubibus & crassis premitur, nimbisque grauat.

Saturnius idem dicitur, inquit. Mortuus aut aliis &c. Vtroque ex Stellæ natura ducto, nam & tardissimi motus est, & naturæ frigidæ, utaq; humanæ incolumitatē ante alios noxius: qua ex re extimū inter uagas stellas in cœlo locū habere eū, ita artifice cœlorū prouidēte, uerisimile est. Rufi aut in eandē sententiā hi uersus sunt:

Nomine Saturni late iacet æquoris unda,
Hic densata sali stant marmora, pigraq; ponti
Se natura tenet &c.

Quia igitur lacus noster undique uinetis arbutisq; septus, & uerna ferè semper facie cōspicius, adeo raro glacie summis etiā brumæ frigoribus ingruentibus cōtegitur, ut rigescere eum portenti loco accolæ habeant, Acroniū, id est sine frigore & brumali molestia dictum putarim; imò constanter asseruerim, a particula priuatiua existente: sicut Atheon dixere prisca Diagorā, quod an dii essent (teste Cic.) dubitarit. Venetū uero alterū à colore marino, qui cæruleus est, nominatum esse satis constat. Et licet utriusque uocabuli ratio utriusque lacui cōgruat: malo tamē intelligi à Pomp. superiorē lacum Acronion, inferiorē autē Venetū Acronio proximū, quem & Cellæ lacum uocari diximus. Quanquā Pomp. Venetū dicat, & Acroniū, quasi Venetus introēnti Rheno uicinior sit: non tamē est ut ex illa uocularum serie mouearis, natura ipsa præsertim hoc quod uolui discrimē faciēte. Quod ad glaciem attinet, annotatum est Patrum memoria, semel Acronium mēse Ianuario, Anni M. CCCC. XXXV. glacie in. xiiii. diē obductū, nec totum tamen egressis scilicet qui id obseruarint, ingēti spacio intermedio deprehēso, quod rigor nō clauserat. de his lacubus in Sylua nostra secūda, iuxta finē sic orsi sumus

Acronii mihi Musa lacus Venetiq; modestas
Donabis laudes, patrios nam blandus uterque,
Circuitu quanquam spaciofo, amplectitur agros:
Sum mouet hic longo cedentia litora fluctu
Vnda patens, geminæ geminum cui nomen, utrique
Phama ingens, & prisca honoros, nanque indyta passim
Oppida consurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,

Lacus Venetus.

Constantiæ
urbs.

Quarum una est memori Constantia nomine, cuius
Mœnia præteriens, deducta comminus unda
Rhenus iter gelidam curuat, celeratq; sub Arcton.
Qui postquam elapsus Rhetæis alpibus, ortu
Vitiferam transit sinuato flumine uallem,
Albentesq; undis campos: immergitur altis
Fluctibus, & longum propriis sibi uendicat undis
Non diuulsus iter: tandem superante fatiscit
Agmine ab Eoa uenientis parte procellæ:
Qua lacus immenso tractu diffunditur, amnes
Vndique collapsos rapiens. Quem docta uetustas
Acronium dixit, rigido quod ab aëre nullam
Accipiat glaciem, Scythico nec frigore pressus,
Vernanti brumæ mitescat tempore fluctu.
Cæruleo Veneti nomen duxere colore,
Nanq; ubi Parrhasio Boreas propellit ab axe
Sudificus nubes, splendensq; intermicat æther,
Aemula cœlesti ductum iacet unda colori,
Et uarium tremulis inscribit motibus æquor.
Hic, ubi contractis iterum se includere ripis
Incipit, & salicum rursus proserpere in umbra
Rhenus Nympharum pater inclytus, & decus oræ
Arctæ &c.

Omnino autem mecum sentiunt, qui hunc lacum Brigantinum à Solin. nomi-
natum defendunt: cum ille cap. xxii. ubi de Gallia, in hæc uerba. Si Thra-
cia sit petæda, excipit ager Rheticus opimus, & ferax, Brigantino lacu nobilis &c.
Stra. eni ultra Rhenum in meridiem ab eius fontibus, & in Ortum Rhetos esse
libro. iiii. scribit: post quos trans Licum intra Istrum & alpes Vindelici, & quos
ibidem Solin. nominat, Norici, usq; ad Pannonas in Ortum uergunt. Briganti-
num autè à Briganto dictum oppido perquam uetusto indubium est, quod ad
Acronii initium situm, frequenti hodie hoim habitatione colitur. Et quoniã ci-
tra Rhodanum in Ortum Solis Heluetii adusq; Rhenum circûcirca excurrunt,
qđ Florus quoq; lib. iii. scribit, quicquid ultra Rhenû, & Acronium est, ad Rhe-
ticos pertinebit, quos illis uicinos esse constat. Claudianus quoque ad Rheni, &
Danubii principia Rhetæ tractum esse, his uersibus in Alarici uictoria prodidit

Sublimis in Arcton

Rhetia sylua

Prominet Herciniæ confinis Rhetia sylua,
Quæ se Danubii iactat Rheniq; parentem,
Vtraque Romuleo prætendens flumina regno,
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant,
Et fluuios cogunt unda coeunte minores
In nomen transire suum, te Cymblica Tethys

Diuisum biduo consumit Rhene meatu,
 Thracia quinque uadis Istrum uorat Amphitrite:
 Ambo habiles remis, ambo glacialia secti
 Terga rotis, ambo Boreæ Martisq; sodales. &c.
 Quos eo libentius adscripsi, quod Rheni in hunc nostrum lacum fluentis, Danu-
 biūq; laudes continent. Nō me latet Ptolemæum non longe à lacu Verbano, qui
 iuxta Larium est ad radices Alpium, Brigantios posuisse, quorum oppidum hō-
 die Brianſon uocant, Brigantino uino nobile, de quo hic intelligere nemo po-
 test: cum quod Italiæ cōfinia ad Galliam attingentia prius memorauit Solinus:
 tum etiam quod ex Gallia, inferiori præsertim, & ad Rhenum tendēte, per Rhe-
 ticum, iter proximum in Thraciæ latus est. Habes de lacubus Veneto, & Acro-
 nio. Intellige paucis (ut faciam epistolæ finem) de Lucano. Ego sanè casu factū
 non credo, ut is de quo mihi scribis Panno, de locis Grammaticis mota contro-
 uersia interim ex te scire uoluerit, quid de illo Lucani ex libro eius sexto sentires:
 Quæ tetigit Philace, Pteleosq; & Dorion ira Flebile Pieridum, ubi de celebri-
 bus Theſſaliæ urbibus mentio fit. Erratum enim est à poëta doctissimo, alioqui
 & propè omnium rerum perito, quod ego antequam literas tuas legi nūquam
 animaduerti: quandoquidem & sensus perplantis, & interpretum consensus nō
 aliud mihi offerebant. Verum cum de Dorio lego Plinium inter Theſſaliæ loca,
 libri quarti cap. ix. incido casu in Hermolaum Plinianæ eruditionis thesaurum,
 & (quod omnium maxime mirabar) hallucinatum esse Lucanū intelligo, quod
 is Theſſaliæ oppido id tribuisset, qđ in Achaia contigisset, ubi Dorion esset ira-
 ſcentibus Thamyra Musis memoratū: illud autem in Theſſalia non Dorion, sed
 Dotiō dici. Verū est illud Horat. Quandoque bonus dormitat Homerus, Atq;
 opere in longo fas est obrepere somnū. Cæterum ita esse ex Homero & Statio,
 cap. v. quarti de historia naturæ Plin. Hermolaus probat. Ago ego tibi hoc loco
 gratias Rudolphe, quod occasione studii tui, factus sum te cōmonēte eruditor.
 Nō enim facile quis alius mihi de tanti scriptoris errore tam leui, quicquā persua-
 sisset, & tātō literarū & græcarū & latinarū censori fides debebatur: in tuto enim
 ille gradum sistere mihi uidetur, qui in rerū obscurarū iudicio ab Hermolao ra-
 ro dissentit. Habes qđ pētieras, ac nescio, an ea diligentia conquisita, ut uotis
 tuis abunde possint satisfacere: ipse neruos contendi, quodq; potui intra id tem-
 pus, quod mihi ad scribēdū dabatur, feci. Nec est ut in hoc differendi tecum gene-
 re, aut elegātiā expectes, aut aptam rerum seriē: scribimus enim ut in animū
 res uerbaq; incidunt, in his præsertim, in quibus res tractatæ plus loci dignitatisq;
 sortiūtur, quàm ulla nitoris gratia comparare queat. Si quid est, quod aut teme-
 ritati, aut pertinaciæ accedere putaueris, id fide careat. Sin autem placuerint sin-
 gula, eatenus placeant, ut me Dauum, non Oedipum, sicut uolebas, existimes:
 quasi porrò alia quærenti tibi, æ qua festinatione satisfacere possem, aut de qui-
 busuis rebus proponenti, quod Carneades solebat, extemplo respondere: quis
 enim hoc faxit non doctissimus, & expertissimus aliquis? Mihi certe ipsi multa
 restant in his dubia scriptoribus, è quibus illa deprompta sunt, quæ te torserunt,

Lucani locus:

Dorion.
Dotiōn.

IOACHIMI VADIANI AD RVD. AGRICOLAM EPISTOLA.

In summa, gratissimum mihi erit, si proximis tuis ad me literis id egisse me fateberis, qd' officii ratio postulare uisa est. Nulla mihi alioqui cura struitur, in quamque partem hæc nostra sedulitas casura sit. Vale bene, & Stephanum Taurinum iuriscōsultum uirum optimum, & doctissimum, si adhuc Istrograni apud Cardinalem uestrum degit, meo nomine impense saluta, utq; aliquid ad me literarum det hortare: ex eo enim tempore, quo ex urbe Roma reuersus, Viennæ apud me Collimitiumq; & tum cōuiuii nostri Symposiarcham Iacobum Spiegel iureconsultum, & Secretarium Cæsareum, unà se amica iucunditate oblectauit, quid agat, aut qua fortuna sua stet conditio, nec fama, nec literis intelligere potui: id quod mihi non parū in hominis præsertim tam amici desyderio molestia affert. Si isthic non est, mihi significa. Vale iterum. Viennæ Austriæ,
Anno. M. D. XII.

F I N I S.

BASILEAE, APVD ANDREAM CRATAN
DRVM, MENSE IANVARIO, ANNO
M. D. XXII.

CHARTARVM ORDO.

a a terniones.

b c d e f g h i k l m n o p q r s t u


x y z A B C D E F G H. duerniones.


Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg. terniones.


καιρός ὁ πανδαμάτωρ.



καλὸν τὸ κοῦρῶ πάντες εἰδέναι μήτρον.







A522
-MS17P

